BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLVII
B
7
NAPOLI

105 : 21

XLVII
B
7

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ NOVI TESTAMENTI,

TOMUS VII.

SECULI XVI.

Pars III.

In qua

De cauſis impulſivis Reformationis tam internis, quàm externis prolixiùs agitur: *Indulgentiarum* deinde claſſes diſtinctæ proponuntur, variisq; exemplis illuſtrantur: *Elenchus* porrò modeſtus ſubjicitur: Rationes inſuper, cur meritò Majores noſtri apparatum *Indulgentiarum, Confeſſionalium, Taxæ pœnitentiariæ, Diſpenſationum* rejecerint, breviter indicantur: Plenior etiam acceſſit demonſtratio doctrinæ de *ſatisfactionibus* tum *Judæorum*, tùm etiam *Muhammedanorum*: Catalogus deniq; *Colloquiorum*, de religione ſuperioris potiſſimùm Seculi primariorum, *VVormatienſis* cumprimis, *Poſſiaceni*, & *VVeſtmonaſterienſis*.

Ex ſcriptis, ferè ἀνεκδότοις, primùm jam collegit & tranſtulit,

JOH. HENRICUS HOTTINGERUS, D.

TIGURI,

Impenſis MICHAELIS SCHUFELBERGERI, 1665.

SERENISSIMIS

PRINCIPIBUS

ac

DOMINIS:

D. GUILIELMO.
D. CAROLO.
D. PHILIPPO.
D. GEORGIO.

Haſſiæ Landgraviis, Principibus Herſchfeldiæ, Comitibus in Cattimeliboco, Decia, Ziegenhaina, Nidda & Schaumburgo, Fratribus Germanis, Dominis meis Clementiſſimis.

Hanc Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ partem

humilimè offert

JOH. HENRICUS HOTTINGERUS.

SERENISSIMI PRINCIPES.

H*Onorantes me honorabo, contemptores autem mei leves fient*, I. *Sam.* II. v. 30. Verba ſunt Ejus, qui, ut ſolus eſt ἀψευστος, ita unus in cœlis, qui, quod vult, facit, *Pſalm.* CXV. v. 3. Et quanquam hæc etiam cœleſtis honoris corona, ſuas habeat ſpinas: Sol ſuas Eclipſes, Luna maculas, felicitas crebras viciſſitudines, nihilque adeò in ærumnoſa hac lachrymarum valle, ex omni parte ſit beatum, nunquam tamen non, divinum illud effatum; *Honorantes me honorabo*; verùm fuit, omnium quippe Seculorum experientiâ probatum. Vetera & remotiora, ne, commentariis prolixis, compendioſi affatùs gratiam perdamus, in hoc veſtibulo mittimus. Quæ domi Veſtræ; *Sereniſſimi Principes*; nata ſunt, exceptione omni majora eſſe, ne orbem quidem latet univerſum. Eximium profectò cœleſtis Numinis beneficium erat, quando, ſuperiori ſeculo, incomparabilis Heros, *Philippus Magnanimus*, non modò reliquis per Germaniam Principibus libertatem Chri-

ſtianā anhelantibus Se etiam, Suáque pro Religionis reformatione intrepido animo impendit; ſed etiam ad controverſiæ Sacramentariæ moderatam compoſitionem tandem impetrandam nihil intentatum reliquit. Neque verò vel ex Colloquio Marpurgenſi, vel aliis publicis, Magni Principis, æſtimari debent conatus, actis; quanquam & illa poſteris etiam abundè ſint perhibitura teſtimonium pietati, fortitudini, rerúmque Theologicarum, tanti Herois, ſcientiæ exactæ. Scriniis adhuc & Archivo Veſtro cuſtodiuntur, quæ dubitare nos minimè ſinunt, non minus paci Eccleſiaſticæ, turbatæ diu ſatis & penè deſperatæ, ab Eo litatum fuiſſe laudabiliter, quàm veritatis patrocinium ſuſceptum fortiter. Quoties de illa cogito Epiſtola (cogito autem & libenter, & frequenter) quàm Sorori, *Eliſabetha*, Saxoniæ Electrici, Jam a. Ch. 1530. ſcripſit, dubium meritò ſubit, major ne in eximendis, de ſymbolis Sacramentalibus, ſcrupulis ejus fuerat felicitas, an in aſſerenda ſententia Orthodoxa ſoliditas. Adeò inter ſe certant integritas, veritas, prudentia, & acumen. Sed majora hæc ſunt, quàm quæ obiter tantùm commemorari debeant, Tempus erit & locus, quo de Reformatione Haſſiaca pluribus, σὺν

Θεῷ

Θεῷ, acturis demonſtratu erit facile, univerſam, inde à Reformationis incunabulis, Rempublicam Chriſtianam, & mul a *Sereniſſimæ Domui* Veſtræ debuiſſe, & debituram libentiſſime deinceps. Nempe prima hæc cura fuit & ſolicitudo *Philippi Magnanimi*, ut DEUM honoraret, ſuperſtitionem tolleret, diſtractos in Eccleſia animos, tum aliâs, tum cumprimis Marpurgi, a. Ch. 1529. & poſtea, cum diſſidia Reformatos magis magisque vexarent 1544. componeret. Digniſſima profectò tanto Principe eſt Epiſtola, quâ a. Ch. 1544. *Pruncho* ſuo ſeriò in mandatis dedit, ut concordiæ ſtudium, Theologis tum congregatis, *per Chriſtum, ejúsque honorem, & Evangelii propagationem*, de optima nota commendaret. Pietatis verò, Orthodoxiæ, honoris divini promovendi ſtudio, ita aurigante, cur ſucceſsûs ſpes decollare poterat? Non vanus augur fuit noſter (quem magno ſemper loco habuit *Philippus*; Reformator *Zvinglius*) quando haud uſque adeò longe ante obitum, cygnea veluti cantione, *Heroi* Haſſiaco d. 22. Julii a. Ch. 1530. ita valedixit. Man wird im Himmel und Erden bekennen/ und loben/ daß Ihr der einig und der erſte ſind auß allen Fürſten/ der ohnehindersiſehen/ den Pflug hab: Halt an/ frommer acker-

Mann/ halt an: Es gehet nur wol: Nonne manum aratro admoverit auſpicatam, qui proventum adeo uberem expectare potuit, ut de eo reverenter cogitare, quàm infra meritum aut dignitatem ſcribere, ſit conſultius, quemque ipſa facilius poſteritas mirabitur, quàm credet. Europa ſtupuit, cum inter tot tempeſtates, fulmina, fulgetra, grandines, feliciter & Eccleſiæ bono, & Reipublicæ emolumento agriculturam Haſſiacam ſucceſſiſſe, animadverteret. Scilicet, cœleſtis Scholæ axioma eſt: Honorantes DEUM, inglorii eſſe non poſſunt. Quorſum verò hæc, *Sereniſſimi Principes*? Inſtituti præſentis ratio tandem erit reddenda. Cùm in curſu meo *Hiſtorico* ad ea, quæ cauſas Reformationis ſuperiori Seculo inſtitutæ, pandunt, perveniſſem tempora, Indulgentiarum ſcruta paulò accuratius vidi excutienda, tum ut noſtri cognoſcerent, quàm cadaveroſa ſuperiorum temporum facies fuerit Eccleſiaſtica, tum etiã quàm gravi nos illi onerârint injuria, qui fruſtrà, nulla urgente neceſſitate, Majores noſtros Romam ſua ſibi habere juſſiſſe clamitant. Oſtendendum igitur erat, ſolum illum lapidem Indulgentiarum molarem, afflictorum collis alligatum, non in Oceanum; ſed ipſum inferorum, bara-

barathrum deprimere eos potuiſſe. Quando ergo ex hac palæſtra, ex hoc campo *Haſſiacæ Domui*, adeò perennis & illibatæ gloriæ nata eſt materia, cui hæc ſpolia, naufragio veluti aut incendio erepta, rectius, quam Eidem cedant? Vobis ergo conjunctim omnibus (cur enim, quos & cauſa, & obſequium meum, & familiæ ſplendor, & votorum deſiderium conjungit, charta hæc ſeparet?) magna, Haſſiacæ gloriæ ſpes, laborem hunc L. M. Q. ſacrum eſſe volui, tum ut, quibus cum larvis Prædeceſſoribus Veſtris fuerit pugnandum, hac tenera Veſtra diſceretis ætate, tum ut, quod inde à Reformatione, inter Theologos noſtros, *Zvinglium, Bullingerum, Gvaltherum, Hoſpinianum, &c.* receptum fuit, à nobis continuaretur, debitæ obſervantiæ per publicam προσφώνησιν, teſtimonium, tum porrò, ut, quod Veſtrum fuit ſcriptum Arabicum ἀνερμήνευτον, ad Dominos jam rediret, Latinâ utcunque linguâ veſtitum, tum denique, ut &, pro tot à *Sereniſſima Domo Haſſiaca*, acceptis beneficiis, vel aliquod gratæ mentis extaret monumentum. Gratum ergo, majorem in modum rogo, ſit opuſculum, cujus authorem non ingratum eſſe, ego, niſi ingratiſſimus, diffiteri haud poſſum. DEUM ſupplex veneor, ut protectio

porro Veſtra, honor & clypeus Veſter gratioſiſſimè ſit : IDEMque auſpicatiſſimum, Heroicæ Matris regimen, ſua benedictione proſequi, pacata tempora, Eccleſiam & Academiam florentes, ſubditos fortes, & obſequentes, vitæ inſuper præſentis curſum ſecundum, æternas denique in cœleſti patria ſedes, per & propter Jeſum Chriſtum, VOBIS largiri dignetur.

Ita Vovet,

Tiguri d. 25. Auguſti,

Anno incarnationis
M DC LXV.

S. S. S. Sereniſſimæ V. V. V. Veſtræ
C. C. C. Celſitudinis

humilimus cultor

JOH. HENRICUS HOTTINGERUS.

AD

AD LECTOREM.

IGnoſce, quæſo, Benevole Lector, ſi *ſcrutando eruere* conor. Eâ, ab aliquo tempore, occupor materiâ, quæ alios libentius, (quæ tua felicitas eſt, non fuga mei officij,) quàm me audiri vult. De ſuperiorum, quæ nos vivendo non attigimus, temporum conditione ſoliciti, eos utique auritis præferimus, qui oculati tum rerum geſtarum fuerunt teſtes. Et Indulgentiis quidem, ut lucem ex tenebris eliceremus, paulò diutius fuimus immorati, non tam, ut aliorum detegeremus probra, quàm turpem Schismatis impactam dilueremus culpam. Triſte eſt Schismatis, hæreſeos crimen; macula, quam boni viri maſculè ſemper & intrepidè deterſerunt. Si proinde & nobis idem curæ fuit, non ingratam, poſteritati ſaltem, præterita potiùs admiraturæ, quàm credituræ, nos præſtituros operam, confidimus. Orientem, & in eo, infidelium, Judæorum & Muhammedanorum cœtum ideo diligentiùs ſolicitavimus, ut eorum exemplo Juſtitiarij, quàm ſit periculoſum huma-

humanas Tribunali Dei obtrudere ſatisfa-ctiones, compendio ſuo diſcerent. Et quanquam univerſam Muhammedanorum percurrere placuerit Theologiam Practicam; precum tamen, quæ laborioſiſſimæ ſunt apud Muhammedanos, rationem præ cæteris habere viſum fuit. Quam Leiturgiæ partem diſtinctè ſatis expediviſſemus, ſi de βαττολογία, à Chriſto damnata, à Synagogis verò Judaicis, & Meſgidis Turcicis recepta; aliquid addere licuiſſet. Sed quando ita nos Occidentis Hiſtoria, ſibi vendicavit, ut calentem ſubinde calamum frænare neceſſe habuerimus, alij tractatio illa loco reſervanda erat. Specimen tamen dabimus, quod cum iis, quæ *Faſcic. Diſput. Heidelb.* p. 315. inſeruimus, collatum, planum facit, omnino battologiá, de qua Servator, *Matth.* c. VI. v. 3. eſſe ſuperfluum illum Epithetorũ divinorum ϛυναθροισμὸν, quo fruſtra Deum colunt, qui verborum acie expugnandum Illum exiſtimant. Locum autem Battologiæ relinquunt Muhammedani, tum in ἐντεύξει, deprecatione ſeu interceſſione, tum in δεήσει ſeu precatione. Utriusque exemplum nobis ſuppeditat Mſc. Arabicum, quod magnus noſter amicus, Celeberrimus D. D. Wettſteinius, nuper noſtris ad tempus inſervire voluit ſtudiis. Et

illius

illius quidem in trita illa ſalutatione Muhammedica: אלסלאם עליך *Pax tibi*; & צלי עליה *Precare pro eo, ò DEus.* Utrique formulæ toties totięsque repetitæ farrago ſubjicitur Epithetorum. Prioris aliquot videamus

נבי אללה		Propheta DEI.
מכתאר אללה		Electe DEI.
האשמי		Haschemita
מדני		Medinenſis
מכי		Meccenſis
מצטפי		Selecte.
מחמד		Deſiderate.
צאחב אלתאג ואלמעראג	אלסלאם	Domine coronæ & aſcenſionis.
צאחב אלנאקה	עליך יא	Domine Camelæ.
צאחבאלכוחר	*Pax ſuper te, ò*	DomineCauteri.
ערבי		Arabs.
אבטחי		Abtacheæ (vallis Meccanæ nomẽ)
כאתמאלנביין		SigillumProphetarum
רחמה אלעאלמין		Miſericordia utriusq; Seculi.
אדי אלמצלין		Medicina errantium.

Sed & poſterioris Specimen videamus.

אלמרסלין		Apoſtolorum
אלמומנין		Credentium.
אלמסלמין		Muſelmanorum.
אלשאהדין		Martyrum.
אלתאיבין		Pœnitentium
אלמרשדין		Dirigentium
אלמבשרין		Evangeliſtarum
אלמחסנין		Benefactorum.
אלטאהרין		Purorum.
אלצאימין	אללהם	Jejunantium.
אלשאפעין	צלי עלי	Intercedentium.
אלפיזין	מחמד	Beatorum.
אלאולין	סיד	Primorum.
אלאכרין	*ò DEus ,*	Ultimorum
אלמחמודין	*ora , pro*	Deſideratorum.
אלמכלוקין	*Muham-*	Creatorum
ולדאדם	*mede, qui*	Omnium filiorū
אגמעין	*eſt Domi-*	Adami.
אלבשיר	*nus*	Evangeliſta &
ואלנדיר		monitor
אלנבי אלמכי		Propheta Mec-
אלנבי		cenſis.
אלהאדי		Propheta diri-
אלנבי		gens.
אלחגאבי		Propheta He-
		ghabæus, velo ſe-
		paratus.

For-

Formulam vero battologiæ in precibus ad ipſum Deum conceptis, idem habet author, ut vel ex ſequentibus patet:

אללהם יא נור אלנור תנורת באלנור ואלנור
פי נורי נורך יא נור אללהם יא עזיז תעזזת
באלעזה פי עזה עזתך יא עזיז יא גליל תגללת
באלגלאל ואלגלאל פי גלאל גלאלך יא גליל
אללהם יא גמיל תגמלת באלגמאל ואלגמאל
פי גמאל גמאלך יא גמאל אללהם יא ואחד
תוחדת באלוחדאניה ואלוחדאניה פי ואחדניה
ואחרניתך יא ואחד אללהם יא עטים תעטמת
באלעטמה ואלעטמה פי עטמה עטמטך יא
עטים *ò Deus, ò lux, lux quæ ſplendere facta es in luce.* *Imò*, per lucem in luce mea, lux tua, ò lux. O Deus, ò potens roboratus es in potentia. Imò, per potentiam, in potentia mea, potentia tua, ò potens. O Deus, ò magnifice, magnus factus es, in magnificentia tua. Imò, per magnificentiam tuam, in magnificentia mea, magnificentia tua, ò magnifice, ò Deus, ò pulcher, pulcher habitus ex in pulchritudine. Imò per pulchritudinem, in pulchritudine mea pulchritudo tua, ò pulcher, ò Deus. ò qui unus es, unitate unus conſtitutus: Per unitatem, in unitate mea, unitas tua, ò qui unus es. O Deus, ò magne, qui magnus factus es in magni-

magnitudine. Per magnitudinem, in magnitudine mea, magnitudo tua, ò magne. Atque ita pergit, eademque formula reliqua etiam percurrit Epitheta, והאב *datoris*, קדוס *ſancti*, פתאח *apertoris*, *victoriam largitoris*: פרד *ſingularis*, קהאר *potentis*, עפאר *remittentis*, כרים *liberalis*, כביר *eximij*, רחים *miſericordis*, עלים *ſcientis*, קדים *æterni &c.* Cæteræ etiam precum formulæ, quas ſatis magno numero ſubjicit, eodem ferè tenore procedunt. Sub finem breviſſimam annectit precatiunculam, cujus clauſula eſt, והו אלעלי אלעטים יא אללה יא אללה יא אללה יא הו *Et ille excelſus eſt, & magnus. O DEus, ò DEus, ò DEus, ò Ille &c.* quæ ultima vocula הו *Ille*, pro Eſſentiali DEI nomine poſita, 1158. vicibus ordine ſequitur, ut vox אלהא *DEus* 889. Nonne verò hoc eſt, βαττολογεῖν. Atque hæc hactenus.

INDEX

HISTORIÆ ECCLESIASTICAE NOVI TESTAMENTI,

SECULI XVI.

PARS III.

De cauſis Reformationis.

CAPUT I.

De cauſis Reformationis impulſivis internis plenior diſſertatio.

Plenior explicatio cauſarum impulſivarum tum καθ᾽ ἄρσιν; ubi oſtenditur in genere, *omnem religionis mutationē eſſe debere præmeditatam:* In ſpecie *verò, Reformatores ad periculoſiſſimæ aleæ pleniſſimū opus non fuiſſe excitatos, a.* Honorum aut favoris humani augmento, ubi de promiſſionibus Pontificiis, Zuinglio factis: Nec *b.* ſpe lautioris conditionis; ubi de divitiis Zuinglii, Calvini &c. Nec *c.* vitæ tranquillioris ſtudio. Nec *d.* liberalioris otii deſiderio. Κατὰ θέσιν *ſupereſt puræ conſcientiæ debitum.*

I. *Reformatoribus ad Reformationem vel ſuadendam, vel introducendam, vel retinendam, animum, præter pietatem, vel religionis officium Deo debitum, addere nihil vel potuit, vel debuit; tum quòd religionis mutatio conſiderata & præmeditata eſſe debet, tum etiam, quòd nulla honorum, commodorum, tranquillioris vitæ, aut favoris, laborum denique compendia, inde potuerint expectari.*

II. *Hunc ergo conatum, ſi fuiſſet intempeſtivus aut irreligioſus, ipſa repreſſiſſet religio, ſummumque, quod ab ejus mutatione pendet, momentum.*

Nihil homini religioſius eſt, quàm religio: Ut quis ab ea, in qua inſtitutus eſt á puero, recedat, non temerario vel novitatis pruritu agitari, vel externorum commodorum ferri debet ſpe aut lucro. Quemadmodum enim mira eſt vis religionis, quæ, etiam ſi mala, deteſtabiliſque ſit, animis tamen ſemel inſita, ac penitus impreſſa, inflammare homines, & concitare ad ſui timorem ſolet: omnes n: quam ipſi volunt religionem, potiorem ac ſanctiorem alienâ putant; ita ut pro religione certare, pro hac vires effundere, pro hac denique ipſam exponere vitam ſimus parati, & exactâ ſcientiâ, & religioſâ concientiâ opus eſt. Ita enim ipſe Sp.S. religionem definit: Ἐπιγνω-

Ἐπίγνωσιν ἀληθείας τῆς κατ᾽ εὐσέβειαν ἐπ᾽ ἐλπίδι ζωῆς αἰωνίου agnitionem veritatis, quæ eſt ſecundùm pietatem; ad ſpem vitæ æternæ, Tit. 1: 1.2. Non ergò ſatis eſt, ubi conſilia de religionis mutatione agitantur, ad hunc vel illum temerè provolare cœtum: Scientia requiritur, cur illa, in qua quis educatus, non placeat; cur hæc magis, quàm alia? Nam, qui hac deſtituuntur radice, *πρόσκαιροι* ſunt, *παντὶ ἀνέμῳ φερόμενοι*. Et quos non ſcientia, nec conſcientia ad ſacrorum mutationem ſtimulat; ſed vel ſpes lautioris conditionis, vel major, quàm apud ſuos habere poſſet, tranquillitas, vel aliud aliquod vitæ humanæ compendium; qui tamen ſcopo, ut plurimùm, ſuo excidunt. Regnum Dei ante omnia quærendum, monet Servator & tum demum cætera adjectum iri, promittit; *Matth. 6. 33.* Qui ventrem hîc Deum faciunt, aut illi primas deferunt, *ἀπέχουσιν τὸν μισθὸν αὐτῶν*. Neque qualiſcunque umbratilis & ſcholaſtica ſufficit notitia: Hanc multi quidem afferunt; ſed ſolam, non piam; quæſtuoſam, non religioſam, qualem Apoſtolus requirit. Unde & tales facilè, quia radicem non habent, vel perſecutionum æſtu, vel tentationum igniculis etiam obortis reſiliunt, & ad ollas iterum Ægyptiacas properant. Ego profectò illis, qui

ad nos, ſive ex Judæis, ſive Pontificiis, ſive quibuscunque aliis tranſierunt cœtibus, ſeriò ſemper inculcavi, ut zelum afferrent, qui eſſet κατ' ἐπίγνωσιν; ut expenderent diligenter, quàm periculoſæ aleæ opus meditarentur: Ne *regionem* potius mutarent, quam *religionem*: Ne aureos ſibi iri Evangelica profeſſione pollicerentur montes; probè obſervantes, per multas afflictiones, cruces, nō pictas aut fictas, ſed veras, ferreas, Chalybeas, &c. Evangelium viam oſtendere ad vitam æternam. Non ut hac ratione vel infirmi terreantur; vel quòd neſciamus, tenebrarum multos faſtidio quærere lucem, cujus amænitatem nondum ſunt experti; ſed ut larva perſonatis illis Chriſtianis, qui non propter Chriſtum, ſed Lazarum, ut novitatis deſiderio ſatis faciant, pedem movent, detrahatur; & ita pretioſum à vili ſecernatur.

III. *Falsò etiam fingitur, magna ex hac* Reformatione *ad authores redundâſſe commoda hujus ſeculi. Nulla enim expectari hic poterant compendia honorum, aut favoris humani.*

Illi, qui modò antea non apud Reges tantum, & Principes; ſed & Imperatores & Pontifices in florentiſſima erant gratia, ſtatim cum Paulo habiti ſunt καθάρματα & περιψήματα *retrimenta* & *quisquilia* generis humani,

nani, omniumq; libidini expoſiti. Quod ut ut verum ſit de univerſa Eccleſiâ, ita Helveticis cumprimis id eveniſſe Reſpublicis, perſuaſiſſimum eſſe debet. Aſſentitor fortè videri queam, ſi dixerim, *Clementem* VII. vel ideo Reformationem Tigurinorum ægrè tuliſſe, *quòd illorum potiſſimùm devotio deferbuiſſet, quorum in Sedem Romanam præcipua eſſet obſervantia; quòd illius Gregis jacturam feciſſet, quem ſemper amavit: quem & in amore & in charitate ſemper præcipuum habuit.* Sed ipſa adhuc Pontificis *Brevia* in manibus ſunt noſtris, quæ id ipſum clariſſimè condoce faciunt. Et inſeram quidem vel unicum, hoc loco, *Dilectis filiis Burgimagiſtris, Conſulibus, Conſilio & Communi Thuricens. Eccleſiaſticæ Libertati Defenſoribus*, inſcriptum, Romæ 14. Feb. 15. 25.

CLEMENS PAPA. VII.

DIlecti Filii ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cùm in *omne* Helveticum nomen hujus Sanctæ Sedis auctoritas, ac noſtra præcipuè voluntas ob eorum *multa, & præclara merita* propenſa ſemper fuiſſet; tum verò recordamur nos vobis, *Filii Turricenſes*, ſeorſum & *veſtræ* eximiæ *virtuti* in primis fuiſſe fautores: nam cum reli-

reliquos *omnes Pagos auctoritate*, & *primatu* antecellere videremini, virtutis verò, & *fortitudinis* ac in hanc ſanctam Sedem *obſervantiæ* præcipuum nomen obtineretis, nos etiam veſtris egregiis operibus, veſtra ope, & auxilio, cum in *minoribus* conſtituti eſſemus, aliquando ſublevati, atque adiuti; gratiſſimæ vobis noſtræ voluntatis officium ſemper præſtitimus: neque diſſimulavimus *nos Turricenſium nomini & virtuti ſingularis* benevolentiæ eſſe debitores, cúmque *initio Potificatûs* noſtri veterem *conjunctionem* & *amicitiam*, quæ huic ſanctæ Sedi diu ante vobiſcum interceſſerat, & nobis cum *eisdem vobis* maxima intercedebat, ſtabilire & renovare meditaremur, primum Apoſtolicæ Sedis, *multis* incommodis & difficultatibus attritæ & *exhauſtæ* opes nos aliquantum ſuperſedere, & commodius *tempus* exſpectare coëgerunt, deinde *gravis* ille nuncius animum noſtrum percuſſit, vos tali ante virtute, tali in Sedem apoſtolicam *reverentia*, tali in Deum omnipotentem honore, pietate, religione præditos, quorundam improborum & ſceleratorum *conſiliis*, qui leges ſummi Dei, quas ipſi primo *ſpreverant*, & abiecerant, vobis quoque ſpernendas & poſthabendas ſuaſerunt à ſanctæ *Religionis vero cultu* à ſanctorum

rum Patrum inſtitutis, & majorum piis ac religioſis doctrinis *aliquantulum*, ſeductos eſſe, & quod nobis moleſtius afferebatur, eos qui iniqua ejusmodi conſilia vobis obtuliſſent *ſuarum opinionum impiarum prætextum à Deo atque* Evangelio impudentiſſimè *ſumere*, quaſi his novis interpretibus maligno Sathanæ *Spiritu inſtructis*, ac non glorioſiſſimorum illorum Doctorum cæleſtiúmque præconum, quos Spiritus *Dei ſanctus* edocuerat, auctoritatibus potiùs, & *ſententiis ipſum Evangelium* ſit interpretandum: *qui perpetuatam* tot jam ſeculis ſuæ *doctrinæ fidem* non probaviſſent, niſi eos ſancti Spiritus gratia, & gloria illuſtrâſſet. Qui ergo iſti ſunt novi auctores *Evangelii*, qui vos *gentem nobilem* & *Chriſtianiſſimam* Deo Omnipotenti, & Matri veſtræ, Catholicæ *Eccleſiæ* eripere contendunt? nonne qui laxatis *continentiæ*, & *pudicitiæ frenis*, turpiſſimam ſuam *intemperantiam* verbis Scripturarum non ſenſu recto tegere *conantur*? qui pacem & concordiam, quam Dominus noſter Jeſus Chriſtus, abiens ad *Patrem*, tanquam Teſtamento cæleſti hominibus legavit, è medio veſtrum tollere, & ſeditiones, inimicitias, pericula ſeminare contendunt? qui quo ſcelerum & turpitudinum ſuarum *major ſit illis* parata defenſio, omnia in vobis turbare

& miſcere, & clades, & calamitates conſerere non verentur: Qui ſi audent ſe pares facere illis veteribus *a cœlo inſtructis Doctoribus Auguſtino, Gregorio, Hieronymo, Ambroſio, Cyrillo, Cypriano*, totque & talibus aliis multis ſummis, *& ſanctiſſimis viris, quâ nam impudentiâ ſunt?* quod odium non merentur: quæ nam illorum eſt arrogantia, ſtultitia, importunitas? ſi autem illis cedunt, ut cedere neceſſe eſt, qua ratione audent contra illorum pias, ſalutareſque in ſanctis Scripturis ſententias; nova, & impia, & hæretica diſſeminare? Quod ſi illi à Diabolo vincti & conſtricti ſunt, vos quæſumus, Dilectiſſimi Filii, vos inquam, ad ſenſum *pium & Catholicum adherete; auctoresque veſtræ immaculatæ religionis accipite eos, quos ſupra nominavimus*, quorum nomen & pietas in cœlo conſecrata eſt: qui à Deo miſſi ſunt ad ſacras doctrinas conſtituendas: non hos leves, & improbos, qui non ſalutem veſtram, ſed ſuam *licentiam, intemperantiamque* cogitant. Nam quem nobis dolorem afferre creditis, *talium filiorum, quos ſemper tantum amavimus, jacturam?* non temporali damno commovemur, quod etſi non mediocre Sedi *Apoſtolicæ accidit in vobis*; tamen hujus damni multa poſſunt remedia inveniri. *Veſtra nobis fides, veſtra ſpes æternæ ſalutis cor-*

dique

dique eſt, ſine qua vita æterna nō acquiritur. Tenemus *Paſtoris nomen, & vigilantiam*, quomodo ergo poſſumus non dolere detrimentum gregis noſtri, ac talis præſertim gregis, *quem & in amore, & in charitate ſemper præcipuum habuimus*? Atque hos acerbos fructus iſtorum impietatis & ſceleris primos profecto ſentitis, quod tantæ inter vos, ſociosque veſtros *excitatæ diſſenſiones ſunt*, ut niſi Dominus Deus nobis opem tulerit, qui hoc potiſſimum cogitamus & cupimus *vos in fide mutua* & amicitia continere, res ad maxima pericula progreſſura eſſe videatur: *in quo vos admonemus & jubemus conſiderare primum hoc opus Diaboli*: quicquid enim ab Diabolo eſt, & miniſtris ejus, id ſeditionem, & zizaniam ſeminat, *pacem conſenſionemq; diſturbat*, odia, inimicitiasq; conferit, nam quæ à Deo ſunt, pacem faciunt & conſpirationem. Fugite *Filii, fugite tales hæreſium, impietatum*, ſeditionum ſeminatores, ac nobis, qui paterno erga vos amore ferimur, fidem habete. Sumus pro *hac Pontificali cura inter Deum & vos medii*, pro vobis oramus, pro vobis intercedimus, pro veſtra *ſalute, tam æterna, quàm temporali*, Dominum ipſum Deum quotidie deprecamur. Hæ noſtræ preces, hæc noſtra charitas & benivolentia erga vos ut apud ſum-

mum *Deum habeat locum*, ſi quid adhuc in vobis aut *reverentia erga ipſum, aut erga nos amoris* reſidet, procurate. His quidem nos de cauſis Venerabilem Fratrem, *Ennium, Epiſcopum Verulanum, Nuncium noſtrum* ad vos totumque *nomen Helveticum* mittimus, *hominem fidum*, ac prudentem, & rerum veſtrarum, uſu, conſuetudinéque peritum, omnibus quidem iſtius *invictæ Nationis, ſed nomini in primis veſtro tanto amore deditus eſt, ut de vobis prædicando, & veſtras virtutes commemorando nunquam ſatiari poſſe videatur.* Qui licet jam annis gravis, & laboribus attritus ſit, omnem tamen vobiſcum negociandi occaſionem pro ſolatio ſibi, & requiete *exiſtimat*. Hujus nos *prudentiam* & induſtriam maximi facimus, ejúſque aduentum vobis utilem, jucundum, ſi vos & illum audire volueritis, *futurum, non dubitamus. Mittimus* autem, *ob hanc cauſam*, ut is potiſſimum in hanc curam incumbat; ut quæ ſunt inter vos, & ſocios *veſtros diſſidia, pace, conſenſioneq;* componat. Nihil enim nobis ægrius eſt auditu, quàm vos *diſſidentes, & diſcordes intelligere, nec eſt quicquam etiam, quod vobis perniecioſius eſſe poſſit.* Si, n. unquam generi *Helvetico fuit* neceſſaria pax inter ſe, cum hac ſancta Sede amictia, & conjunctio, hoc in primis tempore, quo tot turbulentis

tis Chriſtianitas agitata eſt periculis, ſummam videtur habere neceſſitatem. Sed hæc conjunctio ſine mutua inter vos conſpirationes ſtabilis eſſe non poteſt, auctor autem *omnis fidelis, & veræ conſpirationis*, ac concordiæ, eſt Deus, in cujus cultum & honorem pariter conſentire decet eos, qui concordes inter ſe ſunt futuri. Quod ut facere velitis, paternis noſtris precibus, monitionibúsque ut acquieſcatis, multum devotiones veſtras in Domino hortamur, vobis etiam ſignificantes, ſi ad nos, ad hanc ſanctam Sedem, ad majorum veſtrorum exempla, *ad ſana Doctorum cœleſtium, & divinorum monita reſpicere volueritis*, & impiorum à vobis conſilia ſegregaveritis, nos in vobis ornandis, juvandis, honeſtandis fore etiam promptos ſemper & liberales, ac vobiſcum ita acturos, ut intelligere poſſitis, veſtram utilitatem, gloriam, felicitatem, nobis non ſecus, ac ſi ex nobis eſſetis geniti, tanquam Patri pio & amantiſſimo, in animo & corde infixam ſemper eſſe, ſicut latius ab eodem Epiſcopo Verulano intelligetis, cui fidem habebitis. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, ſub annulo piſcatoris: Die XIIII. Februarii M. D, XXV. Pontif. Noſtri Anno Secundo.

Joann Sadoletus.

Quam hic copias omnes collegit Clemens VII. ut ab inſtituto revocaret Tigurinos? Quam blandè obtrudit palpum, ut ne Tigurum Romanam deſereret religionem? Præclara agnoſcit merita, Virtutem eximiam, fortitudinem & ſingularem in Sedem Romanam obſervantiam; agnoſcit ſe Tigurinorum nomini & virtuti debitorem; ſpem ſolicitam facit fœderis ſolenniter reſtaurandi: Dolorem, quem concepiſſet ex mutata religione, expectorat; Jacturam Filiorum intenſo opponit amori; detrimentum gregis quem & in amore & in charitate ſemper præcipuum habuiſſet; Legatum mittit, tum univerſæ Helvetiæ, tum Tigurinis cumprimis, cum quibus etiam diu antea vixerat, addictiſſiumum; omniaque, quæ in promtu eſſe poterûnt, argumenta colligit, ad ſcopum ſuum obtinendum. His illecebris Curia Romana, ut curſum ſufflaminaret, uſa fuit; quo tamen ſucceſſu, eventus poſtea probavit.

IV. *Neq; Spes lautioris conditionis Reformatoribus ejuſmodi ſuggerere potuit conſilia.*

Non neceſſe eſt, ut huic diluendo prætextui quicquam mutuemus operæ. Multis religio noſtra non uſque adeò diſpliceret, modo majori & ſplendidiori incederet pompa:

Non

Non ita humilis eſſet pauper, paucis contenta. Argentea & aurea mallent vaſa quàm aureos ſacerdotes. Pabulum aurium & oculorum, quàm animæ. Et tamen jam olim hanc impudenter Camarinam auſi fuerunt movere illi, qui Heroicos Zuinglii conatus quoquo modo voluerunt oppreſſos. Non Pontificiorum tantum; ſed & phanaticorum hæ fuerunt artes, de quibus modeſtè *Zuinglius* in ſuo *Eccleſiaſt.* T. II. p. 47. b. *Quod de nobis, qui Tigurinæ Eccleſiæ Miniſtri ſumus, dicitur, quàm pinguia nimirum nobis ſacerdotia ſint, adeò falſum eſt & vanum, ut certò teſtari poſſim, me hoc anno proximè elapſo (qui à Chriſti nativitate vigeſimus quartus ſupra milleſimum quingenteſimum numeratur) nunquam potuiſſe ad 60. aureorum ſummam pervenire, niſi Collegii noſtri Præſides prærogativa quadam prævenisſent. Quòd ſi qui ſunt, quibus plura, quàm mihi ſuppetunt; non adeò multo me opulentiores eſſe ſcio. Atqui hi ſunt trecenti illi, ſi Diis placet, aurei: hæc tot & tanta Sacerdotia, quæ adverſarii noſtri nobis non minus falsò, quàm impudenter tribuunt. Nec tamen ideo hæc dico, quod quidquam de mea tenuitate & inopia conquerar. Deum enim teſtor, cujus ſolius beneficentia vivo & nutrior, me his ita contentum eſſe, ut ſi quid mihi deeſſe doleat, non alius hic dolor ſit, quàm quòd egenis, & pauperi multo-*

rum turbæ minus quàm ipſe cupiam poſſim ſuccurere. Et ſanè ſi carnis conſilium ſequi velim, me non aliquod ſtipendium; imò ne teruncium quidem recepturum eſſe, facile pollicerer; modò à periculoſa hac functione mea me tutò extricare poſſem. Sed ut hoc faciam nec temporum noſtrorum iniquitas, nec talentum mihi commiſſum admittere poteſt. Hac autem Adverſariorum improbitate compulſus, vel invitus dicere cogor; Uxorem meam, Annam Reinhardin opulentiſſimam eſſe, & divitiis undiquaque affluere, ſtolidiſſimi homines prædicant, quæ tamen, demptis veſtibus ſuis; & reliquo muliebri mundo; non ultra quadringentos nummos aureos poſſidet, veſtes verò ſplendidiores, annulos item & alia hujus generis clenodia, etſi habeat; ita tamen negligit; ut ex eo die, quo mihi matrimonio juncta eſt; iis nunquam ſit uſa: Sed inſtar honeſtæ matronæ, ut & reliquæ Civium noſtrorum uxores, amicta incedit: Ea verò, quæ à liberis ſuis (inclyta nimirum Majorum familia) in vitæ ſuæ ſuſtentationem recepit, non poteſt quidem reſpuere, cùm jam annum fere ætatis quadrageſimum attigerit, & ex me quoque liberos quàm plures ſuſcipiat, quorum deſiderium me, ut illam uxorem duxerim, impulit. Hic tamen non verentur impudentiſſimi homines, neſcio quæ magnifica de illius opibus, veſtitu, mundo muliebri; aliisque quàm plurimis detonare, cùm interim nemo è noſtris tam cæ-

cus

cus ſit qui non mendacium hoc videat, nemo tam malignus, qui non horum malitiam agnoſcere cogatur. Sed de abſentibus vana quædam & falſa ſpargere; ut frequens, ſic etiam tutiſſimum eſt. Liberos equidem habet opulentiſſimos: Deus faxit, ut opibus ſuis dignè utantur. Ipſi verò de tantis opum theſauris non quicquam tribuitur; præter veſtitum & reliquum mundum muliebrem, una cum triginta aureorum ſtipendio, quod in vita ſua ſuſtentationem quot annis recipit. Quid, quòd nec ſponſalia, quæ ipſi jure debebantur, moleſtius exigere volui? Imo opes ipſius non magis curo, quàm ſi à me eſſent quàm alieniſſima. Nec tamen hæc quisquam fraudi mihi vertat velim: Paulum quoque non ſemel ſuarum rerum patronum agere videamus, ſi quando à calumniis, ſibi intentatis, ſeſe, famámq; ſuam fortiſſimè aſſerit; quoties nimirum iis non tam ſuam, quàm Evangelii gloriam obſcurari animadvertit. Facile enim hoc ferrem, nec aliqua mihi Apologia opus eſſe putarem, niſi Chriſti doctrinam, quam prædico, hiſce convitiis, infamari ſentirem.

Ita Zuinglius de re ſua familiari invidioſè exagitata. Non adeò rude erat lignum, ex quo non Mercurius ſculpi potuiſſet Romanus, Epiſcopus, aut Abbas, Princeps Imperii, niſi Simonis Petri, quam Simonis Magi maluiſſet veſtigia premere. Alibi diximus, quos ſucceſſor ejus, Bullingerus exantlarit labo-

labores, & quàm paucos eo temporis ſuſtinuerit orbis eruditos, qui paria cu ipſo præſtiterint, ſed quo laboru ſuorum ſtipendio? Moderato, & in quo ὁ αὐταρκὴς, planè quievit; eo tamen, unde ægrè ſuam alere potuiſſet familiam, niſi aliunde, ex patrimonio vel dote, aliquid acceſſiſſet. Scripſit: a: Ch. 1556. ad filium Henricum: Stipendium & reditus annuos non aſcendere ad libras 700. annuas; quæ nondum 400. florenorum Helveticorum faciunt ſummam. Et in Teſtamento, Ampliſſimo Magiſtratui Tigurino ſcripto, monet; ſe omnia libenter Eccleſiæ Tigurinæ impendiſſe; aliò vocatum, ad lautiora ſtipendia, maluiſſe paucioribus Tiguri eſſe contentum, & de ſuo ſubinde aliquid addere, quàm mutatione ſedis indicium relinquere animi Tigurinis non addictiſſimi. Honeſta munera non planè reſpuit, præſertim ſi ab amicis fuerunt profecta, illectus tamen ad beneficia hamata, & periculoſas δωροφαγίας, eas maſcule detrectavit. Inſigne occurrit exemplum a. Ch. 1553. d. 16. Novemb. ad *Epiſcopum Bajonenſem*, de quo aliàs. Et profectò, quæ vel veriſimilitudinis umbra dictare hoc poterat, ut crederetur lucrũ quæri in ea reformatione, quæ Mamonem deſtrueret, Simoni, res ſacras emturienti, malediceret? Quæ-

quæſtuoſæ erant Miſſæ, uſq; adeò, ut in ipſo adhuc Papatu in proverbium abierint: *Cuprea pecunia, cuprea Miſſa*, Küpfferin Gelt/ Küpfferin Seelmeß; ſublatæ ſunt. Quæſtuoſa erat Confeſſio auricularis; ſublata eſt. Ipſum Purgatorium χωνδυλήειον erat, quod majores, quam ipſa india; attulit theſauros; extinctum eſt: Summa; quicquid fere πρὸς τὰ ἄλφιτα; ad rei familiaris incrementum, Papatus paulatim excogitavit; per reformationem eſſe deſiit: Et tamen audent γαστέρες ἀργαὶ reformationem, plura habendi, aut inveniendi injuſto deſiderio; adſcribere. Hæc magnificentia, hæ ſabyriticæ illæ opes, & Perſicus fuit luxus! Cui (ut ad *Zvvinglium* redeamus) Papa nihil denegaſſet, ſi tiaram illi Pontificalem reliquiſſet intactam; ille modico acquieſcere ſtipendio; quàm conſcientiam porrò ſuam onerare maluit. Et qui rara ſuâ, ipsisque adverſariis ſtupenda eruditione nihil non Romæ impetrare potuiſſet, *Calvinus*, maluit cum Moſe Ægyptiacas divitias ſpernere, quam animam, & ſuam, & aliorum periculo exponere. *Ambitioſus fuit Calvinus* (ita *Beza* in vit. Calvin. ad fin.) *Scilicet! imò etiam novum Papatum ambivit; qui hoc vitæ genus, hanc Rempubl. hanc denique Eccleſiam, quam verè poſ-*

 ſum

labores, & quàm paucos eo temporis ſuſtinuerit orbis eruditos, qui paria cū ipſo præſtiterint, ſed quo laborū ſuorum ſtipendio? Moderato, & in quo ὁ ἀυταρκὴς, planè quievit; eo tamen, unde ægrè ſuam alere potuiſſet familiam, niſi aliunde, ex patrimonio vel dote, aliquid acceſſiſſet. Scripſit: a: Ch. 1556. ad filium Henricum: Stipendium & reditus annuos non aſcendere ad libras 700. annuas; quæ nondum 400. florenorum Helveticorum faciunt ſummam. Et in Teſtamento, Ampliſſimo Magiſtratui Tigurino ſcripto, monet, ſe omnia libenter Eccleſiæ Tigurinæ impendiſſe; alio vocatum, ad lautiora ſtipendia, maluiſſe paucioribus Tiguri eſſe contentum, & de ſuo ſubinde aliquid addere, quàm mutatione ſedis indicium relinquere animi Tigurinis non addictiſſimi. Honeſta munera non planè reſpuit, præſertim ſi ab amicis fuerunt profecta, illectus tamen ad beneficia hamata, & periculoſas δωροφαγίας, eas maſcule detrectavit. Inſigne occurrit exemplum a. Ch. 1553. d. 16. Novemb. ad *Epiſcopum Bajonenſem*, de quo aliâs. Et profecto, quæ vel veriſimilitudinis umbra dictare hoc poterat, ut crederetur lucrū quæri in ea reformatione, quæ Mamonem deſtrueret, Simoni, res ſacras emturienti, malediceret?

Quæ-

quæſtuoſæ erant Miſſæ, uſq; adeò, ut in ipſo adhuc Papatu in proverbium abierint: *Cuprea pecunia, cuprea Miſſa*, Küpfferin Gelt/ Küpfferin Seelmeß; ſublatæ ſunt. Quæſtuoſa erat Confeſſio auricularis; ſublata eſt. Ipſum Purgatorium χωνδύλειον erat, quod majores, quam ipſa india; attulit theſauros; extinctum eſt: Summa, quicquid fere πρὸς τὰ ἄλφιτα, ad rei familiaris incrementum, Papatus paulatim excogitavit, per reformationem eſſe deſiit: Et tamen audent γαστέρες ἀργαὶ reformationem, plura habendi, aut inveniendi injuſto deſiderio; adſcribere. Hæc magnificentia, hæ ſabyriticæ illæ opes, & Perſicus fuit luxus! Cui (ut ad *Zvvinglium* redeamus) Papa nihil denegaſſet, ſi tiaram illi Pontificalem reliquiſſet intactam; ille modico acquieſcere ſtipendio; quàm conſcientiam porrò ſuam onerare maluit. Et qui rara ſua, ipsisque adverſariis ſtupenda eruditione nihil non Romæ impetrare potuiſſet, *Calvinus*, maluit cum Moſe Ægyptiacas divitias ſpernere, quam animam, & ſuam, & aliorum periculo exponere. *Ambitioſus fuit Calvinus* (ita *Beza* in vit. Calvin. ad fin.) *Scilicet! imò etiam novum Papatum ambivit; qui hoc vitæ genus, hanc Rempubl. hanc denique Eccleſiam, quam verè poſ-*

ſum paupertatis officinam appellare, rebus omnibus antepoſuit. Accumulandis ſcil. opibus ſtuduit, cujus bona omnia, carè etiam divendita ipſius Bibliotheca, vix trecentos aureos æquarant, ut non minus ſcitè, quàm verè calumniam iſtam longè impudentiſſimam refellens, hæc verba uſurpârit: Me non eſſe pecunioſum, ſi quibusdam vivus non perſuadeo, mors tamen oſtendet. *Præfat. Comment. in Pſalm. Teſtari certè poteſt Senatus, cùm perexigua ejus eſſent ſtipendia; tantùm non abfuiſſe, ut in iis non acquieſceret; ut ampliora etiam oblata pertinaciter recuſârit.*

Quid? quòd multi, qui vel in Monaſteriis ante vivere poterant locupletiſſimis, vel ex reditibus, oblationibus opiparis, &c. omnia maluerunt deſerere, lares, focos, fortunam ſplendidam contemnere, ad operas ſellularias redire; duro manuum labore victum quærere, vel, ut Hebræi loqui amant, ſtudium Legis, Miniſterium, cùm ſordida aliqua arte; ne cui moleſti eſſent; mechanica conjungere (quòd multos tempore Reformationis jugum ſuſcipere paratos fuiſſe, ex monumentis variis, probari poſſet) quàm manum, aratro jam admotam, retrahere.

V. *Sed neque tranquillioris vitæ ſpem Reformatio fecerat.* Aut quæ vitæ tranquillitas in illa

in illa regione, in qua Confeſſorum cervices crudeliſſimis quotidie ſunt cruciatibus expoſitæ? Cui cruces, ignes, equulei, exquiſitiſſimi alii cruciatus erant deſtinati? Ut verè illud Apoſtoli ex Pſalmo de promptum ſuum facere potuerint: Propter te occidimur totum diem, Rom. 8. 36.

VI. *Laborum denique compendium hunc illis animum addere non poterat.* Μέγα λίαν διάςημα ingensque inter Doctores, Præcones verbi Reformatos; & Epiſcopos, Sacerdotes, Curatos Pontificios, erat diſcrimen. Qui in Papatu acquieſcere potuiſſent in mediocri Linguæ Latinæ peritia; orientalium, toto tunc ferè orbe proſcriptarum, addere debebant exactam notitiam, tùm ad certiorem S. ſcripturæ explicationem, tùm accuratiorem controverſiarum deciſionem. Qui in Papatu Thomæ, Scoti judiciis & ſententiis, ſtare ſimpliciter poterant; jam ut & eos everterent, & commodiores inſtituerent, ipſi aptare debebant lacertos, νυνεχῶς in Sacræ Scripturæ examine verſari, & ſanctiſſimum illum theſaurum ſitu & ſqualore obſitum, in lucem protrahere. Quibus in Papatu laboratum jam tantum erat Poſtillographis, Homeliariis, Florilegis, &c. quantum ad totius vitæ curam concionatoriam ſatis erat; Illis poſt refor-

mationem oſtendendum erat, & jejunam, & frivolam illam fuiſſe plebis Eccleſiaſticæ inſtruendæ rationem; & aliam longè, Veterum δεινότητι magis congruam, Commentariorum obſervandam Methodnm. Qui in Papatu penſa ſua vel horarum Canonicarum recitatione; vel Canonis Miſſatici lectione abſolvere poterant, ſine magna moleſtia; Illi, poſt Reformationem, perpetuò fatigandi erant actionum ſacrarum; concionum præſertim ſudore, uſque adeò; ut *Bullingerus* de ſe fateatur, ſibi præter occupationes reliquas, una etiam ſeptimana habendas fuiſſe octo conciones. Qui in Papatu vicariâ aliorum operâ, ſacellanorũ cumprimis; mediocri ſtipendio conductorum ambitu; ordinariis etiam curis & occupationibus ita potuerunt liberari; ut qui unum, otio inerti, nõ mererentur Canonem, duos tamen aut tres promiſcuè obtinerent; illi, per reformationem, augmento laborum incredibili, tantò redituum hinc inde majorem paſſi ſunt jacturam; quantò ſtudium privati commodi ſe facilius inſinuavit, ubi æſtus Purgatorii refrixit. Deſierant enim tum illa tempora, de quibus ante Reformationem facetè *Bernhardus Huſlin*, Abbati Zvvifaltenſis ſcriba, in *Facet. Bebel.* p.m. 14. *Sacerdotes*, inquit *& Pontifices omnino*

nino oppreſſerunt nos laicos, atque ad omnem ſervitutem redegerunt. Primum enim excogitaverunt modum, ut ſecreta noſtra cogamur eis dicere per confeſſionem: Cogimur item intrare fana Deorum, & cum hoc eis pecuniam offerre: Ipſi autem non intrant, niſi cum ſalario, & cùm intraverint, ſolius laboris, quod canere debent, ad revelamen excogitaverunt campanas, quas vocamus: Itemque organa vocamus, ut eò minus cogantur cantare. Hoc unum adhuc ſupereſt, ad quod noctu diuque laborant, ut pro eis ad inferos deſcendamus. Non repetimus, quæ alibi tum de cleri ignorantia, tum de hoc diſcrimine diximus, *Anal.* p. 64.

VII. *Unum ergo reſtat, quod majores ad ſuſcipiendam religionis, dogmatum, rituum & regiminis reformationem impulit, Sanctum teneræ conſcientiæ depoſitum.* Hoc non permittebat, ut vel fœdus in baptiſmo cum ſolo Deo initum, rumperent, vel officium Eccleſiæ debitum negligerent. Verbo, illud Apoſtolicum: *Deo magis, quàm hominibus obedire conveniebat*; Act. 5. 28. omnem invidiam ſuperare, amicitiam humanam negligere, ipſam contemnere mortem generoſa pectora coëgit. Adeo ut (quod ex Paulo 1. Cor. 15. 19. opportunè mutuare liccat.) *Si in hac ſolum vita ſperâſſent Reformatores in Chriſtum, miſerrimi omnium hominum fuiſſent.*

Conſcientiæſtimulos ipſa Natura evitare non poteſt. *Conſcientiæ grave pondus, inquit Cicero 3.* de Nat. Deorum. Et pro Cluent. *Conſcientiam à Diis immortalibus accepimus, quæ à nobis avelli non poteſt:* Quanta ergo illius conſcientiæ vis eſſe debet, quam vera, ex revelatione voluntatis divinæ, ſcientia comitatur? Quæ ab ipſo Spiritu Sancto contra Midianitarum caſtra inpellitur, Judic. 13, v. *Si nihil quicquam altius quàm religio in hominum pectora dimittitur,* ut loquitur P. *Æmil.* l. 4. *Si velle tutari religionem, id non ab homine, ſed à Deo beneficium homini datur,* ut fatetur idem; tum cogitent qui malè aliâs Reformatis volunt, quid de illa habendum religione, quæ conſcientiæ omnia poſthabet, ad defenſionem ejus prompto & parato offert animo, quicquid divina liberalitas conceſſit, idq; maximo cum Evangelii, quod ex ipſis etiam ſupliciis incrementa capit, compendio. *Ea enim Evangelii eſt conditio* (verbis *Zuvinglii* loquor T. 1 p. 341.) *& natura, quam ex Chriſti ſanguine imbibit, ut perſecutionum malis & afflictionibus promoveri potiùs, quàm impediri poſſit; Chriſtus, Dei Filius noſtræ ſalutis gratia ſanguinem ſuum effundere dignatus eſt. Ignarus ergo miles eſt, & militis nomine indignus, qui non & ipſi vita ſuæ prodigus, eam pro Ducis & Imperatoris ſui honore*

nore & gloria amittere cupit: quin potiùs perdus ἐξ ψαστης fugam ignominioſam meditatur: Cùm Imperatorem tanta fide & fortitudine præditum videat, qui vitam ſuam libens voléns que pro militum ſalute erogârit. Veri autem Chriſti milites ſunt, & ſoli hoc digni nomine, quos non pudet Domini ſui ſtigmata in corpore ſuo geſtare, & caput quotidianis periculis objicere. Quemcunq; Chriſti puduerit, & nominis ipſius, coram hominibus, ejusdem quoque Chriſtum olim pudebit, coram Patre ſuo cœleſti. Ego ex omni memoria; ſcripſit *Calvin*: 1560. ad Davidem Wetter. *deleri facile patiar, modò ne intereat laborum fructus, quos in Eccleſiæ utilitatem ſincero, rectóque ſtudio hactenus impendi, à quo fine, qui mihi ſemper fuit porpoſitus, ut tantillum deflectam, nulla efficiet ingratitudo, vel pravitas.*

CAPUT II.

De cauſis Reformationis impulſivis externis, in ſpecie de Indulgentiis, ſufficientem eas reformandi præbuiſſe anſam & cauſam, præmiſſis præcipuis ſpeciebus, monſtratur.

I. *Obiter de Indulgentiarum origine, ubi oſtenditur, eas, nec ſcripturæ, nec Antiquitatis ſuffragio niti.* II. Progreſſu, *& quæſtuoſo abuſu, qui exemplorum varietate explicatur: Species autem uſitatiſſimæ ſunt:* Indulgentiæ, Architectonicæ, œconomicæ, militares, Theologicæ. III. Valore *commentitio Indulgentiarum, verbis prolixo, re nullo.* IV. Ἀκμῇ *propudioſæ illius mercaturæ, tempore reformationis: Exempla authentica tum* Thecelii *in Germania, tum* Samſonii *in Helvetia;* V. *Plenior deductio, Hiſtoria, & invicta demonſtratio neceſſitatis inde emergentis reformandi inevitabilis.*

I. *Etſi Indulgentiarum in Eccleſia (a) Romana magnum ſit nomen, Theologia etiam Scholaſtica in explicatione, vindicatione, applicatione, concilia-*

ciliatione multum deſudet; ingenua tamen multorum, eorum etiam, qui ad Reformationis tempora non pervenerant, eſt confeſſio, eas neque Scripturæ authoritate, neq; purioris Antiquitatis ſuffragio probari poſſe.

a. Neque verò abs re. Cùm enim diffiteri non poſſint ipſi Scriptores Romani, Indulgentias Superiori ſeculo nimis illiberaliter venditas, majoribus noſtris Eccleſiam Romanam gravis erroris arguendi occaſionem præbuiſſe; cauſâ hanc deſerere non poſſunt, niſi Pontificem ſuccumbere velint. Magno igitur conatu hoc agendum erat Theologis Pontificiis, ut pro hoc Eccleſiaſtico theſauro fortiter pugnarent, quod etiam factum eſt à *Roffenſi Epiſcopo, Tuberino* quodam, (qui diffuſiùs hanc contra Lutherum tractavit materiam; ſed *Alph. de Caſtro* judicio, minus ornatè, & multò minus exactè, quàm Roffenſis) *Latomo, Eckio, in Enchirid. Silveſt. Prier. Bellarmino, Gregorio de Valent, Jacobo de Graff.* Append. Deciſ. aurear, l. 1. *Petro Proſto* Lugdun. Theol. D. & Regis Eleemoſynario Spicil. Theolog. de Jubil. *Bail.* T. II. Sum. controverſ. *Alph.* de Caſtro, ſed breviter.

b. Atque hîc nobis μέγα μαρτύρων νέφος, quod vel propterea contemni non debet, ut cauſæ noſtræ juſtitia magis pateſcat. Quid

citatius verbis *Cajetani Cardinalis: De ortu indulgentiarum ſi certitudo haberi poſſit, veritati indulgenda opera foret. Verùm nulla Sacr. Scripturæ: nulla priſcorum Doctorum, Græcorum aut Latinorum authoritas ſcripta, hæc ad noſtram deduxit notitiam; ſed hoc ſolum à trecentis annis ſcripturæ commendatum eſt, de vetuſtis Patribus, quod Beatus Gregorius indulgentias ſtationum inſtituit.* c. 2. de Indulg. Thomas de Aquino Indulgentiarum authorem Gregorium facit, in 4. Sentent. Quod tamen alii ei ſcriptores Pontificii non concedunt. Sit *VVeſſelus*, Groninganus Eccleſiæ Romanæ in aliis ſuſpectus; in hac tamen cauſa communi, authoritas ejus rejici non poteſt. Ita ille: *Doctores antiqui nihil expreſſè ſcripſerunt, quia talis abuſus nondum temporibus Auguſtini, Ambroſii, Hieronymi, Gregorii, irrepſerat. Etſi Gregorius M. dicatur, quod nuſquam legiſſe confiteris, ſeptennes in ſtationibus Romanis indulgentias collocaſſe:* c. 7. de Indulg. Ita Jacob. Angular. Decanus Naeldicens. Patronus indulgentiarum ad Weſſel. in Farrag. p. 192. *Verum eſt, de indulgentiis nihil expreſſè ex S. Scriptura haberi, nihil de ipſis veteres ſcripſiſſe Doctores, quanquam Gregorius dicatur (quod nuſquam tamen legi) ſeptennes Romanis in ſtationibus indulgentias collocâſſe, ex hoc tamen non audeo (quemadmodum*

dum non debeo) illam tecum ſententiam effundere, ut Prælatos hoc facientes , obſervantésque errare credam. Eſt etiam in publico Ampliſſimi Magiſtratus Archivo Mſc. circa Reformationem.proculdubio , vel paulò antè à quodem dè Indulgentiarum valore collectum,in quo etiam ad objectionem 5. (in omni genere ſuffragiorum apud B. Auguſtinum vel Gregorium nullam fi-erimentionem Indulgentiarum) reſpondetur. Quod, *ante tempora B. Gregorii modicus vel nullus fuerit uſus Indulgentiarum, nunc autem earum uſus crebreſcat : Quòd ſine dubio Eccleſia , habens ſpiritum ſponſi ſui Chriſti, & ideo non errans , ſingula , prout expedit, temporibus diſtribuit,mota & illuminata à Spiritu Dei, qui novit tempora, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate, quorum myſteria indagare non ſufficiamus, dicente Filio: Non eſt veſtrum nôſſe tempora vel momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate, Act.* I. *Poſſumus tamen conjicere, aliquas cauſas, cur magis modò,quàm olim uſus Indulgentiarum crebreſcit. Quoniam in Eccleſia primitiva,caleſcente adhuc recenter effuſo ſanguine Chriſti, homines fervidi ſanctiſſimè vixerunt ; Eiſi quandoque ex humana fragilitate ceciderunt, magnam egerunt pœnitentiam, ut patet in ſanctis Martyribus, & ſanctorum Patrum geſtis: Idcirco indulgentiis non egebant. Nunc verò,*

verò, tepeſcente charitate in his ultimis temporibus nec ſatisfactiones condignæ injunguntur, nec modicè injunctæ perficiuntur: Ideo valde neceſſarius eſt copioſus Indulgentiarum uſus: ut quod per deſidiam deficit, per aliorum ſuffragia ſuppleatur. Sed & Gabriel Biel Lect. 17. in in Can. Miſſ. *Dicendum, quòd ante tempora Beati Gregorii modicus vel nullus fuit uſus Indulgentiarum. Nunc crebreſcit earum uſus, quia ſine dubio Eccleſia habet ſpiritum Sponſi Chriſti, & ideo non errans.* Fiſcherus, Roffenſis Epiſc. Martyr Romanus Artic. 13. contra Lutherum: *Multos, fortaſſe movet, Indulgentiis non multum fidere, quòd earum uſus in Eccleſia videatur fuiſſe recentior, & admodùm ſerò repertus apud Chriſtianos, quibus ego reſpondeo, non certò conſtare, à quo primum tradi cœperunt. De Purgatorio apud priſcos nulla, vel rariſſima fiebat mentio. Sed & Græcis ad hunc usque diem, non eſt creditum, Purgatorium eſſe. Nec tam neceſſaria fuit ſive Purgatorii, ſive Indulgentiarum fides in primitiva Eccleſia atque nunc eſt. Quamdiu nulla fuerat de Purgatorio cura, nemo quæſivit Indulgentias. Nam ex illo pendet omnis Indulgentiarum exiſtimatio. Si tollas Purgatorium, quorſum Indulgentiis opus erit? Quum itaque Purgatorium tam ſerò cognitum ac receptum fuerit univerſæ Eccleſiæ, quis jam de Indulgen-*

dulgentiis mirari poteſt, quod in principio naſcentis Eccleſia nullus fuerat earum uſus? Nec aliter ex Roſſenſi locutus pridem fuit P. *Bernh. de Lucenburg*, de Purgat. S. 13. Eadem eſt confeſſio *Antonini*; quem in Divorum numerum retulerunt P. 1. Tit. 10. c. 3. *De Indulgentiis nihil expreſsè habemus in S. Scriptura, nec etiam ex dictis antiquorum, ſed modernorum.* Illud cumprimis multum habet in receſſu; quod doctiſſimus ille Hiſpanus *Alphonſus de Caſtro* concedit l. 8. adverſ. Hæreſ. Voc. *Indulgentia. Adverſus hunc errorem*, inquit, *paucis verbis contendam; quoniam inter omnes res, de quibus in hoc opere diſputamus, nulla eſt, quàm minus apertè Sacræ literæ prodiderint, & de qua minus vetuſti ſcriptores dixerint. Neque tamen hac occaſione ſunt contemnendæ, quod earum uſus in Eccleſia videatur ſerò receptus; quoniam multa ſunt poſterioribus nota, quæ vetuſti illi Scriptores prorſus ignoraverunt. Nam de Tranſſubſtantiatione panis in corpus Chriſti rara eſt in antiquis ſcriptoribus mentio: de Purgatorio ferè nulla, potiſſimum apud Græcos ſcriptores; qua de cauſa usque in hodiernum diem Purgatorium non eſt à Græcis creditum. Quis tamen niſi Hæreticus hæc negare audebit, quia apud priſcos Authores hæc non commemorantur?* Et paulò pòſt: *Quid mirum, ſi apud priſcos nulla ſit de Indulgentiis mentio?*

tio? Quin & Gregorius de Valentia c. 4. Indulg. nobis largitur, *quòd non ita expreſſè oſtendatur in ſcripturis ipſum Indulgentiæ nomen: Et quòd non ita apertè, frequenter & in ſpecie, res etiam ipſa Indulgentiarum à veteribus commemoretur.* Hæc certè Theologorum Pontificiorum ἀδόξυνα, cauſæ Reformationis tantò præſentius afferunt ſubſidium, quantò periculoſius eſt abſque authoritate divina, fundamentales, eosque recentes, veteribus ignotos, cudere articulos : de quo ſuo loco. Vel obliquus tot luculentorum teſtimoniorum negativorum aſpectus ſuſpectam mercem Indulgentiariam reddere poſſit.

II. *Etſi autem ante Lateranenſe concilium nulla de Indulgentiis oſtendi poſſit Eccleſiæ definitio; ita tamen paulatim quæſtuoſa hac merx Curiæ placuit Romanæ, ut eam, quoties vel bellandum fuit, vel ædificandum, vel colligendum, vel etiam nova decreta ſancienda, extruſerint. Unde Indulgentias, alias, diſtinctionis ergo,* Militares *poſſumus* alias vocare, alias Architectonicas, œconomicas, Theologicas. *Hinc proximis ante Reformationem Seculis vix vel bellum ſuſceptum, ſacrum præſertim, quod vocabant, vel Templum aut Sacellum extructum, vel œconomiæ Romanæ ſubſidium quæſitum, vel novis decretis authoritas parata, quin ad hoc novæ*

nova ſed compendiosè diſtributæ Indulgentiarum gratiæ aſylum Pontifices recurrerint, aliòsque ablegârint.

a. Neque enim altiùs aſſurgit ipſe Papiſmi Hyperaſpiſtes præ multis aliis & eruditus, & ingenuus; *Alphons de Caſtro* l. c. *Uſus,* inquit, *Indulgentiarum non fortuito caſu Eccleſiæ irrepſit, ſed per Eccleſiæ definitionem eſt introductus: Concilium ſiquidem Lateranenſe ſub Innocentio III. celebratum, ad reprimendam quorundam Abbatum temerariam audaciam declaravit: Abbates non poſſe ullo pacto Indulgentias concedere: ſed hoc munus dicit ſolis Epiſcopis eſſe à Deo conceſſum. Concilium Conſtantienſe damnavit 45. articulos Johannis VVicleſi inter quos unus eſt, ad hanc rem pertinens.* Huic calculo proximè accedit noſter *Malleolus,* qui opuſc. p. 73. b. originem ad Gratianum refert. Vixit enim Gratianus a. Ch. 1150. Concilium verò Lateranenſe habitū fuit a. Ch. 1215. Quanquam accuratè inquirentibus ne hæc quidem probari poſſit temporis deſignatio. *Burchardi* enim tempore, qui circa a. D. 1020. ſcripſit, ac Gratiani etiam ætate, (cujus Decretum circa a. D. 1150. editum eſſe, Gloſſa 2. q. 6. teſtatur) commutationes ſatisfactionum cæpiſſe conſtat. De Indulgentiis verò nulla ipſorum ſcriptis extant vel teſtimonia, vel exempla. Nec in

Lon-

Longobardo etiam: Ut non longe ante annum Domini 1200. videantur originem ſuam cæpiſſe novæ hæ indulgentiæ; idque hoc ferè modo, quem *Aſtexamus* in Sua ſumma deſcripſit: *Quod pœnitens, ſi ſentiat ſatisfactionem ſibi injunctam, nimis eſſe gravem, aut ad ſervandum periculoſam, poſſet ad eundem ſuum confeſſorem, vel alium recurrere, & petere vel commutationē, vel relaxationem, & remiſſionem ſeu Indulgentiam injunctæ ſatisfactionis; & ſacerdotem habere poteſtatem vel commutandi, vel etiam relaxandi ſatis factionem prius injunctam.* Et certè antiquiſſima Indulgentiarum Eccleſiæ noſtræ exempla ſupra a. Ch. 1200. vix aſcendunt. Quod verò *Gregorium Magnum* ſuo tempore ad certas in Eccleſiis Romanis ſtationes tales dediſſe Indulgentias, tradunt, fabuloſum & falſum eſt. Nihil enim tale, vel in Gregorii ſcriptis, vel in certis illorum temporum Hiſtoriis, extat. Occaſio verò fabulæ inde videtur arrepta eſſe: Poſteriores Pontifices Romani ad ſtationes in certis urbis Romanæ Eccleſiis multas & magnas profuderunt indulgentias. Et quia Gregorius M. etiam *ſtationum* mentionem facit: mox affingunt Pontificii ſuas Indulgentias, ſed ſine ullo prorſus documento, ex Gregorii Scriptis. Nam & *Tertullianus* aliquot in locis de *ſtationi-*

tionibus in Eccleſia ſui temporis ſcribit, nec tamen inde ſequitur, Tertullianum vel authorem vel approbatorem fuiſſe Pontificiarum Indulgentiarum. Fuerunt autem Stationes quaſi ſtatæ feriæ, quibus populus in certis templis conveniebat ad auditum verbi, ad communionem myſteriorum & ad orationem. & quia ſtantes verbum audiebant, & orationes faciebant; dictæ fuerunt Stationes:

III. Militares *Indulgentiæ vel contra a.* Ruthenos potiſſimum *concedebantur*, *vel vel contra b.* Turcas: *utræque largiſſimæ erant, & prodigè nimis effuſæ, non ſine manifeſta Simoniæ labe. Quemadmodum autem his compendiis excitati, vel ipſam multi militiam, ſacram nomine; fuerunt ſecuti, vel facultatibus eandem ſuis; pro virili, promoverunt, ita ut ne aliis, Pontifici quocumque modo adverſis, Regibus aut Principibus ſuppetiæ ferrentur, contrariæ (c) leges, anathematum, proſcriptionum pœnæ ſunt ſancitæ.*

a. Ne quid vel ex odio vel livore confinxiſſe videamur; omnino operæ erit pretium, ut exemplis agamus (cujuſmodi varia etiam recenſet Proſtus in ſpec. Theol. de Jubil. p. 43.) vix aliâs cuiquam perſuaſuri, tantam olim Inſtitorum fuiſſe impudentiam, quanta ipſa

C eorum

CAPUT II.

De cauſis Reformationis impulſivis externis, in ſpecie de Indulgentiis, ſufficientem eas reformandi præbuiſſe anſam & cauſam, præmiſſis præcipuis ſpeciebus, monſtratur.

I. *Obiter de Indulgentiarum origine, ubi oſtenditur, eas, nec ſcripturæ, nec Antiquitatis ſuffragio niti.* II. Progreſſu, & *quæſtuoſo abuſu, qui exemplorum varietate explicatur: Species autem uſitatiſſimæ ſunt:* Indulgentiæ, Architectonicæ, œconomicæ, militares, Theologicæ. III. Valore *commentitio Indulgentiarum, verbis prolixo, re nullo.* IV. Ακμῇ *propudioſæ illius mercaturæ, tempore reformationis: Exempla authentica tum* Thecelii *in Germania, tum* Samſonii *in Helvetia*; V. *Plenior deductio, Hiſtoria, & invicta demonſtratio neceſſitatis inde emergentis reformandi inevitabilis.*

I. *Etſi Indulgentiarum in Eccleſia (a) Romana magnum ſit nomen; Theologia etiam Scholaſtica in explicatione, vindicatione, applicatione, concilia-*

ciliatione multum deſudet; ingenua tamen multorum, eorum etiam, qui ad Reformationis tempora non pervenerant, eſt confeſſio, eas neque Scripturæ authoritate, neq; purioris Antiquitatis ſuffragio probari poſſe.

a. Neque verò abs re. Cùm enim diffiteri non poſſint ipſi Scriptores Romani, Indulgentias Superiori ſeculo nimis illiberaliter venditas, majoribus noſtris Eccleſiam Romanam gravis erroris arguendi occaſionem præbuiſſe; causâ hanc deſerere non poſſunt, niſi Pontificem ſuccumbere velint. Magno igitur conatu hoc agendum erat Theologis Pontificiis, ut pro hoc Eccleſiaſtico theſauro fortiter pugnarent, quod etiam factum eſt à *Roffenſi Epiſcopo, Tuberino* quodam, (qui diffuſiùs hanc contra Lutherum tractavit materiam; ſed *Alph. de Caſtro* judicio, minus ornatè, & multò minus exactè, quàm Roffenſis) *Latomo, Eckio, in Enchirid. Silveſt. Prier, Bellarmino, Gregorio de Valent, Jacobo de Graff.* Append. Deciſ. aurear, l. 1. *Petro Proſto* Lugdun. Theol. D & Regis Eleemoſynario Spicil. Theolog. de Jubil. *Bail.* T. II. Sum. controverſ. *Alph.* de Caſtro, ſed breviter.

b. Atque hîc nobis μέγα μαρτύρων νέφος, quod vel propterea contemni non debet, ut cauſæ noſtræ juſtitia magis pateſcat. Quid

dum non debeo) illam tecum ſententiam effundere, ut Prælatos hoc facientes, obſervantésque errare credam. Eſt etiam in publico Ampliſſimi Magiſtratus Archivo Mſc. circa Reformationem, proculdubio, vel paulò antè à quodem dè Indulgentiarum valore collectum, in quo etiam ad objectionem 5. (in omni genere ſuffragiorum apud B. Auguſtinum vel Gregorium nullam fieri mentionem Indulgentiarum) reſpondetur. Quòd, *ante tempora B. Gregorii modicus vel nullus fuerit uſus Indulgentiarum, nunc autem earum uſus crebreſcat: Quòd ſine dubio Eccleſia, habens ſpiritum ſponſi ſui Chriſti, & ideo non errans, ſingula, prout expedit, temporibus diſtribuit, mota & illuminata à Spiritu Dei, qui novit tempora, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate, quorum myſteria indagare non ſufficiamus, dicente Filio: Non eſt veſtrum nôſſe tempora vel momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate, Act. 1. Poſſumus tamen conjicere, aliquas cauſas, cur magis modò, quàm olim uſus Indulgentiarum crebreſcit. Quoniam in Eccleſia primitiva, caleſcente adhuc recenter effuſo ſanguine Chriſti, homines fervidi ſanctiſſimè vixerunt; Eiſi quandoque ex humana fragilitate ceciderunt, magnam egerunt pœnitentiam, ut patet in ſanctis Martyribus, & ſanctorum Patrum geſtis: Idcirco indulgentiis non egebant. Nunc verò,*

verò, tepeſcente charitate in his ultimis temporibus nec ſatisfactiones condignæ injunguntur, nec modicè injunctæ perficiuntur: Ideo valde neceſſarius eſt copioſus Indulgentiarum uſus: ut quod per deſidiam deficit, per aliorum ſuffragia ſuppleatur. Sed & Gabriel Biel Lect. 17. in in Can. Miſſ. *Dicendum, quòd ante tempora Beati Gregorii modicus vel nullus fuit uſus Indulgentiarum. Nunc crebreſcit earum uſus, quia ſine dubio Eccleſia habet ſpiritum Sponſi Chriſti, & ideo non errans.* Fiſcherus, Roffenſis Epiſc. Martyr Romanus Artic. 13. contra Lutherum: *Multos, fortaſſe movet, Indulgentiis non multum fidere, quòd earum uſus in Eccleſia videatur fuiſſe recentior, & admodùm ſerò repertus apud Chriſtianos, quibus ego reſpondeo, non certò conſtare, à quo primum tradi cœperunt. De Purgatorio apud priſcos nulla, vel rariſſima fiebat mentio. Sed & Græcis ad hunc usque diem, non eſt creditum, Purgatorium eſſe. Nec tam neceſſaria fuit ſive Purgatorii, ſive Indulgentiarum fides in primitiva Eccleſia atque nunc eſt. Quamdiu nulla fuerat de Purgatorio cura, nemo quæſivit Indulgentias. Nam ex illo pendet omnis Indulgentiarum exiſtimatio. Si tollas Purgatorium, quorſum Indulgentiis opus erit? Quum itaque Purgatorium tam ſerò cognitum ac receptum fuerit univerſæ Eccleſiæ, quis jam de Indulgen-*

dulgentiis mirari poteſt, quòd in principio naſcentis Eccleſiæ nullus fuerat earum uſus? Nec aliter ex Roſſenſi locutus pridem fuit P. *Bernh. de Lucenburg*; de Purgata S. 13. Eadem eſt confeſſio *Antonini*; quem in Divorum numerum retulerunt P. 1. Tit. 10. c. 3. *De Indulgentiis nihil expreſsè habemus in S. Scriptura, nec etiam ex dictis antiquorum; ſed modernorum.* Illud cumprimis multum habet in receſſu; quod doctiſſimus ille Hiſpanus *Alphonſus de Caſtro* concedit l. 8. adverſ. Hæreſ. Voc. *Indulgentia. Adverſus hunc errorem,* inquit, *paucis verbis contendam; quoniam inter omnes res, de quibus in hoc opere diſputamus, nulla eſt, quàm minus apertè Sacræ literæ prodiderint, & de qua minus vetuſti ſcriptores dixerint: Neque tamen hac occaſione ſunt contemnendæ, quod earum uſus in Eccleſia videatur ſerò receptus; quoniam multa ſunt poſterioribus nota, quæ vetuſti illi Scriptores prorſus ignoraverunt. Nam de Tranſſubſtantiatione panis in corpus Chriſti rara eſt in antiquis ſcriptoribus mentio: de Purgatorio ferè nulla, potiſſimum apud Græcos ſcriptores; qua de cauſa usque in hodiernum diem Purgatorium non eſt à Græcis creditum. Quis tamen niſi Hæreticus hæc negare audebit, quia apud priſcos Authores hæc non commemorantur?* Et paulò pòſt: *Quid mirum, ſi apud priſcos nulla ſit de Indulgentiis mentio?*

tio? Quin & Gregorius de Valentia c. 4. Indulg. nobis largitur, *quòd non ita expreſſè oſtendatur in ſcripturis ipſum Indulgentiæ nomen: Et quòd non ita apertè, frequenter & in ſpecie, res etiam ipſa Indulgentiarum à veteribus commemoretur.* Hæc certè Theologorum Pontificiorum ἀδόμενα, cauſæ Reformationis tantò præſentius afferunt ſubſidium, quantò periculoſius eſt abſque authoritate divina, fundamentales, eosque recentes, veteribus ignotos, cudere articulos : de quo ſuo loco. Vel obliquus tot luculentorum teſtimoniorum negativorum aſpectus ſuſpectam mercem Indulgentiariam reddere poſſit.

II. *Etſi autem ante Lateranenſe concilium nulla de Indulgentiis oſtendi poſſit Eccleſiæ definitio; ita tamen paulatim quæſtuoſa hæc merx Curiæ placuit Romanæ, ut eam, quoties vel bellandum fuit, vel ædificandum, vel colligendum, vel etiam nova decreta ſancienda, extruſerint. Unde Indulgentias, alias, diſtinctionis ergo,* Militares *poſſumus* alias vocare, alias Architectonicas, œconomicas, Theologicas. *Hinc proximis ante Reformationem Seculis vix vel bellum ſuſceptum, ſacrum præſertim, quod vocabant, vel Templum aut Sacellum extructum, vel œconomiæ Romanæ ſubſidium quæſitum, vel novis decretis authoritas parata, quin ad hoc nova*

nova ſed compendioſè diſtributæ Indulgentiarum gratiæ aſylum Pontifices recurrerint, aliisque ablegârint.

a. Neque enim altiùs aſſurgit ipſe Papiſmi Hyperaſpiſtes præ multis aliis & eruditus, & ingenuus; *Alphons de Caſtro* l. c. *Uſus,* inquit, *Indulgentiarum non fortuito caſu Eccleſiæ irrepſit, ſed per Eccleſiæ definitionem eſt introductus: Concilium ſiquidem Lateranenſe ſub Innocentio III. celebratum, ad reprimendam quorundam Abbatum temerariam audaciam declaravit: Abbates non poſſe ullo pacto Indulgentias concedere: ſed hoc munus dicit ſolis Epiſcopis eſſe à Deo conceſſum. Concilium Conſtantienſe damnavit 456. articulos Johannis VVicleſi inter quos unus eſt, ad hanc rem pertinens.* Huic calculo proximè accedit noſter *Malleolus*, qui opuſc. p. 73. b. originem ad Gratianum refert. Vixit enim Gratianus a. Ch. 1150. Concilium verò Lateranenſe habitũ fuit a. Ch. 1215. Quanquam accuratè inquirentibus ne hæc quidem probari poſſit temporis deſignatio. *Burchardi* enim tempore, qui circa a. D. 1020. ſcripſit, ac Gratiani etiam ætate, (cujus Decretum circa a. D. 1150. editum eſſe, Gloſſa 2. q. 6. teſtatur) commutationes ſatisfactionum cæpiſſe conſtat. De Indulgentiis verò nulla ipſorum ſcriptis extant vel teſtimonia, vel exempla. Nec in

Lon-

Longobardo etiam: Ut non longè ante annum Domini 1200. videantur originem ſuam cœpiſſe novæ hæ indulgentiæ; idque hoc ferè modo, quem *Aſtexamus* in Sua ſumma deſcripſit: *Quod pœnitens, ſi ſentiat, ſatisfactionem ſibi injunctam, nimis eſſe gravem, aut ad ſervandum periculoſam, poſſet ad eundem ſuum confeſſorem, vel alium recurrere, & petere vel commutationē, vel relaxationem, & remiſſionem ſeu Indulgentiam injunctæ ſatisfactionis; & ſacerdotem habere poteſtatem vel commutandi, vel etiam relaxandi ſatis factionem prius injunctam.* Et certè antiquiſſima Indulgentiarum Eccleſiæ noſtræ exempla ſupra a. Ch. 1200. vix aſcendunt. Quod verò *Gregorium Magnum* ſuo tempore ad certas in Eccleſiis Romanis ſtationes tales dediſſe Indulgentias, tradunt, fabuloſum & falſum eſt. Nihil enim tale, vel in Gregorii ſcriptis, vel in certis illorum temporum Hiſtoriis, extat. Occaſio verò fabulæ inde videtur arrepta eſſe: Poſteriores Pontifices Romani ad ſtationes in certis urbis Romanæ Eccleſiis multas & magnas profuderunt indulgentias. Et quia Gregorius M. etiam *ſtationum* mentionem facit: mox affingunt Pontificii ſuas Indulgentias, ſed ſine ullo prorſus documento, ex Gregorii Scriptis. Nam & *Tertullianus* aliquot in locis de *ſtationi-*

tionibus in Eccleſia ſui temporis ſcribit, nec tamen inde ſequitur, Tertullianum vel authorem vel approbatorem fuiſſe Pontificiarum Indulgentiarum. Fuerunt autem Stationes quaſi ſtatæ feriæ, quibus populus in certis templis conveniebat ad auditum verbi, ad communionem myſteriorum & ad orationem. & quia ſtantes verbum audiebant, & orationes faciebant; dictæ fuerunt Stationes.

III. Militares *Indulgentiæ vel contra a.* Ruthenos potiſſimum *concedebantur* , *vel vel contra b.* Turcas: *utræque largiſſimæ erant, & prodigè nimis effuſæ, non ſine manifeſta Simoniæ labe. Quemadmodum autem his compendiis excitati, vel ipſam multi militiam, ſacram nomine; fuerunt ſecuti, vel facultatibus eandem ſuis, pro virili, promoverunt, ita ut ne aliis, Pontifici quocumque modo adverſis, Regibus aut Principibus ſuppetiæ ferrentur, contrariæ (c) leges, anathematum, proſcriptionum pœnæ ſunt ſancitæ.*

a. Ne quid vel ex odio vel livore confinxiſſe videamur; omnino operæ erit pretium, ut exemplis agamus (cujuſmodi varia etiam recenſet Proſtus in ſpec. Theol. de Jubil. p. 43.) vix aliâs cuiquam perſuaſuri, tantam olim Inſtitorum fuiſſe impudentiam, quanta ipſa

C eorum

eorum monumenta aperte tradunt. *Chemnit.* in Exam. Concil. Trid. P. IV. cum quædam Indulgentiarum exempla attuliſſet, *Utile eſſet,* inquit, p. 360. *plura exempla annotari, ut profligata iſtius Pontificiæ impudentiæ notitia ipſorum verbis ad omnem poſteritatem transmitteretur & conſervaretur.* Videamus igitur, num & hoc loco feræ poſteritati conſulere poſſimus. Et initium quidem facimus à *Ruthenis*, contra quos per Teutonici Ordinis Magiſtrum Pontifex non ſemel arma imperavit, conquiſitis, ubique ex Indulgentiarum præconio, ſubſidiis. Exempla authentica quædam inſeruimus *Hodeg. noſt.* P. II. p. 382. & 390. quæ hoc loco non repetimus. Unicum ab Utingero noſtro, Canonico & cuſtode Tigurino, Tiguri 1510. ſubſcriptum ſubjicere placet: Univerſis ac ſingulis præſentes literas inſpecturis, Chriſtianus Baumhavver, utriusque Juris Doctor, Protonotarius & Comes Apoſtolicus, nec non Metropolitanus Colonienſis, ac N. Eccleſiarum Canonicus; Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri, Domini Julii, divina providentia Papæ II. Sanctæ ſedis Apoſtolicæ ad Moguntinenſem, Colonienſem, Trevirenſem Provincias, illarumque, ac Hamburgenſis, Wiſmarienſis Civitatum Diœceſes, Nuncius

cius & Commiſſarius, ſalutem in Domino: Notum facimus, quòd idem Dominus noſter Papa, cunctis Chriſti fidelibus in Provinciis, Civitatibus & Diœceſi prædictis; quibuslibet habitantibus & commorantibus, *ac ad eas undique confluentibus, qui durante triennio pro tutela partium Livoniæ, in ſubſidium Sanctæ Cruciatæ, contra feriſſimos Ruthenos Hæreticos, & Schiſmaticos, Tartarorum infidelium auxilio fretos, manus adjutrices juxta noſtram ordinationem porrexerint, ultra pleniſſimas peccatorum Indulgentias, ſacratiſſimi Jubilæi, etiam centeſimi, ac alias plures gratias ac facultates, quas ad hoc diſpoſiti, pro ſe ac certis defunctorum animabus reſpectivè conſequuntur*; de plenitudine ac liberalitate poteſtatis Apoſtolicæ; miſericorditer conceſſit, voluit, *ut tam ipſi, quàm omnes & ſinguli eorum parentes, ac benefactores cum charitate defuncti in omnibus precibus, ſuffragiis, Eleemoſynis, Jejuniis, orationibus, Miſſis, Horis Canonicis, diſciplinis, peregrinationibus; & cæteris omnibus Spiritualibus bonis; quæ fiunt, & fieri poterunt, in tota univerſali ſacroſancta Eccleſia militante ac omnibus membris ejuſdem participes in perpetuũ fiant.* Et inſuper viventibus indulſit, ut tam dicto triennio durante, quàm eodem finito in aliis occurrentibus; aliquem idoneum Presbyteru, ſecularem vel

 cujus

cujus vis ordinis regularem in ſuum poſſint eligere Confeſſorem, qui vita eis comite, in caſibus dictæ ſedi reſervatis (præterquam offenſæ Eccleſiaſticæ libertatis, criminum hæreſeos, rebellionis aut conſpirationis, in Perſonam vel ſtatum Pontificis Romani, ſeu Sedem prædictam, falſitatis literarum ſupplicationum, & commiſſionum Apoſtolicarum, invaſionis, deprædationis, occupationis, & devaſtationis terrarum & maris Romanæ Eccleſiæ mediatè vel imediatè ſubjectorum, offenſæ perſonalis in Epiſcopum, aut alium Prælatum, prohibitionis, devolutionis cauſarum ad Romanam Curiam, delatinis armorum & aliorum prohibitorum ad partes infidelium) ſemel duntaxat in vita: In aliis verò, quotiens fuerit opportunum, pro commiſſis ſibi debitam abſolutionem impendat, & injungat pœnitentiam ſalutarem abſolutionem: Nec non vota quæcunque (*ultramarino, liminum Apoſtolorum Beatorum Petri & Pauli ac S. Jacobi Compoſtellæ, nec non caſtitatis & Religionis votis duntaxat exceptis*) in alia pietatis opera commutare valeat: Quodque Confeſſor, quem quilibet eorum elegerit, omnium peccatorum ſuorum, de quibus corde contriti & ore confeſſi fuerint, etiam ſemel in vita, & mortis articulo, *quoties ille*

immi

imminebit, etiamſi tunc eos decedere non contingat, pleniſſimam remiſſionem eis auctoritate Apoſtolica concedere poſſit. Sic tamen, quòd idem Profeſſor, ſatisfactionem alteri impendendam, faciendam injungat, *& ex confidentia confeſſionis & remiſſionis prædictarum nullatenus aliquid illicitum committat.* Quas quidem Indulgentias, gratias, & facultates, idem Sanctiſſimus Dominus noſter Papa voluit & decrevit, *per quancunq; ſuſpenſionem aut revocationem nequaquã nunc, aut in futurum, comprehendi; ſed ſuper exceptas cenſeri debere,* prout in literis Apoſtolicis deſuper confectis plenius continetur. Et quia devoti in Chriſto *Johanees Heidenrich,* Civis Thuregi, *Verena Kellerin,* conjuges ad prætactum fidei Catholicæ negotium, juxta Summi Pontificis intentionem, & noſtram ordinationem de bonis ſuis contribuerunt: Ideo auctoritate Apoſtolica præfata, nobis commiſſa, dictis conceſſionibus & indultis uti, potiri, & gaudere poſſit & valeat per præſentes noſtras literas atteſtamur. Datum *Thuregi* ſub ſigillo noſtro, quo ad hoc utimur, die Dominica 21. menſis Aprilis A. D. 1510.

Forma abſolutionis in vita, totiens quotiens: *Miſereatur tui &c. Dominus noſter Jeſus Chriſtus per merita ſuæ paſſionis te abſolvat, auctoritate cujus & Apoſtolica mihi in hac parte com-*

commiſſa ac tibi conceſſa, Ego te abſolvo primo ab omni ſententia excommunicationis, majoris & minoris, ſi quam incurriſti: Deinde ab omnibus peccatis tuis: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus S. Amen. *Henricus Vunger.* Non fert animus prolixa ſcribere commentaria: quando verò ſingulæ Indulgentiarum formulæ aliquid etiam habent ſingulare, ſuo loco, ubi ipſum præmiſerimus textum, Κρίσιν noſtram ſubjicere non detrectabimus.

b. Hæc verò mercatura tantò fuit fertilior, quantò nundinatio ejus & venditio frequentior. Hac occaſione Roma ſuas ſæpiſſime extruſit merces. Unum & alterum ſubjungemus diploma. Primum eſto *Sixti* 1481. cujus geminum habemus exemplar, alterum Tiguri, *Bernæ* alterum venditum: *Tigurinum* ita habet: Frater Johannes de Lardona, Hoſpitalis S. Johannes Hieroſolymitani Bajalivus Majoricenſis, Reverendiſſimi Domini Magiſtri, & Sacri Conventus Rhodi Locum tenens ac Commiſſarius, à Sanctiſſimo in Chriſto Patre, & Domino noſtro, D. *Sixto* divina providentia Papa IV. conſtitutus, vigore literarum ſuarū pro expeditione contra *perfidos Thurcas*, Chriſtiani nominis hoſtes, in defenſionem Inſulæ Rhodis & fidei Catholicæ facta, & facienda per univerſum orbem conceſſa-

ceſſarum ad infraſcripta deputatus, dile-ﬅo nobis in Chriſto *Johanni Hetlinger*, ſalutem in Domino Sempiternam. Provenit ex tuæ devotionis affeﬅu, quo Romanam Eccefiam revereris, *ac te huic ſanﬅæ ac neceſſariæ expeditioni gratum reddis, & liberalem, ut petitiones illas, præſertim, quæ conſcientiæ pacem & animæ tuæ ſalutem reſpiciunt, ad exauditionis gratiam admittamus*: Hinc eſt quòd nos tuis devotis ſupplicationibus inclinati, *cùm in tempore vitæ tuæ tibi placuerit, ut aliquem idoneum & diſcretum Preſbyterum ſecularem, vel cujusvis Ordinis regularem in tuum poſſis eligere Confeſſorem*, qui confeſſione tua diligenter audita *pro ſommiſſis per te quibusvis (NB.) criminibus; exceſſibus, & deliﬅis, quantumvis gravibus & enormibus, etiamſi talia fuerint, propter quæ ſedes Apoſtolica ſit quovis modo meritò conſulenda* (Injeﬅionis manuum in Epiſcopum vel ſuperiorem, ac libertatis Eccleſiaſticæ offenſæ ſeu conſpirationis in perſonam aut ſtatum Romani Pontificis, vel cujusvis offenſæ inobedientiæ, aut rebellionis Sedis ejusdem, ac Presbytericidii caſibus duntaxat exceptis) in reſervatis ſemel tantùm; in aliis verò non reſervatis, totiens quotiens fuerit opportunum, debitam abſolutionem impendere, & pænitentiam ſalutarem injungere, ac omnium

peccatorum Tuorum, de quibus corde contrito, & ore confeſſus fueris; ſemel in vita, & ſemel in mortis articulo *plenariam remiſſionem, & indulgentiam omnimodam* auctoritate Apoſtolica Tibi concedere poſſit, dicta auctoritate, quæ per ipſius Sedis literas ſufficiente facultate muniti fungimur in hac parte indulgemus, in quorũ fidem has noſtras literas Sigilli noſtri, quo in talibus utimur, impreſſione munitas fieri juſſimus atque mandavimus: Datum A. D. 1481. *Forma abſolutionis*: Miſereatur tui &c. Abſolutionem &c. *Dominus noſter Jeſus Chriſtus per ſuam piiſſimam miſericordiam te abſolvat, & ego auctoritate ejusdem & Beatorum Petri & & Pauli, Apoſtolorum ejus, ac Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ mihi commiſſa, & tibi conceſſa, abſolvo te ab omni vinculo excommunicationis ac aliis cenſuris Eccleſiaſticis, ſi incidiſti: ab omnibus quoque peccatis tuis, criminibus & exceſſibus, delictis, quantumcunque gravibus & enormibus etiam ſedi Apoſtolicæ reſervatis, juxta Apoſtolici indulti tenorem, dando tibi plenariam remiſſionem omnium peccatorum tuorum, & reſtituo te gremio & unioni S. Matris Eccleſiæ & ejusdem Sacramentis*: In nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti Amen. Pro Simoniacis, *poſt punctum*, ab omni vinculo excommunicationis, addatur, *& à Simoniæ labe, ac cen-*

ſuris,

ſuris, quas inde incurriſti, & diſpenſo tecum ſuper irregularitatibus incurſis, abolendo à te omnem inhabilitatis & infamiæ maculam inde ſecutam. Et nota, quòd in mortis articulo adjungenda eſt hæc clauſula. *Si tamen ab hac ægritudine non deceſſeris, plenariam remiſſionem, & Indulgentiam eadem auctoritate in mortis articulo tibi conferendam rerſervo.*

Alterũ *Innocentius* VIII. per Raymundum Peraudi a. Ch. 1488. & 1489. (nam & hujus gratiæ Pontificiæ geminum mihi obtigit exemplar) erogatum, tale eſt: Univerſis & ſingulis præſentes literas inſpecturis, *Raimundus Peraudi,* ſacræ Theologiæ Profeſſor, Archidiaconus in Eccleſia Xantonenſi, Sedis Apoſtolicæ Protonotarius, ac Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ Referendarius domeſticus, ad Alemaniam, univerſaque & ſingula, Provincias, Civitates, terras & loca Germaniæ, Sacro Romano Imperio, Principibusque Electoribus ſubjecta: Nec non Daniæ, Sueciæ, Norvvegiæ, Livoniæ, Pruſæ, Ruſſiæ, regna ac inſulas, & alia dominia; Provincias, Civitates, terras & loca illis adjacentia, Orator etiam cum poteſtate Legati de latere Nuncius, ac commiſſarius Apoſtolicus, ſalutem: Notum facimus, quòd Sanctiſſimus Dominus noſter, Innocentius Papa octavus & moder-

nus conceſſit, omnibus & ſingulis utriusque ſexus Chriſti fidelibus, pro tuitione orthodoxæ fidei *contra Turcas*, ejuſdem fidei inimicos, juxta ordinationem noſtram *manus adjutrices porrigentibus, ultra jubilæum, & alias gratias & facultates, quas Chriſti fideles ipſi obtinere poſſunt, viſitando Eccleſias, per nos aut Commiſſarios noſtros deputandos, ac ſi viſitâſſent Baſilicas Urbis tempore Jubilæi:* prout in literis Apoſtolicis deſuper confectis plenius continetur, ut poſſint eligere Confeſſorem idoneum ſecularem, vel Regularem, qui ſemel in vita ab omnibus & ſingulis ſuis peccatis, exceſſibus, criminibus & delictis, Sedi Apoſtolicæ generaliter vel ſpecialiter reſervatis, abſolutionem pleniſſimam impendere, ab aliis verò, eidem Sedi non reſervatis, vita eis comite, totiens quotiens eos, abſolvere & in mortis articulo, ac etiã totiens, de eorum morte dubitatur, etiamſi tunc eos decedere non contingat, *pleniſſimam omnium peccatorum ſuorum remiſſionem eis impartiri valeat.* Indulſit etiam Sanctiſſimus Dominus noſter motu ſuo proprio, omnes & ſingulos Chriſti fideles hujuſmodi, ac eorum parentes & benefactores defunctos, *qui cum charitate deceſſerunt, in omnibus precibus, ſuffragiis, Miſſis, Eleemoſinis, jejuniis, concionibus, diſciplinis, & cæteris*

teris omnibus ſpiritualibus bonis, quæ fiunt & fieri poterunt in tota univerſali S. S. Chriſti Eccleſia militante, & omnibus membris ejusdem in perpetuum participes fieri: Et ne ſuper præmiſſis à quoquam verti poſſit in dubium, voluit ipſe ſanctiſſimus Dominus noſter, quòd præſentibus literis tanta adhiberetur fides, quanta adhiberetur ſi ſub Bulla ſua plumbea expeditæ forent. Nec nō eaſdem ſub quibuſcunque generalibus vel ſpecialibus, de ſimilibus gratiis & facultatibus formandis revocationibus & ſuſpenſionibus nullatenus comprehendi debere. Et quia devoti in Chriſto *Johannes Ruſegger*, de Thurego, & *Adelheidis Hertin*, grata Sanctæ Sedi Apoſtolicæ & nobis, ad illius honorem & reverentiam, obſequia propter præmiſſa præſtitit, & indies præſtare intendit; Ideo auctoritate Apoſtolica nobis commiſſa ipſos, ut dictis gratiis, & indulgentiis uti & gaudere poſſit & valeat, concedimus pariter & indulgemus, per præſentes. *Turegi,* ſub ſigillo hoc noſtro ordinario, d. 17. Aprilis A. D. 1489. Forma abſolutionis in vita totiens quotiens, &c. Miſereatur tui &c. *Dominus noſter Jeſus Chriſtus per meritum ſuæ paſſionis te abſolvat; Auctoritate cujus & Apoſtolica mihi in hac parte commiſſa & tibi conceſſa; Ego te abſolvo ab omnibus peccatis tuis.* In nomi-

nomine Patris, Filii & Spiritus S. Amen. Forma Abſolutionis pleniſſimæ remiſſionis ſemel in vita, & etiam in vero mortis articulo, ac veriſimili. *Miſereatur tui &c. Dominus noſter Jeſus per meritum ſuæ paſſionis te abſolvat, & ego Auctoritate ipſius & Apoſtolica mihi in hac parte commiſſa, & tibi conceſſa, te abſolvo, primò ab omni ſententia Excommunicationis, majoris vel minoris, ſi quam incurriſti: Deinde ab omnibus peccatis tuis contritis, confeſſis & oblitis (NB.) conferendo tibi pleniſſimam omnium peccatorum tuorum remiſſionem, & remittendo tibi pœnas purgatorii, in quantum claves ſanctæ matris Eccleſiæ extendunt* (quæ tamen reſtrictio ab altero exemplari abeſt) *in nomine Patris & Filii & Spiritus S. Amen.*

c. Nolumus quidem jam in ampliſſimum certaminum Pontificiorum cum Imperatoribus & Regibus initorum excurrere campum; ſuo loco per univerſam Hiſtoriam Eccleſiaſticam palàm fecimus, vix ætatem fuiſſe, ex quo Hildebrandina factio extulit caput, quæ nobis ejuſmodi παπποµαχίας non triſtia reliquerit veſtigia. Uno tantum monſtrabimus exemplo, quàm dentatis & mordacibus bullis illa Pontifices excuſſerint arma, quæ ſibi quocunque modo infeſta ſuſpicari illi poterant. *Julius* II. magnus & ipſe

& ipſe bellator, nec religionis, nec datæ fidei rationem ab iis haberi voluit, qui Ludovico Galliarum Regi Sacramento erant obſtricti. Supereſt nobis virulentæ illius Bullæ exemplar, quod poſteritati diutius invidere noluimus. *Julius Epiſcopus Servus Servorum Dei*, ad futuram rei memoriam: Fautorū Schiſmaticorum iniquam punire protervitatē cupientes; ea pro injuncto nobis *inſuper Apoſtolicæ dignitatis officio*, tota mente perquirimus ac cogitamus; quibus & nunc ipſos *Eccleſiaſticum provocâſſe gladium pœniteat*, & aliis inpoſterum cautela ſalutaris accedat. Sanè, cùm proximis annis Ludovicus Francorum Rex, *omnis reverentiæ & devotionis oblitus*, quâ omnes ejus Anteceſſores, Chriſti vicarios, ſedemque Apoſtolicam ſemper ſunt proſecuti, *iniquitatis filium, & ingratiſſimum Virum*, Alphonſum Eſtenſem, rebellem noſtrum, contra nos & ſanctam Romanam Eccleſiam *injuſtè* defenderet, opésq; & copias ſuas, quominus debita ejuſdem Eccleſiæ jura recuperare poſſemus, nobis opponeret, nec non Schiſmaticis Cardinalibus, qui Conciliabulum ipſis indixerant, nosque ad illud temerè præſumſerunt provocare, omne auxilium favorémque præſtaret, nos ob demandatam nobis Chriſtiani gregis ab omni terrore &

re & periculo protegente curam, ut omnium Chriſti fidelium unitas atque concordia, & ejuſdem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ jus & dignitas ſervaretur, atque *tam nefandum, flagitioſum, abominabileque in Eccleſia Dei Schiſma* radicitus extirparetur, primùm Lateranenſe Concilium indiximus. Mox cum chariſſimis in Chriſto filiis noſtris Henrico Angliæ illuſtriſſimo, ac Ferdinando Arragonum, & utriusque Siciliæ regnorum Chatholico, Regibus & fœdus percuſſimus, & pacem inter nos perpetuam ſtatuimus atque firmavimus. *Admoniti inſuper felicis recordationis Nicolai & Gregorii, aliorùmque Sapientiſſimorum Romanorum Pontificum, Prædeceſſorum noſtrorum exemplis; ut non modò ipſi bonorum Eccleſiæ occupatores, verùm etiam eorum fautores, non tam ſpirituali, quàm materiali gladio* inſequerentur, eoſdem Henricum & Ferdinandum Reges ad exercitus terra marique contra præfati Ludovici Regis exercitum comparandos, & literis & nunciis hortati fuimus, ut ipſorum Henrici & Ferdinandi Regum opera, cùm ab ipſius Regis Ludovici moleſtiis atque impedimentis, & nos, & ſancta Romana Eccleſia penitus liberata fuiſſet, & noſtra, & eerundem Henrici & Ferdinandi Regum arma ad ſanctam contra Chriſti nominis hoſte:

hoſtes expeditionem convertere liberè poſſemus, *Elvetiósque & Suenos*, qui nobiſcum pro Romanæ Eccleſiæ in noſtrorum jurium conſervatione fœdus & ligam inierant, & nunquam contra nos & eandem Eccleſiam arma ſumere promiſerant; & ad id ſe obſtrinxerunt, ſub excomunicationis, & aliis pœnis tunc expreſſis: Monuimus, eisque mandavimus, ne vel contra Confœderatos noſtros arma capere, vel præfati Ludovici Regis ſtipendia ſumere ullo pacto auderent, quin imò una cum præfatis Henrico & Ferdinando Regibus, nos & ſanctam Eccleſiam defendentibus, *deteſtabile, & per iniquum Schiſma* de Eccleſia Dei ad noſtræ fidei exaltationem & firmitatem tollerent, qui quidem Henricus & Ferdinandus Reges, ut verè obedientes filii, ac Chriſtianæ religionis diligentisſimi cultores validisſimis exercitibus comparatis; ita adverſus eundem Ludovicum Regem ſe geſſerunt, ut nos jam ferè voti compotes effecerint, & ſummam à nobis laudem, gloriámque incredibilem promeruerint. Cùm autem nuper ad aures noſtras pervenerit, quod non ſine animi noſtri moleſtia fide dignorum relatu percepimus, plurimos Germanos, equites & pedites, ſub præfati Ludovici Regis ſtipendio, contra

eoſdem Henricum & Ferdinandum Reges militare, majorémque cotidie eorum copiam ad ipſius Regis Ludovici exercitum confluere, in animarum ſuarum periculum; & ipſorum Henrici & Ferdinandi Regum exercituum, pro nobis & fidei Chriſtianæ conſervatione ac exaltatione militantium, non modicum detrimentum ac præjudicium ſtipendia ſumant; de opportuno ſuper hoc remedio providere nobis duximus conſentaneum ac opportunum: Volentes itaque præmiſsis, ut decet, occurrere, *ac temerarios ejusdem Ludovici Regis conatus perfringere, motu proprie, & ex certa noſtra ſcientia ac mera diſpoſitione & voluntate*, ac poteſtatis plenitudine; ad reprimendum ejusdem Ludovici Regis temerarios conatus hujuscemodi univerſis ac ſingulis Ducibus, Marchionibus, Baronibus, Domicellis & aliis quibuscunque perſonis, cujuscunque nobilitatis, ſtatus, gradus, ordinis vel conditionis, aut præeminentiæ nationis Germanicæ, chariſsimo in Chriſto filio noſtro Maximiliano, in Imperatorem electo, & dictæ Romanæ Eccleſiæ Advocato, cum quo nuper, ut ipſius Ludovici Regis conatibus facilius reſiſtamus, mediante dilecto filio, Matthæo Burcenſi, ipſius Maximiliani, in Imperatorem electi, in tota Italia Generali Lo-

Locum tenente, perpetuam pacem, concordiam, & unitatem contraximus mediatè vel immediatè, quomodo libet ſubjectis diſtrictè præcipimus & mandamus, *ne ad ſtipendia ejusdem Ludovici Regis, aut ei faventium militare, aut ejus ſtipendia capere, ſeu ad ſtipendia hujusmodi, vel alios cum eodem Ludovico Rege ſe vel ſuos armigeros, ac ſequaces locare, eique aliquod auxilium vel favorem quomodocunq; præſtare audeant; quin imò, ſi qui cum eodem Ludovico Rege ad præſens militant, quoniam in omni obligatione excepta ſemper intelligitur reverentia & obedientia Romani Pontificis, non(NB) obſtante quacunque obligationis formula; qua obligati forent, quæ quatenus contra Romanam Eccleſiam defendendis militare promiſiſſent, non aſtringit eosdem, & eſt nulli us roboris vel momenti infra duodecim dies à publicatione præſentium computandos ab ipſo Ludovico Rege, ejúſque obſequiis & ſtipendiis omnino recedant, & in omnes & ſingulos ex eis, qui contra mandatum hujusmodi facere vel venire tentaverint. quoq; modo;* per ſe *vel per* alios; *directè vel indirectè; excommunicationis, anathematizationis, maledictionis, & privationis, aci nhabilitationis ad honores & actus legitimos incurrere volumus ipſo facto; à quibus, præterquam à Pontifice Romano, niſi in mortis articulo conſtituti; nequeant abſolutionis beneficium obtinere:*

Quas quidem ſententiam, Cenſuras, ac pœnas, ſupradictos, & eorum quemlibet, abſque alia declaratione, ſi contrà fecerint, incurrere volumus, eo ipſo, & quas ex nunc, prout ex tunc in omnes & ſingulos ſupradictos, qui contrà fecerint, ferimus & promulgamus in his ſcriptis: Et nihilominus Venerabilibus Fratribus noſtris, locorum ordinariis, & dilectis filiis, eorum officialibus, & aliis quibuscunque perſonis Eccleſiaſticis per Eccleſiaſtica ſcripta motu ſimili committimus & mandamus; quatenus ipſi & quilibet eorum in ſuis Cathedralibus, & Metropolitanis, ac aliis; ſuarum Civitatum & Diœceſ. Eccleſiis, de quibus ipſis videbitur præceptum & mandatum, ac præſentes literas hujusmodi ſolenniter publicantes, faciant authoritate noſtra ipſas inviolabiliter obſervari, ac eos, qui propter contraventionem præcepto ac mandato, ac præſentibus literis hujusmodi excomunicationis & interdicti ſententias ac pœnas incurrerint; excommunicatos & interdictos in Eccleſiis coram populo denuncient, & ab aliis nunciari; ac ab omnibus arctiùs evitari faciant contradictores quoscunque, auctoritate noſtra per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Has autem literas

ras valvis Eccleſiæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de urbe affigi mandamus, ut quaſi quodam *ſonoro præconio & patulo indicio ad cunctorum notitiam valeant pervenire*, ne aliquis de illis ignorantiam prætendere poſſet; aut quomodolibet allegare, cùm non ſit veriſimile, apud aliquos remanare incognitum, quod tam patenter omnibus extitit publicatum; *non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis contrariis quibuscunque; aut ſi aliquibus communiter vel diviſim ab Apoſtolica ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem; & quibuslibet aliis privilegiis; Indulgentiis, & literis Apoſtolicis, generalibus vel ſpecialibus quorumcunque tenorum exiſtant, proque præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeant, qomodolibet vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum ſit in noſtris literis mentio ſpecialis habenda, quæ quo ad hoc cuiquam nolumus ſuffragari*: Verùm, quia difficile foret præſentes literas ad ſingula quæque loca, ubi expediens fuerit deferre, volumus, & motu & authoritate ſimilibus, decernimus, quod earum tranſſumtis alicujus publici Notarii manu ſub-

 ſcriptis

ſcriptis, aut ſigillo alicujus Curiæ Eccleſiaſticæ, aut alicujus Prælati, vel perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, ea prorſus fides indubia adhibeatur in judicio vel extra, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum præcepti, mandati, lationis promulgationis, commiſſionis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumſerit, indignationem omnipotentis Dei àc Beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. *Datum Romæ* apud S. Petrum *anno incarnationis Dominicæ* 1512. *IX. Calēd. Decemb. Pontific. noſtri IX*. Incidit exemplar hoc meum in manus Belgæ cujuſdam, qui ſua Dielecto adſcripſit:

By deſe Bull vermaent onſe heilige Vader, de Paus, alle Marcgraven, Hartogen, Edelen, Jonckeren, en alle andere Perſoonen, onder den Roomſchen Keiſer geſeten, dat ſy den Konink van Vrankryk, en ſynen Fautoren niet en dienen, noch ſolt van hem en nemen tegen die Konigen von Engellanten, vaen Spaengien, en varmaent ſee alle, die in dienſten van den Voerſcreven Koninck van Francryck ſyen, dat ſy binnen XII. dagen, na dat deſe Brieven gepubliceert ſyn van hem

hem ſchriben, en niet den dienen, niet (*NB.*) *vviderſtande, en de of geloefte hem of ſynen Fautoren gedaen, vvant ſee niet verbonden ſyn die te houden &c.* Sed & compendium ejuſdem Julii II, in Ludovicum Regem anthematis prodiit, quod ita habet:

Sanctiſſimus Dominus noſter, Dominus Julius Papa II. præcipit & mandat univerſis & ſingulis Ducibus, Marchionibus, Domicellis, & aliis, quibuscunque perſonis Nationis Germaniæ, Sereniſſimo Domino Maximiliano in Imperatorem electo, mediatè vel immediate ſubjectis, *ne ad ſtipendia Ludovici Francorum Regis, aut ei faventium militare, aut ejus ſtipendia capere, ſeu ad ſtipendia hujusmodi, vel aliâs cum eodem Ludovico Rege, ſe, vel ſuos armigeros ac ſequaces locare, eique aliquod auxilium vel favorem quomodocunque præſtare audeant, quin imò, ſi qui cum eodem Ludovico Rege ad præſens militant, infra.* 12. *dies à publicatione harum literarum computandos ab ipſo Ludovico Rege*, ejusque obſequiis, & ſtipendiis omnino recedant. Et idem Dominus noſter Papa omnes & ſingulos, qui contra mandatum hujuſmodi facere tentaverint, excommunicationis, anathematis & maledictionis æternæ ac privationis & inhabilitatiõis ad honores & actus legitimos, cenſuras

& pœnas incurrere vult, ipſo facto mandans per locorum ordinarios & officiales ac alias perſonas Eccleſiaſticas præmiſſa publicari & obſervari facere; contra facientes, ex communicatos nunciando, & contradictores cenſuris Eccleſiaſticis compeſcendo, non obſtante quacunque obligationis formula, nec non conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, cœteriſque contrariis quibuſcunque. *Hæc ille.*

IV. Architectonicas *appellamus, quæ architecturæ inſerviebant, ſumtusq; ſuppeditabant, vel ad ſplendida(a) extruenda Templa, ſacella; vel collapſa (b) reſtauranda; vel denique variis ornamentis utraque inſtruenda: Quæ quidem magno numero, & variis deprehendo ſuffultæ ſunt promiſſionum lenociniis.*

Iterum per exempla eamus, ut ſeræ conſtet poſteritati, quibus Templis, ſacellis &c. proſpectum hac fuerit Indulgentiarum hedera. In patriæ autem manebimus limitibus, iis contenti ſubſidiis, quorum, ſi neceſſe ſit, monſtrare poſſemus originalia. Ita Abbatiæ, Præpoſituræ, & Aquaticæ Eccleſiis conſuluit *Sixtus* IV. Indulgentias concedendo ad inſtar Jubilæi ad quinquennium, ſuumq; Tigurinis probare voluit affectum. Prolixior quidem & hæc eſt Bulla; digna tamen, quæ ad majorem præſentis materiæ

materiæ illuſtrationem tota inſeratur: Sixtus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, univerſis Chriſti fidelibus, præſentes literas inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Theſauri ſacratiſſimæ paſſionis Dominicæ, cùm in Eccleſiaſticis Sacramentis reconditum, divinæ pietatis miſeratio pro ſuorum ſalute fidelium in æternæ vitæ præmium erogari diſpoſuit, meritis licèt inſufficientibus, diſpenſatores effecti, tunc commiſſæ diſpenſationis miniſterium dignè credimus peragere, cùm ipſius theſauri ſalubre commercium in opus reparationis, nec non complementi ac conſervationis Eccleſiarum, vetuſtate conſumtarum, & imperfectarum cum animarũ ſalute Chriſti fideliũ convertimus. Sanè exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum, *Magiſtri Civium, Conſulum, & Scabinorum communitatis oppidi Thuricenſi Conſtãtienſis Diœceſ: petitio continebat, quòd Sanctorum Martyrum Felicis & Regulæ Abbatiæ, Præpoſituræ & quaticæ nuncupatarum Eccleſiarum dicti oppidi duæ imperfectæ, & ex eis altera vetuſtate ruinam minatur, tertia verò parietibus colliſis in fluvium collapſa:* quia ad illarum perfectionem, reparationem, manutentionem, & conſervationem ipſarum Eccleſiarum fructus, reditus & proventus non ſuf-

 ficiant,

ficiant, Chriſti fidelium hujuſmodi ſuffragia ſunt opportuna. Quare pro parte Magiſtri civium, Conſulum, & Scabinorum prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ipſarum Eccleſiarum neceſſitati in præmiſſis opportunè prævidere de benignitate Apoſtolica dignaremur: Nos igitur cupientes, ut Eccleſiæ ipſæ reſpectivè perficiantur, reparentur, & conſerventur; nec non campanis, calicibus, libris & aliis Eccleſiaſticis ornamentis muniantur, *ipſæque Eccleſiæ peramplis congruis frequententur honoribus, ac ipſi Chriſti fideles devotionis cauſa eò lubentiùs confluant ad eaſdem, & ad illarum perfectionem, reparationem, manutentionem, conſervationem & munitionem hujusmodi eo promptiùs manus porrigant adjutrices*, quo ex hoc ibidem dono cæleſtis gratiæ uberius conſpexerint, ſe refectos, hujusmodi ſupplicationibus inclinati, de omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi decernimus & declaramus, quod omnes & ſinguli utriuſque ſexus Chriſti fideles, *verè pœnitentes, & confeſſi, qui Eccleſias prædictas à primis veſperis vigiliæ Feſti dictorum Sanctorum, quod celebratur decima menſis ſeptembris, usque ad ſecundas veſperas octavæ præfati Feſti incluſivè, ſemel duntaxat devote viſitave-*

rint, & pro perfectione, reparatione, manutentione & munitione prædictis, quantum eorum conſcientia dictaverit, aut ipſorum Confeſſor ordinaverit, ſeu juxta eorum conditiones, quantum in hebdomada, pro eorum victu exponerent, erogaverit, hinc ad quinquennium à Dato præſentium computandum easdem anni jubilei proximè elapſi Indulgentias & peccatorum remiſſiones conſequantur, quas fideles ipſi eodem anno jubilei certas almæ urbis Eccleſias ad hoc deputatas viſitantes, juxta aliorum noſtrorum Prædeceſſorum noſtrorum ſuper hoc confectarum literarum ſeriem & tenorem conſecuti fuerunt, & conſequi potuerunt indulgentias antè, & remiſſiones, ad inſtar jubilei hujusmodi & ipſum jubileum de plenitudine poteſtatis, & Domini noſtri Jeſu Chriſti miſeratione confiſi tenore præſentium, eisdem viſitantibus & erogantibus usque ad dictum quinquennium incluſivè concedimus & elargimur; eodem verò quinquennio elapſo ſingulis feſti & octavæ *hujusmodi diebus annuatim viſitantibus & erogantibus prædictis, ſeptem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis pænitentiis, miſericorditer in Domino relaxamus*. Et nihilominus ut Chriſti fideles ipſi ad eaſdem Eccleſias pro conſequendis hujusmodi indulgentiis, ac remiſſionibus hujuſmodi, conflu-

entes, conſcientiæ pacem & animarum ſalutem conſequentur, propitio Deo purgatisque eorum cordibus ad illas ſuſcipiendas conſtituantur promtiores ſpiritu gratiæ ſalutaris, dilectis filiis, *Genuli de Spoleto,* & *Franciſco de Petrneis,* Nuntiis & Oratoribus noſtris, & in eorum abſentia *duobus per eos deputandis, Confeſſores tot, quot voluerint, idoneos deputandi ſeculares, vel quorumvis Ordinum Regulares in dictis Eccleſiis,* & earum circuitibus, ipsisque Confeſſoribus audiendi confeſſiones quorumcunque Chriſti fidelium easdem Eccleſias viſitantium, & pro majori eorum quiete, ac conſcientiarum ſuarum examinatione, *etiam per octo dies ante tempus hujusmodi Indulgentiarum, & in illo ac poſt illud, per octo dies alios, eorum confeſſionibus diligenter auditis, eos omnes & ſingulos durante dicto quinquennio univerſis & ſingulis criminibus, exceſſibus, delictis & peccatis, etiam Sedi Apoſtolicæ reſervatis, præter quam in caſibus in Bulla ſacræ Cœnæ Domini, quotannis publicari ſolita, contentis.* Poſt verò dictum quinqueñium in ſingulis caſibus, in quibus Epiſcopi abſolvere poſſunt duntaxat, abſolvendi, & pœnitentiã ſalutaré injungendi, ac durãnte quinqueñio hujusmodi vota quæcunq; (præterquam, ultra marina, præfatorum Apoſtolorum Petri & Pauli

Pauli, & S. Jacobi in Compoſtella, ac Religionis) *in alia pietatis opera commutandi, plenam & liberam, auctoritate prædicta harũ ſpecie concedimus poteſtatem & facultatẽ omnimoda*: Et inſuper ne *propter alias Indulgentias in illis forſan partibus conceſſas, & in poſterum concedendas, præmiſſarum Indulgentiarum explicatio impediatur, aut Chriſti fidelium hujusmodi mentes ab illarum ſalutari præmio retrahantur, univerſis & ſingulis, cujuscunque dignitatis, ſtatus, gradus, vel eruditionis, aut præeminentiæ perſonis, ne* (NB) *in Civitate, & Dioeces. Conſtant. Indulgentias plenarias publicare, aut executioni demandare*, ſeu, *publicari, aut executioni demandari facere præſumãt aut permittant, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna*, eo ipſo incurrenda diſtrictius inhibemus, *quascunque alias Indulgentias per nos conceſſas*, quoad Civitatem & Dioeceſin Conſtantienſem, *prædictas videlicet, pro octo diebus, ſingulis annis prædictis, dicto quinquennio durante ſuſpendentes, nulliúsque firmitatis exiſtere decernentes.* Cæterùm, quia forſan nonnulli malignitatis Spiritu imbuti in publicationibus Indulgentiarum, & literarum hujusmodi ſe remiſſos ſeu rebelles vel negligentes reddere niterentur, & tenore, quibus ſupra ſtatuimus & decrevimus, quòd quicunque locorum Ordinarii, aut co-

eorum Vicarii vel officiales ſeu Abbates, aut alterius cujuscunque dignitatis Eccleſiaſticæ, ſeu alio inferiori gradu conſtitutæ ſeu Parochialiũ Eccleſiarum Rectores ſeu eorum Vicarii, aut Locatenentes, vel aliâs Eccleſiaſticæ vel mundanæ, cujuscunque dignitatis ſtatûs, gradus vel conditionis, qui pro parte dictorum Capitulorum fuerint requiſiti, *etiam ſi Religioſi mendicantes fuerint, non obſtante quocunque privilegio, quod minimè eis, quo ad hoc volumus ſuffragari*, præſentes literas, ac ſingulas in eis contenta, ut ad veram ſingulorum notitiam deveniant, *debitè non publicaverint, & illos publicari non permiſerint, ſeu ſe in illis affectata malitiâ negligentes aut rebelles reddiderint, Excommunicationis ſententiam eo ipſo incurrãt, cum ſuſpenſione à divinis.* Et ne religioſæ perſonæ, infirmi, ſenes, prægnantes, & aliâs quomodolibet impediti dicti Thuricenſis oppidi, illique ſubjectorum Caſtrorum, Villagiorum & Villarum, *aliorúmque locorum Conſtantienſis, Baſileenſis, & Curienſis Dioeceſ. incolæ utriuſque ſexus nequeuntes easdem Eccleſias pro cõſequenda Indulgentia prædicta, commodè viſitare careant, propterea Indulgentia memorata eis, ſi de facultatibus ſuis tantum, quantum eorum devotio eis dictaverit, ſeu eorum Confeſſor eis conſuluerit, ad ipſas Eccleſias*

ecleſias miſerint, easdem Indulgentias, quas conſequerentur, ſi ipſas Eccleſias, dicto tempore viſitarent, elargimur. Non obſtantibus quibuscunque ſimilium vel aliarum quarumcunque Indulgentiarum ſpecialibus vel generalibus ſuſpenſionibus, & revocationibus per nos, aut prædeceſſores noſtros, illis etiam *quacunque cauſa vel ratione, etiam ſi pro quacunque expeditione contra Chriſti nominis injurias; vel ſub quavis verborum forma, factis, & faciendis, quas etiam ſi de illis, earumque totis tenoribus ſpecialis & expreſſa, ac non ſub conditione mentio habenda foret, ad literas & conceſſiones hujusmodi ſe minimè extendere decernimus per præſentes.* Præterea, quia difficile foret, præſentes originales literas ad loca quæcuuq; ubi expediens fuerit, deferri, volumus, & auctoritate, & tenore prædictis decernimus, quòd earum transſumptis, ſub ſigillo cujuscunque Antiſtitis ſeu perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ, manibus duorum Notariorum publicorum debitè ſubſcriptis fides adhibeatur indubia, & illis, ubicunque ſtetur in omnibus & per omnia, perinde ac ſi præſentes literæ exhiberentur: Præſentibus, quoad Indulgentias & remiſſiones anni jubilei ac facultatem abſolvendi in caſibus Sedi prædictæ reſervatis poſt quinquennium

minimè, quo ad verò Indulgentiam ſeptem annorum & totidem Quadragenarum, ac alia in eisdem literis contenta perpetuis futuris temporibus valituris. Datum Romæ apud S. Petrum, anni incarnationis Dominicæ 1479 IV. Id. Julii. Pontificatus noſtri anno octavo. Habeo & *Sixtinæ* hujus confirmationem per *Gentilem de Spoleto*, Legatum Apoſtolicum factum. Eodem nomine pro Eccleſia noſtra Cathedrali ſolicitus; præ cæteris, fuit D. *Johannes Mantz Collegii Præpoſitus*, quiet à *Phylonardo*, Pontificis Legato, & à *Matthæo* Sedunenſi, Indulgentias impetravit, ab *Hugone* poſtea, Conſtantienſi Epiſcopo confirmatas. *Legati Pontificii* diploma tale eſt: *Ennius Phylonardus*, Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia, Epiſcopus Verulanenſis ad Elvetios magnæ ligæ Veteris ſuperioris Alemanniæ, S. D. N. P. P. & Sedis Apoſtolicæ cum poteſtate Legati de latere Nuntius, univerſis & ſingulis præſentes literas inſpecturis, ſalutem in Domino ſempiternam: Obſequi pium & gratum Altiſſimo totiens impendere credimus, quotiens fidelium mentes ad opera charitatis inducimus. Cupientes igitur, ut Eccleſia ſanctorum Felicis & Regulæ *Propoſituræ Turricenſis*, ad quam, ſicut accepimus, Dilecti nobis in Chriſto,

Chriſto, Venerabilis Dominus *Iohannes Mantz*, Præpoſitus, & Capitulum ejusdem Eccleſiæ *ſingularem gerunt devotionem*, debitis frequentetur honoribus, & a Chriſti fidelibus jugiter honoretur, & *in ejus ſtructuris & ædificiis debitè reparetur, conſervetur & manuteneatur ac muniatur, libríſque, calicibus, luminaribus, & aliis ornamentis Eccleſiaſticis pro divino cultu inibi neceſſariis decenter fulciatur, reparetur, conſervetur, & manuteneatur, atque Chriſti fideles ipſi eo libentius devotionis cauſa confluant, ad eandem ac ad illius reparationem, conſervationem, manutentionem, & fulcimentum, aliáque præmiſſa manus promtius porrigant adjutrices*, quo ex hoc cœleſti dono ibidem conſpexerint ſe refectos, devotiſſimis præfatorum Domini Johannis Mantz, Præpoſiti & Capituli in hac parte ſupplicationibus favorabiliter inclinati, omnibus & ſingulis utriusque ſexus Chriſti fidelibus, verè pœnitentibus, contritis & confeſſis, *qui dictam Eccleſiarum Sanctorum Felicis & Regulæ Præpoſituræ Turricenſis in feſtivitatum, Aſſumtionis, Beatæ Mariæ Virginis diebus devotè viſitaverint, manúsque ad præmiſſa pro eorum facultate porrexerint adjutrices, ſeptem annos & totidem quadragenas de injunctis eis pœnitentiis, authoritate Apoſtolica, qua per literas Apoſtolicæ Sedis*

Sedis ſufficienti facultate muniti fungimur in hac parte, tenore præſentium miſericorditer in Domino relaxamus. Et inſuper ad animarum ſalutem, & maximè Eccleſiæ prædictæ parochianorum procurandam, Confeſſoribus ſingulis, qui pro tempore ab ipſis Johanne Præpoſito, & ſucceſſoribus ſuis ac capitulo ad audiendas dictorum Parochianorum Confeſſiones fuerint electi, ut omnium utriusque ſexus Chriſti fidelium, Parochianorum ſuorum quotiens ad eos, ſeu alterum eorum ſuper hoc conſulere voluerint, Confeſſiones audire; & eas ab omnibus & ſingulis eorum peccatis; & criminibus, in caſibus, in quibus ordinarii locorum de jure, vel conſuetudine, aut aliâs abſolvere poſſunt; & in illis, quæ Sedi Apoſtolicæ reſervata non fuerunt, ſecundum conſilium & eruditionem parochialis Sacerdotis abſolvere, & illis pœnitentiam ſalutarem injungere, ipsique *Johanne* Præpoſito & ſucceſſoribus, pro tempore exiſtentibus Præpoſitis, ac duobus aliis Presbyteris, quos *Johannes* Præpoſitus, ſeu Succeſſores præfati ad hoc, ſecundum Deum & conſcientiam ſuam, *quam in eo volumus eſſe oneratam*, duxerit eligendos, ut vota quæcunque per Parochianos prædictos emiſſa, (liminum Apoſtolorum, Petri & Pauli &c. Urbe; Sancti Jacobi in Compeſtella, & ultra marino ac ingreſſus re-

religionis & perpetuæ continentiæ votis duntaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare poſſint & valeant, eadem auctoritate Apoſtolica facultatem concedimus & elargimur præſentibus, perpetuis, futuris temporibus duraturis: In quorum fidem præſentes literas, &c. Turregi 1515.

In agro Tigurino, non procul ab urbe, locus eſt, Pflaſterbach/ cui itidē Honorius, Georgius, Hieronymus, Laurentius, Ludovicus Johannes, Johannes Antonius, Guillermus, Franciſcus, Jacobus, Raphaël Johannes, Federicus, Julianus Cardinales, a. Ch. 1503. *Centum dierum relaxatione, pararios conciliare voluerint* & Mœcenates Hanc enim promiſerunt gratiam, de omnipotentis miſericordia, ac Beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, *omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus, utriusque ſexus verè pœnitentibus & confeſſis, qui Capellam B. M. Virginis in* Pflaſterbach/ *ſub dominio Thuricenſi in ſingulis, videlicet Purificationis & Annunciationis, ac Aſſumtionis & Nativitatis B. M. Virginis, ipſiúsque Capellæ dedicationis feſtivitatibus & diebus* à primis veſperis uſque ad ſecundas veſperas incluſivè devotè viſitaverint annuatim, & *ad ſtructurā, ædificia, nec non libros, calices, luminaria, ornamenta Eccleſiaſtica, &c. manus porrexerint adjutrices*;

Quas indulgentias *Hugo*, Conſtantienſis Epiſcopus, eodem anno & confirmavit, & ita auxit, *ut manus auxiliatrices modo memorato porrecturis, qualibet vice quadraginta dies criminalium peccatorum de injunctis eis pœnitentiis ſit remiſſurus. Berenberg*, prope Vitodurum, itidem Auguſtinianorum cœnobium; à prima fundatione Indulgentiis fuit munitum, & ea quidem verborum pompa, quam in aliis obviam hactenus non reperi. *Henrici*, Conſtantienſis Epiſcopi diploma tale eſt: Henricus, Dei gratia, Epiſcopus Conſtantienſis, honorabilibus, & ſibi in Chriſto dilectis Decanis, Camerariis, Plebanis, Vice plebanis, Vicariis & Præbendariis, aliiſque perſonis Eccleſiaſticis per Civitatem & Diœceſin noſtram Conſtantienſem conſtitutis ſalutem, in omnium Salvatore. Licèt cunctos nobis ſubjectos & à Deò nobis commiſſos in ſuis teneamur propoſitis confovere; Illos tamen, quos commendat major religionis devotio, & quos in ſtadio hujus militantis Eccleſiæ præ cæteris laborantibus currere conſpicimus, uberiori favore nos proſequi convenit, & in ſuis laudabilibus operibus confovere. Cùm igitur devotiſſimi in Chriſto fratres Prior & Confratres novæ plantationis Monaſterii Cellæ S. Mariæ in Berberg propè Winterthur

terthur nobis immediatè ſubjecti, *quæ præ aliis, ſub regula Sancti Auguſtini Canonicorum Regularium in noſtra Dioeceſi degentibus, nobis vera humilitatis præbet exemplum,* ad conſervationem ejuſdem novæ plantationis, ſub omnipotentis Dei, & glorioſiſſimæ virginis Dei, genitricis, de Chriſti fidelium adjutorio erectæ & plantatæ, *absque uberiori Chriſti fidelium ſubſidio nequeant pervenire*; devotionem veſtram in Domino præſentibus requirimus & hortamur; *vobiſque in remiſſionem veſtrorum injungimus peccatorum, & in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub pœna ſuſpenſionis ab officiis veſtrorum divinorum firmiter, & diſtrictè præcipiendo mandamus*, quatenus fructus prædictæ novæ plantationis in monte Berberg, cùm ad vos venerint, cum præſentibus noſtris literis; quacunque dierum, vel etiam horarum tam feriatarum, quàm aliarum, *omnibus aliis quæſtuariis & petitionibus quibuscunque: excepta matricis Eccleſiæ Conſtantienſis; poſtpoſitis, quantumcunque clauſulam inhibitionis contineant, ne aliæ petitiones die eodem admittantur*, benignè recipiatis, & favorabiliter pertractetis. Eòsque in Eccleſiis veſtris & alibi, ubi expediens fuerit, cum affectu & effectu promoveatis. *Ipſósque verbum exhortationis ad populum, per ſonitum campanarum convo-*

catum, proponere permittatis, ac pro ipſis, ſi petierint, proponatis, ut ad tam laudabilem ſtructuram perficiendam ſuas pias eleemoſynas largiantur. Ipſos namque Fratres, & hujusmodi petitionis negotium, ad dictam novam plantationem perficiendam, ſub Omnipotentis Dei, & glorioſiſſimæ Virginis Matris Mariæ, quæ ipſius Monaſterii eſt Patrona, atque noſtram protectionem recepimus ſpecialem. Idcirco etiam Vobis, univerſis & ſingulis, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, præſentibus in rebelles, Canonica tamen monitione trium dierum præmiſſa, inhibemus, *ne quicquam à dictis Fratribus, de Eleemoſynis, ipſis à Chriſti fidelibus ad pios uſus elargitis, occaſione alicujus ædificii, vel ſtructuræ, aut alia quacunqe de cauſa, etiam ſi quibus ex vobis conceſſerimus; ut ratione ædificiorum, ſeu ſtructuræ ſuarum Eccleſiarum, auctoritate noſtra ordinaria; ut alteram partem, ſeu tertiam aut quartam hujusmodi Eleemoſynis in ipſorum Eccleſiis collectis recipere valeant portionem, quam & quas Indulgentias & conceſſiones, quo ad ipſos Fratres novæ plantationis prædictæ præſentibus revocamus; exigatis, vel à quocunque, quantum in vobis eſt, exigi vel extorqueri permittatis*, quibus etiam id ſub pœna Excommunicationis prædictæ, præſentibus inhibemus: niſi forte

fortè ipſi Fratres aliqui ſponte decreverint aſſignandum, hoc tantum recipiendi vobis cedimus facultatem. Et ut dum petitionis negotium eò liberius valeat promoveri, *& veſtri ſubditi, ad tam laudabilem plantationem ſuas pias Eleemoſynas largiendas ferventius excitentur, indulgemus præſentium per tenorem, ut ſi aliquæ Eccleſiæ ſeu Eccleſiarum à nobis*, vel Vicario, aut officialibus noſtris, aut aliis noſtris Commiſſariis, Eccleſiaſtico ſuppoſitæ fuerint interdicto, quòd eædem Eccleſiæ, & ipſarum Parochiarum capellæ in dictorum Fratrum rotùndo adventu, die, qua hujusmodi petitionis negotium promovebitur, *aperiantur, & divina officia* (excommunicatis & nominatim interdictis excluſis) *ſolenniter celebrentur*, verbúmq; exhortationis ad populum proponatur, ad invitandam plebem, vobis ſubjectam, ut liberaliùs dictis Fratribus ſuas manus porrigant adjutrices, *non obſtante revocatione quacunque per nos in talibus facta, Omnibus enim contritis & confeſſis, qui ad dictam ſtructuram ſua pia ſubſidia duxerint offerenda, quadraginta dies criminalium, & annum venialium peccatorum Indulgentiam miſericorditer in Domino præſentibus clargimur! Peccata oblita, omniáque vota fracta* (transmarinis tamen, & Sanctorum, Petri, & Pauli, & S.

 Jacobi

Jacobi exceptis) *ſi ad ea redierint, offenſas patrum & matrum, abſque tamen manus injectione violenta, juramenta temeraria & illicita, pœnitentias oblitas, & negligenter factas, in Domino remittimus, per præſentes. Si quis etiam ex veſtris ſubditis vota peregrinationis ad limina Beatæ Mariæ Virginis, & aliorum ſanctorum quorumcunque* (Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, ac transmarino exceptis) *omiſerunt, in largitionem Eleemoſynæ taliter commutamus, videlicet, quòd ſi ipſi expenſas, quas facturi eſſent ad perficiendum vota, eadem ſolvunt & dederint cum officiis, ad ſtructu- Manaſterii ſupradicti, quod ipſos ab eisdem votis auctoritate noſtra abſolvimus per præſentes:* Et ſi res aliquæ, modo quocunque illicito, & malè fuerint acquiſitæ, & per ſubditos veſtros detineantur, dummodò neſciatur, quibus reſtitutio fieri debeat, ſi ad prædictos pios uſus pura collata fuerint intentione, eosdem conferentes coram Omnipotenti Deo de his reddimus abſolutos. Inhibemus etiam Vobis omnibus & ſingulis ſub pœna memorata, ne quis dictis Fratribus aliquam injuriam inferat, vel eos verbo vel facto, publicè vel occultè impediat, aut dolum aliquem committat circa Fratres prædictos, quovis quæſito colore. Damus etiam dictis Fratribus plenam præ-

ſentibus

ſentibus poteſtate omnes hujusmodi noſtri mandati tranſgreſſores, ad noſtri, vel officialis noſtri præſentiam ad terminum competentem eis per ipſos præfigendum dictandi pænam pro demeritis & exceſſibus ſuis recepturos, præſentibus uſque ad Feſtum Purificationis Beatæ Mariæ Virginis proximè venturum, & abinde per biennium valiturum. Datum in caſtro noſtro Gottlieben. Anno Domini 1386. VI. Kal. Octobr. Et biennio poſt 1388. Succeſſor *Burkhardus, univerſitatem rogamus,* (inquit) *monemus & hortamur, attentè vobis in remiſſionē peccaminum injungentes,* quatenus attendentes providè, quòd inter holocauſta virtutum illud Deo acceptabilius redditur, quod de pinguedine charitatis offertur, de bonis vobis à Deo collatis, eidem Monaſterio (Berenberg) *pias ad hæc (ædificia, reparationes diverſas, calices, libros, ornamenta) eleemoſynas, & grata charitatis ſubſidia erogetis; ut per ſubventionem veſtram dictum Monaſterium valeat ſuſtentari, ædificari & augmentari: Et per hæc & alia bona opera, quæ Domino inſpirante feceritis, ad æterna poſſitis pervenire gaudia.* Omnibus igitur Chriſtiani nominis cultoribus, verè pœnitentibus, confeſſis & contritis, qui præfatum Monaſterium devotè viſitaverint, & eidem manus, ut

præmittitur, porrexerint adjutrices, vel per alios fieri promoverint, de omnipotentis Dei miſericordia, ſuæque Genitricis, Beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, meritis & auctoritate confiſi, *quadraginta dies criminalium, & annum venialium de injunctis pœnitentiis, pro qualibet vice miſericorditer in Domino relaxamus.* Inſuper Indulgentias & gratias quaſcunque, per Anteceſſores noſtros vel alios Pontifices quoſcunque, communionem & gratiam Sedis Apoſtolicæ, prædicto Monaſterio ritè & rationabiliter largitas vel conceſſas in Dei nomine ratificamus &c.

Aliud ſubjungimus Indulgentiariæ gratiæ exemplar, quo in cineres penè redacta *Præpoſitura Imbriacenſis* è ruderibus erat excitanda. Accidit hoc, Seculo XV. cùm ipſi aliquandiu inter ſe commiſſi eſſent Helvetii. Burkhardus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia, Epiſcopus Conſtantienſis, univerſis & ſingulis Decanis, Camerariis, Plebanis, Capellanis, & vice Capellanis, aliisque Presbyteris & Clericis, ac Chriſti fidelibus univerſis per Civitatem & Dioeceſin Conſtantienſem ubilibet conſtitutis, ad quos præſentes pervenerint, Salutem in eo qui eſt omnium vera ſalus. Quoniam, ut ait Apoſtolus, omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti

Chriſti, recepturi prout in corpore geſſimus ſive bonum, ſive malum, oportet nos diem miſerationis extremæ nunc operibus prævenire, ut æternarum intuitu ſic ſeminare valeamus in terra, *quod, reddente Domino, cum multiplicato fructu recolligere valeamus in cœlis, firmam ſpem, fiduciámque tenentes, quoniam qui parcè ſeminat, parcè & metet, & qui ſeminat in benedictionibus, metet vitam æternam.* Cùm itaque ſancta Eccleſia collegiata Imbriacenſis vulgò Emmerach/ Conſtantienſis noſtræ Dioeceſ. in litibus & controverſiis quibusdam inter Illuſtriſſimum Principem Dominum, Auſtriæ Ducem ex una, & Thuricenses, Suicenſes, & ſibi Confœderatos ex parte altera exiſtentibus, *ſit ignis voragine combuſta & devaſtata* (verba Germanica Alberti Archiducis ad Præfectum & Senatum Vitoduranum: Gottsheüſer und Chriſtliche Perſonen/ deren ſie wenig ſchonen/ und in unmenſchlich verwüſtet/zerſtöret und verderbt:) *quæ in tectis, muris, campanis, & aliis ornamentis Eccleſiaſticis magnum patiatur defectum, pro quibus ſupplendis & reparandis propriæ ejusdem Eccleſiæ facultates non ſufficiunt, ex eo præſertim, quòd etiam ab ipſa Eccleſia in bonis & hominibus, ad ipſam Eccleſiam ſpectantibus per incendia & aliàs graviter fuit & eſt*

 dam-

l muniſicata & devaſtata, pro ut notorium exiſtit in partibus, Et quia honorabiles, & nobis in Deo dilecti, Præpoſitus & Capitulum ipſius Eccleſiæ Imbracenſis à nobis humiliter & inſtanter petierunt, ut cum præmiſſos defectus ſine Chriſti fidelium non poſſit eleemoſyna & adjutorio ſupplere, quatenus ipſis & ſuper præmiſſis, ut ad reparationem & reformationem præmiſſorum defectuum, prævenire valeant, quare propter Deum ſuccurrere dignaremur; nos precibus eorum, ut rationalibus & neceſſariis inclinati, vos omnes & ſingulos ſupradictos in Domino præſentibus requirimus, & exhortamur, vobisque nihilominus virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna ſuſpenſionis ab officiis divinorũ, latæ ſententiæ, in rebelles, trium dierum Canonica monitione præmiſſa, firmiter & diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus nuntios, quos ipſi Præpoſitus & Capitulum ad colligendum & petendum hujusmodi Eleemoſynam conſtituuntur, vel conſtituent, cùm ad vos pervenerint cum præſentibus, Chriſti fidelium Eleemoſynas, petituri benignè & gratanter recipiatis, & pro eis verbum exhortationis ad exemplum Dei proponatis, ac eorum in veſtris Eccleſiis, & extra apud plebem vobis ſubditam promoveatis

moveatis, &c. Nos verò de omnipotentis Dei miſericordia, & ejus Matris, Beatæ Mariæ Virginis, ac Beatorum, Petri & Pauli Apoſtolorum, & ſpecialiter ſancti Petri, Patroni dictæ Eccleſiæ, interceſſione eorum confiſi authoritate noſtra ordinaria, *omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui de bonis à Deo ſibi collatis ad defectum dictæ Eccleſiæ Embracenſis reformandum & reparandum, pias Eleemoſynas, & alia eis charitativa ſubſidia erogaverit, & ſuas præbuerit manus adjutrices, in remiſſionem eis injungimus peccatorum, & ultra Indulgentias eidem Eccleſiæ Embracenſi, tam à Romanis Pontificibus, quam noſtris Prædeceſſoribus conceſſas, quæ magnæ exiſtunt, & quarum ipſi benefactores & Protectores capaces erunt per præmiſſa, Quadraginta dies criminalium, & omnium venialium peccatorum, & injunctis ſibi pœnitentiis, miſericorditer in Domino relaxamus, ac nihilominus in Domino concedimus & indulgemus auctoritate ordinaria prædicta, ut ſi qui ſupradictorum veſtrorũ res habuerint per ſpolia, rapinas, aut aliqualitercunque malè acquiſitas, ubi ille, cui de jure reſtitutio facienda foret, neſciatur, quæ illa, in defectum dictæ Eccleſiæ Embracenſis reporandum & informandum erogare & donare valeant, atque poſſint, eisque ibidem erogatis & donatis eosdem erogantes & donantes ſatisfeciſſe volumus*

volumus, & a peccatis exinde contritis abſolvimus per præſentes Et ut etiam prædictum negotium magis promovere poſſitis, per præſentes indulgemus, *ut ſi aliqua Eccleſiæ, auctoritate ordinaria, per nos, noſtrum Vicarium, ſeu officiale, interdictæ fuerint, illo die tantùm aperiantur, quando dictæ petitionis negotium agitur, & divina officia, excommunicatis nominatim interdictis ab Eccleſia tantùm excluſis, publicè celebrentur: Ipſa namque divinorum officia taliter ſuſpendimus per diem hujusmodi, & non Eccleſiam: ſic tamen quòd corpora mortuorum non tradantur Eccleſiaſticæ ſepulturæ:* Volumus tamen, quòd hujusmodi petitio in una Eccleſia ultra quartam vicem non admittatur. Inhibemus etiam Vobis, omnibus & ſingulis pro pœna proſcripta, ne quis prædictis nunciis aliquam injuriam inferat, aut ab eis aliquam illicitam portionem extorqueat: Cùm Vos ipſos & nuncios in noſtram recipimus protectionem ſpecialem &c. Conſtantiæ A. D. 1491.

Neque omitti ſpecialia illa debent Indulta, quibus *ſpolia*, *bona, malè acquiſita*, Eccleſiarum fabricis erant deſtinata. Tale eſt *Juliani* Cardinalis 1435. & Epiſcopi Conſtantienſis *Friderici* 1536. Utriusque eadem fere ratio; poſterius tamen paulò plenius eſt Inſtrumentum, quod ἀυτολεξεὶ ita habet.

habet. Fridericus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia electus, confirmatus Eccleſiæ Conſtantienſis, & Comes de Zoleren, dilectis in Chriſto Præpoſito & Capitulo Eccleſiæ ſanctorum Felicis & Regulæ Præpoſituræ Thuricenſis, noſtræ Conſtantienſis Diœceſis ſalutem in Domino, Fabricatore univerſi, Deo noſtro. Dedicatarum Eccleſiarum munificentiæ & decori nedum conſervandis; ſed & ampliori venuſtate decorandis Chriſti fideles quoslibet pia debere exigere præſidia, animadverſione debita recenſentes fideles ipſos ad porrigendam Eccleſiarum earundẽ fabricis manus adjutrices incitare nos congruit, & quantùm cum Deo poſſumus operæ impendere, ut illis manutenendis ac reparandis opportuna ſuffragia ſubminiſtrent. Cùm itaque ſicut pro parte veſtra nobis nuper exhibita petitio continebat Eccleſia veſtra, *quæ amplo & inſigni ac ſumptuoſo plurimum opere conſtructa exiſtit*; nec non pro ſuorũ ædificiorum conſervatione, & ſeneſcentium ſeu depereuntium illi reparatione, certis ad hoc deputatis redditibus ſeu facultatibus non habundat, ad hoc, ut ipſa ædificia conſerventur, & labentia ex illis debitè reparentur, Chriſti fidelium piis ſuffragiis egent opportunè. Nos cupientes, ut eadem Eccleſia in hujusmodi

modi ſuis ædificiis conſervetur & etiam reparetur, veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, Vobis ac univerſis & ſingulis dictæ Eccleſiæ veſtræ, *quæ etiam Parochialis eſt*, Parochianis, nec non oppidi Thuricenſis noſtræ Conſtant. Diœceſ. oppidanis, & incolis, ut ſinguli ex vobis & Parochianis, oppidanis & incolis prædictis, *quæcunque bona, per Vos, vel illos, illicitè acquiſita, de quibus cui vel quibus eorum reſtitutio facienda ſit, certa notitia non habetur: Nec non etiam quæcunque ad pias cauſas, incertos tamen uſus per teſtantes quoslibet legata, in opus fabricæ Eccleſiæ veſtræ hujusmodi convertere poſſit & poſſint*; quodque Præpoſitus pro tempore exiſtens Eccleſiæ veſtræ, vel doctorum Parochianorum, animarum ſimiliter pro tempore curam gerens de his, quæ ſic ad opus fabricæ hujusmodi ex illicitè acquiſitis, ſeu bonis legatis prædictis converteret, *quitationem ſeu liberationem & abſolutionem impendere valeant*, auctoritate noſtra ordinaria, tenore præſentium indulgemus. Approbat inſuper indultum Juliani Cardinalis in ſimili forma conceſſum.

Antiquiſſimum Eccleſiæ noſtræ primariæ Indulgentiarum, *quod hactenus eruere potui, eſt Petri* Cardinalis, quem *Onuph. Panvin.* de Pontif. Rom b. 11. p. 153. refer inter

inter Cardinales Diaconos, ab Honorio, qui Sedem a. Ch. 1216. occupavit, creatos, quod αὐτολεξεὶ ita ſonat. *Petrus*, miſeratione divina S. Georgii, ad velum aureum Diaconus Cardinalis, Apoſtolicæ ſedis Legatus, univerſis Chriſti fidelibus, infra noſtræ legationis terminos conſtitutis ſalutem in Domino. Quoniam, ut ait Apoſtolus, omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti recepturi, prout in corpore geſſimus ſive bonum fuit, ſive malum, oportet nos diem miſerationis extremæ, miſericordiæ operibus prævenire, ac æternorum intuitu ſeminare in terris, quod reddente cum multiplicato fructu recolligere debeamus in cælis, firmam ſpem, fiduciamque tenentes, quoniam qui parcè ſeminat, parcè & metet, & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus etiam metet vitam æternam. Cùm itaque ſicut dilecti in Chriſto Præpoſitus & Capitulum Eccleſiæ Thuricenſis, Conſtantienſis Dioeceſeos, ſua nobis petitione monſtraverit, *eandem Eccleſiam ab eorum prædeceſſoribus inchoatam perficere cupiant opere ſumtuoſo, nec ad conſummationem ipſius propriæ ſibi ſuppetant facultates; univerſitatem veſtram rogamus & hortamur in Domino, in remiſſionem vobis peccaminum injungentes, quatenus de bonis*

à Deo

à Deo vobis collatis pias Eleemoſynas, & grata eis Charitatis ſubſidia erogetis, ut per ſubventionum veſtram adjuti dictum opus valeant conſummare; Vosque per hæc & alia bona, quæ Domino inſpirante feceritis, ad æternæ poſſitis felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de omnipotentis Dei miſericordia & Beatorum, Petri & Pauli Apóſtolorum ejus meritis ac commiſſa nobis authoritate confiſi, omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, *qui ad id porrexerint adjutricem, ſexaginta dies de injuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus.* Præſentes verò mitti per Quæſtuarios firmiter inhibemus. Eas, ſi hecus actum fuerit, carere viribus decernentes. Datum &c. *In monte Thuricenſi* Auguſtinorum erat conventus, ubi *Hermannus,* Conſtantienſis Epiſcopus a. Ch. 1472. indulgentias conceſſit 40. *dierum criminalium, & unum annum venialium peccatorum omnibus & ſingulis verè contritis, & confeſſis, qui ad ipſum Monaſterium devotionis, orationis, aut peregrinationis cauſa in Nativitatis, Reſurrectionis, Aſcenſionis aut corporis Domini noſtri Jeſu Chriſti, Pentecoſtes, Trinitatis, Inventionis & exaltationis vivificæ crucis, omnium feſtivitatum glorioſæ Virginis Mariæ, omnium ſanctorum, nec non dedicationis ac Patronorum ſæpe dicti Monaſterii diebus & feſtivitatibus acceſſerint vel viſitaverint*

rint, aut ad fabricam libros, calices, aut alia ornamenta Eccleſiaſtica inibi neceſſaria, vel pro perſonarum inibi Deo militantium ſuſtentatione, manus porrexerint adjutrices, de omnipotentis Dei miſericordia, ac beatiſſimæ Virginis Mariæ, & omnium ſanctorum meritis & Interceſſionibus confiſi; quadraginta dies criminalium; & annum unum venialium peccatorum, de injunctis eis pœnitentiis, totiens quotiens hæc fecerint, miſericorditer in Domino relaxamus.

V. Oeconomicæ *faciebant* πρὸς τὰ ἄλφιτα; *manusq; requirebant auxiliatrices; ut vel Homerum nihil dantem foras ire juſſiſſent, quibus hæc cura mandabatur, Quaſtionariis. Hoſpitalia hinc, Cœnobia &c. ſua potiſſimum habuerunt incrementa.*

Hoſpitale *S. Bernhardi* in vicinia notiſſimum eſt: de quo nonnulla *Hodeg.* P. III. p. 418 pro eo laborabat *Julius* II. cujus diploma Indulgentiarum tale eſt: Univerſis præſentes literas inſpecturis, nos Philippus de Sabaudia, Præpoſitus & Commendatarius perpetuus Eccleſiæ Hoſpitalis Sanctorum *Nicolai & Bernhardi*, montis Jovis, notum facimus, quòd ſanctiſſimus D. N. Dominus Julius Papa II. & modernus approbavit, & confirmavit omnes & quaſcunque Indulgentias dicto Hoſpitali conceſſas, tam per

F feli-

præmittitur, porrexerint adjutries, vel per alios fieri promoverint, de omnipotentis Dei miſericordia, ſuæque Genitricis, Beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, meritis & auctoritate confiſi, *quadraginta dies criminalium, & annum venialium de injunctis pœnitentiis, pro qualibet vice miſericorditer in Domino relaxamus.* Inſuper Indulgentias & gratias quascunque, per Anteceſſores noſtros vel alios Pontifices quoscunque, communionem & gratiam Sedis Apoſtolicæ, prædicto Monaſterio ritè & rationabiliter largitas vel conceſſas in Dei nomine ratificamus &c.

Aliud ſubjungimus Indulgentiariæ gratiæ exemplar, quo in cineres penè redacta *Præpoſitura Imbriacenſis* è ruderibus erat excitanda. Accidit hoc, Seculo XV. cùm ipſi aliquandiu inter ſe commiſſi eſſent Helvetii. Burkhardus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia, Epiſcopus Conſtantienſis, univerſis & ſingulis Decanis, Camerariis, Plebanis, Capellanis, & vice Capellanis, aliisque Presbyteris & Clericis, ac Chriſti fidelibus univerſis per Civitatem & Diœceſin Conſtantienſem ubilibet conſtitutis, ad quos præſentes pervenerint, Salutem in eo qui eſt omnium vera ſalus. Quoniam, ut ait Apoſtolus, omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti

Chriſti, recepturi prout in corpore geſſimus ſive bonum, ſive malum, oportet nos diem miſerationis extremæ nunc operibus prævenire, ut æternarum intuitu ſic ſeminare valeamus in terra, *quod, reddente Domino, cum multiplicato fructu recolligere valeamus in cœlis, firmam ſpem, fiduciámque tenentes, quoniam qui parcè ſeminat, parcè & metet, & qui ſeminat in benedictionibus, metet vitam æternam.* Cùm itaque ſancta Eccleſia collegiata Imbriacenſis vulgò Emmerach/ Conſtantienſis noſtræ Dioeceſ. in litibus & controverſiis quibusdam inter Illuſtriſſimum Principem Dominum, Auſtriæ Ducem ex una, & Thuricenses, Suicenſes, & ſibi Confœderatos ex parte altera exiſtentibus, *ſit ignis voragine combuſta & devaſtata* (verba Germanica Alberti Archiducis ad Præfectum & Senatum Vitoduranum: Gottshcüſer und Chriſtliche Perſonen / deren ſie wenig ſchonen / und in unmenſchlich verwüſtet/zerſtöret und verderbt:) *quæ in tectis, muris, campanis, & aliis ornamentis Eccleſiaſticis magnum patiatur defectum, pro quibus ſupplendis & reparandis propriæ ejusdem Eccleſiæ facultates non ſufficiunt, ex eo præſertim, quòd etiam ab ipſa Eccleſia in bonis & hominibus, ad ipſam Eccleſiam ſpectantibus per incendia & aliàs graviter fuit & eſt*

 dam-

i mnificata & devaſtata, pro ut notorium exiſtit in partibus, Et quia honorabiles,& nobis in Deo dilecti, Præpoſitus & Capitulum ipſius Eccleſiæ Imbracenſis à nobis humiliter & inſtanter petierunt,ut cum præmiſſos defectus ſine Chriſti fidelium non poſſit eleemoſyna & adjutorio ſupplere, quatenus ipſis & ſuper præmiſſis,ut ad reparationem & reformationem præmiſſorum defectuum,prævenire valeant, quare propter Deum ſuccurrere dignaremur ; nos precibus eorum,ut rationalibus & neceſſariis inclinati, vos omnes & ſingulos ſupradictos in Domino præſentibus requirimus, & exhortamur, vobiſque nihilominus virtute ſanctæ obedientiæ , & ſub pœna ſuſpenſionis ab officiis divinorũ,latæ ſententiæ,in rebelles,trium dierum Canonica monitione præmiſſa ,firmiter & diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus nuntios, quos ipſi Præpoſitus & Capitulum ad colligendum & petendum hujuſmodi Eleemoſynam conſtituuntur, vel conſtituent, cùm ad vos pervenerint cum præſentibus, Chriſti fidelium Eleemoſynas,petituri benignè & gratanter recipiatis, & pro eis verbum exhortationis ad exemplum Dei proponatis, ac eorum in veſtris Eccleſiis, & extra apud plebem vobis ſubditam promoveatis

moveatis, &c. Nos verò de omnipotentis Dei miſericordia, & ejus Matris, Beatæ Mariæ Virginis, ac Beatorum, Petri & Pauli Apoſtolorum, & ſpecialiter ſancti Petri, Patroni dictæ Eccleſiæ, interceſſione eorum confiſi authoritate noſtra ordinaria, *omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui de bonis à Deo ſibi collatis ad defectum dictæ Eccleſiæ Embracenſis reformandum & reparandum, pias Eleemoſynas, & alia eis charitativa ſubſidia errogaverit, & ſuas præbuerit manus adjutrices, in remiſſionem eis injungimus peccatorum, & ultra Indulgentias eidem Eccleſiæ Embracenſi, tam à Romanis Pontificibus, quàm noſtris Prædeceſſoribus conceſſas, quæ magnæ exiſtunt, & quarum ipſi benefactores & Protectores capaces erunt per præmiſſa, Quadraginta dies criminalium, & omnium venialium peccatorum, & injunctis ſibi pœnitentiis, miſericorditer in Domino relaxamus, ac nihilominus in Domino concedimus & indulgemus auctoritate ordinaria prædicta, ut ſi qui ſupradictorum veſtrorũ res habuerint per ſpolia, rapinas, aut aliqua litercunque malè acquiſitas, ubi ille, cui de jure reſtitutio facienda foret, neſciatur, qui illa, in defectum dictæ Eccleſiæ Embracenſis reporandum & informandum erogare & donare valeant, atque poſſint, eisque ibidem erogatis & donatis eosdem erogantes & donantes ſatisfeciſſe volumus*

volumus, & a peccatis exinde contritis abſolvimus per præſentes Et ut etiam prædictum negotium magis promovere poſſitis, per præſentes indulgemus, *ut ſi aliquæ Eccleſiæ, auctoritate ordinaria, per nos, noſtrum Vicarium, ſeu officiale, interdictæ fuerint, illo die tantùm aperiantur, quando dictæ petitionis negotium agitur, & divina officia, excommunicatis nominatim interdictis ab Eccleſia tantùm excluſis, publicè celebrentur: Ipſa namque divinorum officia taliter ſuſpendimus per diem hujusmodi, & non Eccleſiam: ſic tamen quòd corpora mortuorum non tradantur Eccleſiaſticæ ſepulturæ:* Volumus tamen, quòd hujusmodi petitio in una Eccleſia ultra quartam vicem non admittatur. Inhibemus etiam Vobis, omnibus & ſingulis pro pœna proſcripta, ne quis prædictis nunciis aliquam injuriam inferat, aut ab eis aliquam illicitam portionem extorqueat: Cùm Vosipſos & nuncios in noſtram recipimus protectionem ſpecialem &c. Conſtantiæ A. D. 1491.

Neque omitti ſpecialia illa debent Indulta, quibus *ſpolia, bona, malè acquiſita*, Eccleſiarum fabricis erant deſtinata. Tale eſt *Juliani* Cardinalis 1435. & Epiſcopi Conſtantienſis *Friderici* 1536. Utriusque eadem fere ratio; poſterius tamen paulò plenius eſt Inſtrumentum, quod αὐτολεξεὶ ita habet.

habet. Fridericus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia electus, confirmatus Eccleſiæ Conſtantienſis, & Comes de Zoleren, dilectis in Chriſto Præpoſito & Capitulo Eccleſiæ ſanctorum Felicis & Regulæ Præpoſituræ Thuricenſis, noſtræ Conſtantienſis Diœceſis ſalutem in Domino, Fabricatore univerſi, Deo noſtro. Dedicatarum Eccleſiarum munificentiæ & decori nedum conſervandis; ſed & ampliori venuſtate decorandis Chriſti fideles quoslibet pia debere exigere præſidia, animadverſione debita recenſentes fideles ipſos ad porrigendam Eccleſiarum earundẽ fabricis manus adjutrices incitare nos congruit, & quantum cum Deo poſſumus operæ impendere, ut illis manutenendis ac reparandis opportuna ſuffragia ſubminiſtrent. Cùm itaque ſicut pro parte veſtra nobis nuper exhibita petitio continebat Eccleſia veſtra, *quæ amplo & inſigni ac ſumptuoſo plurimum opere conſtructa exiſtit*; nec non pro ſuorũ ædificiorum conſervatione, & ſeneſcentium ſeu depereuntium illi reparatione, certis ad hoc deputatis redditibus ſeu facultatibus non habundat, ad hoc, ut ipſa ædificia conſerventur, & labentia ex illis debitè reparentur, Chriſti fidelium piis ſuffragiis egent opportunè. Nos cupientes, ut eadem Eccleſia in hujus-

modo ſuis ædificiis conſervetur & etiam reparetur, veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati; Vobis ac univerſis & ſingulis dictæ Eccleſiæ veſtræ, *quæ etiam Parochialis eſt*, Parochianis, nec non oppidi Thuricenſis noſtræ Conſtant. Diœceſ. oppidanis, & incolis, ut ſinguli ex vobis & Parochianis, oppidanis & incolis prædictis, *quæcunque bona, per Vos, vel illos, illicitè acquiſita, de quibus cui vel quibus eorum reſtitutio facienda ſit, certa notitia non habetur: Nec non etiam quæcunque ad pias cauſas, incertos tamen uſus per teſtantes quoslibet legata, in opus fabricæ Eccleſiæ veſtræ hujusmodi convertere poſſit & poſſint*; quodque Præpoſitus pro tempore exiſtens Eccleſiæ veſtræ, vel doctorum Parochianorum, animarum ſimiliter pro tempore curam gerens de his, quæ ſic ad opus fabricæ hujusmodi ex illicitè acquiſitis, ſeu bonis legatis prædictis converteret, *quitationem ſeu liberationem & abſolutionem impendere valeant*, auctoritate noſtra ordinaria, tenore præſentium indulgemus. Approbat inſuper indultum Juliani Cardinalis in ſimili forma conceſſum.

Antiquiſſimum Eccleſiæ noſtræ primariæ Indulgentiarum, *quod hactenus eruere potui, eſt Petri* Cardinalis, quem *Onuph. Panvin.* de Pontif. Rom lib. 11. p. 153. refert inter

inter Cardinales Diaconos, ab Honorio, qui Sedem a. Ch. 1216. occupavit, creatos, quod αὐτολεξεὶ ita ſonat. *Petrus*, miſeratione divina S. Georgii, ad velum aureum Diaconus Cardinalis, Apoſtolicæ ſedis Legatus, univerſis Chriſti fidelibus, infra noſtræ legationis terminos conſtitutis ſalutem in Domino. Quoniam, ut ait Apoſtolus, omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti recepturi, prout in corpore geſſimus ſive bonum fuit, ſive malum, oportet nos diem miſerationis extremæ, miſericordiæ operibus prævenire, ac æternorum intuitu ſeminare interris, quod reddente cum multiplicato fructu recolligere debeamus in cælis, firmam ſpem, fiduciámque tenentes, quoniam qui parcè ſeminat, parcè & onetet, & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus etiam metet vitam æternam. Cùm itaque ſicut dilecti in Chriſto Præpoſitus & Capitulum Eccleſiæ Thuricenſis, Conſtantienſis Diœceſeos, ſua nobis petitione monſtraverit, *eandem Eccleſiam ab eorum prædeceſſoribus inchoatam perficere cupiant opere ſumtuoſo, nec ad conſummationem ipſius propriæ ſibi ſuppetant facultates; univerſitatem veſtram rogamus & hortamur in Domino, in remiſſionem vobis peccaminum injungentes, quatenus de bonis*

à Deo

à Deo vobis collatis pias Eleemoſynas, & grata eis Charitatis ſubſidia erogetis, ut per ſubventionum veſtram adjuti dictum opus valeant conſummare; Vosque per hæc & alia bona, quæ Domino inſpirante feceritis, ad æternæ poſſitis felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de omnipotentis Dei miſericordia & Beatorum, Petri & Pauli Apóſtolorum ejus meritis ac commiſſa nobis authoritate confiſi, omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, *qui ad id porrexerint adjutricem, ſexaginta dies de injuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus.* Præſentes verò mitti per Quæſtuarios firmiter inhibemus. Eas, ſi hecus actum fuerit, carere viribus decernentes. Datum &c. *In monte Thuricenſi* Auguſtinorum erat conventus, ubi *Hermannus,* Conſtantienſis Epiſcopus a. Ch. 1472. indulgentias conceſſit 40. *dierum criminalium, & unum annum venialium peccatorum omnibus & ſingulis verè contritis, & confeſſis, qui ad ipſum Monaſterium devotionis, orationis, aut peregrinationis cauſa in Nativitatis, Reſurrectionis, Aſcenſionis aut corporis Domini noſtri Jeſu Chriſti, Pentecoſtes, Trinitatis, Inventionis & exaltationis vivificæ crucis, omnium feſtivitatum glorioſæ Virginis Mariæ, omnium ſanctorum, nec non dedicationis ac Patronorum ſæpe dicti Monaſterii diebus & feſtivitatibus acceſſerint vel viſitaverint*

rint, aut ad fabricam libros, calices, aut alia ornamenta Eccleſiaſtica inibi neceſſaria, vel pro perſonarum inibi Deo militantium ſuſtentatione, manus porrexerint adjutrices, de omnipotentis Dei miſericordia, ac beatiſſimæ Virginis Mariæ, & omnium ſanctorum meritis & Interceſſionibus confiſi; quadraginta dies criminalium; & annum unum venialium peccatorum, de injunctis eis pœnitentiis, totiens quotiens hæc fecerint, miſericorditer in Domino relaxamus.

V. Oeconomicæ *faciebant* πρὸς τὰ ἄλφιτα; *manusq; requirebant auxiliatrices; ut vel Homerum nihil dantem foras ire juſſiſſent, quibus hæc cura mandabatur; Quæſtionarii. Hoſpitalia hinc, Cœnobia &c. ſua potiſſimum habuerunt incrementa.*

Hoſpitale *S. Bernhardi* in vicinia notiſſimum eſt: de quo nonnulla *Hodeg.* P. III. p. 418 pro eo laborabat *Julius* II. cujus diploma Indulgentiarum tale eſt: Univerſis præſentes literas inſpecturis; nos Philippus de Sabaudia, Præpoſitus & Commendatarius perpetuus Eccleſiæ Hoſpitalis Sanctorum *Nicolai & Bernhardi,* montis Jovis, notum facimus, quòd ſanctiſſimus D. N. Dominus Julius Papa II. & modernus approbavit, & confirmavit omnes & quaſcunque Indulgentias dicto Hoſpitali conceſſas, tam per

felicis recordationis Dominum, Sixtum Papam IV. quam per alios Sumos Pontifices, Prædeceſſores ſuos, & autoritate Apoſtolicâ conceſſit omnibus beneſactoribus (qui de bonis ſuis præfato Hoſpitali tranſmiſerint ſecundum ſuum poſſe, aurum, argentum, linteamina; vel ad minus ſuſtentationem unius perſonæ, unius diei huic Hoſpitali affluentis; ſecundùm ipſius ſtatū & conditionem) *poſſe ſibi eligere Confeſſorem idoneum, ſecularem, vel cujusvis ordinis regularem, qui ipſum vel ipſā abſolvere poſſit ab omnibus exceſſibus, criminibus, & peccatis, quantumcunque enormibus, etiam à caſibus ſedi Apoſtolicæ reſervatis, ſemel in vita duntaxat; in non reſervatis verò ſedi Apoſtolicæ caſibus*, quotiens fuerit opportunum, debitam eis abſolutionem impendendo, & pœnitentiam ſalutarem injungendo: Nec non quæcunque vota per eos pro tempore emiſſa (ultra marinis, Beatorum Petri, & Pauli, ac Jacobi Apoſtolorum, nec non religionis votis duntaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare, & authoritate Apoſtolica, *etiam de omnibus votis factis eos abſolvere, & in mortis articulo plenariam omnium peccatorum ſuorum remiſſionem* (de quibus corde contriti, & ore confeſſi fuerint) authoritate Apoſtolica miſericorditer indulgere:

Pre-

Presbyteri verò & Clerici, qui divinum officium obmiſerint, ſint inde abſoluti: Et ſi eorum Eccleſiæ tempore deceſſus eſſent interdictæ, eis non negetur Eccleſiaſtica ſepultura; niſi excommunicati nominatim, aut publici uſurarii eſſent. Et in ſtationibus, Dedicationibus, peregrinationibus, Orationibus Sanctæ Eccleſiæ Romanæ; & terræ Sanctæ, & ubi in corde promiſerint, dicti benefactores tam ſibi viventibus, quàm defunctis, in quantum claves Sanctæ Matris Eccleſiæ ſe extendunt, impertitur indultum & aſſociatio: Et inſuper *aſſociamus in omnibus Miſſis & orationibus, & ſuffragiis, Eleemoſynis, & operibus charitatis Eccleſiæ dicti* Hoſpitalis, & membrorum ejusdem annexorum una ſuis parentibus, vivis pariter & defunctis. Hinc eſt &c. Datum a. D. 1507. Sigillo ex primebatur Bernhardus, qui catenâ ligatum tenet Diabolum: *In tantum aucta ſuperſtitione* (verba repeto ex deſcript. Helvet. *Daniel Eremit.* p. 489.) *ut Idolo, quod ibi antiquitus prætereuntium cultui habetur, Sacellum circumſtruxerint; nugante vulgò & credente dejectos hic à D. Bernhardo, Dæmones ibidem includi.* Forma plenariæ abſolutionis ſemel in vita, ab omnibus caſibus ejus benefactoribus conceſſæ: *Miſereatur tui Dominus noſter Jeſus Chriſtus per ſuam ſanctam, piiſſimam miſericordiam te abſolvat. Et ego au-*

ctoritate Apoſtolica in hac parte mihi commiſſa, & tibi conceſſa, te abſolvo ab omnibus criminibus, exceſſibus & peccatis, quantumcunque gravibus, etiam Sedi Apoſtolicæ reſervatis, juxta formam & tenorem literarum Apoſtolicarum, in nomine Patris, &c. Forma abſolutionis totiens, quotiens opportunum fuerit. Miſereatur tui Dominus Jeſus Chriſtus &c. *Et ego auctoritate Apoſtolicâ in hac parte mihi commiſſa, & tibi conceſſa, te abſolvo ab omnibus peccatis tuis, & confeſſis, & contritis, & oblitis, qualitercunque commiſſis, præterquam Sedi Apoſtolicæ reſervatis, juxta formam & tenorem literarum Apoſtolicarum, in nomine Patris &c.* Forma plenariæ remiſſionis in mortis articulo. Miſereatur &c. *Et ego &c. te abſolvo ab omnibus peccatis tuis confeſſis, & Sedi Apoſtolicæ reſervatis: dando tibi plenariam omnium peccatorum tuorum abſolutionem & remiſſionem, remittendo Tibi pœnas Purgatorij, in quantum claves S. Matris Eccleſiæ ſe extendunt, in nomine Patris &c.*

Rubiacenſis S. Valentini Hoſpitalis magnum habemus Catalogum Indulgentiarum & Privilegiorum, quem commodè hoc loco ſubjungimus: Hæ ſunt Indulgentiæ traditæ à Sede Apoſtolica Hoſpitali Rubiacenſi S. Valentini, ubi infirmi, morbo caduco præventi hoſpitantur & ſuſtentantur,

tantur, quorum omnes, qui ipſis miniſtratur vel miniſtrant, Eleemoſynarum erunt participes. *Primò*, à tribus ſummis Pontificibus Innocentio Sexto, Bonifacio Octavo, Johanne Viceſimo, à quolibet 32. annorum peccatorum mortalium, de injunctis pœnis, cum totidem quadragenis. *Secundò* à quindecim Summis Pontificibus ſeptimam partem, de injunctis pœnis miſericorditer relaxantur cum totidem quadragenis. *Tertiò* ſpecialiter à quinque Pontificibus, à quolibet eorum 32. annorum peccatorum mortalium de injunctis pœnis, cum totidem quadragenis, miſericorditer relaxantur. *Quartò* à tribus Patriarchis, & à duodecim Cardinalibus, & à quadraginta Archiepiſcopis, & aliorum Epiſcopis, & à D. Baſilienſi, in cujus Diœceſi continetur, à quolibet eorum 40. dies criminalium, & annum venialium. *Quintò* à Domino noſtro ordinario Conſtantienſi, qui ſupradictas Indulgentias confirmavit &c. dantur 40. dies criminalium, & annus venialium. *Privilegia: Item* in tempore interdicti audemus celebrare divina, ſermocinari, legere, cantare &c. omnia Eccleſiaſtica opera peragere ſecundum conſuetudinem Eccleſiarum ſive cappellarum, apertis januis. *Item* omnes confratres & ſorores noſtræ

 Fra-

Fraternitatis tempore interdicti ſunt communicandi & ſepeliendi, caſu, quo ipſos mori contigerit, niſi nominatim ipſi fuerint excommunicati, aut publici uſurari. *Item* D. ordinarius relaxat omnibus verè confeſſis & contritis pænitentais oblitas, neglectas, vota fracta ſi ad ea redierint; offenſas patrum vel matrum absque violenta manuum injectione, tranſgreſſores fidei &c. juramenta illicita, facta ex animi levitate, vel iracundia, ſi pœnitentiam egerint de commiſſis &c. relaxantur. Item omnium Confratrum & ſororum, anniverſariorum, quatenus in anno cujuslibet eorum commemoratio habetur quotidiana, in omnibus horis Canonicis, participes ſunt omnium bonorum, quæ fiunt in ordine S. Benedicti & in Hoſpitali S. Valentini.

VI. *Indulgentiæ reſtant* Theologicæ: *quas κατὰ χρηστικῶς. ita appellare placuit, quòd abuti iis Pontifices & Præſules Romani conſueverint, vel ad nova dogmata obtrudenda, vel Ceremonias ſuperſtitioſas commendandas; vel tepidas & expira[illegible] jam jam, ſive novitates, ſive conſuetudines excitandas. Ad hanc enim, veluti Panaceam, currebatur, quoties opus erat.*

Indulgentiis excitãtur Miſſæ. *Miſſæ* conſulendum erat & officio defunctorum? In promtu erat Indulgentiarum calcar, quo deſides & ſocordes erant exci-

excitandi. Ita *Matthæus Cardinalis* iis, qui proceſſionem olim in Altſteten comitati fuerunt, & ibidem officio defunctorum interfuerunt, centum dierum Indulgentias conceſſit. Ipſam juvat audire Cardinalis gratiam. *Matthæus*, miſeratione divinâ & Sanctæ Potentianæ S. S. Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis Sedunenſis, univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus, præſentes literas inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam. Cùm, ſacra dicente ſcriptura, ſalubre & ſanctum ſit, pro defunctis orare, ut à peccatis ſolvantur: Nunc & quòd nos frequentiùs Chriſti fideles ipſos ad ſalutifera hujusmodi pietatis opera, Indulgentiarum muneribus & peccatorum remisſionibus, invitemus: cupientes igitur ut, Eccleſia, Præpoſitura nuncupata, ſanctorum Felicis & Regulæ, Thuricenſis, Conſtantienſis Diœceſ. Provinciæ Moguntinæ; in qua, ſicut accepimus, laudabili, dilecti, nobis in Chriſto Erhardi Batmanni, dictæ Eccleſiæ Plebani inſtituto, *ſingulis quintis, quatuor temporum anni, & ſecunda poſt Palmarum, quando ſolennis ſit proceſſio ad Beatam Virginem* in Altſtetten/*feriis defunctorũ officium pro inſcriptis in librum vitæ ſolenniter decantatur, congruis frequentetur honoribus,* ac Chriſti fideles ipſi eò libentiùs devotionis causâ ad ean-

dem Eccleſiam, dum ibidem defunctorum memoria peragitur, confluant, quo ex hoc inibi dono cœleſtis gratiæ uberius conſpexerint ſe refectos, dicti *Erhardi* humilibus ſupplicationibus inclinati omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus præfatis, verè pœnitentibus & Confeſſis, qui in ſingulis Quintis, quatuor temporum, & ſecunda poſt Palmarum feriis, Eccleſiam prædictam devotè viſitaverint, & officio defunctorum interſuerint, ac pro inſcriptorum & aliorum defunctorum animabus ad Deum preces porrexerint, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum, Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, *centum dies de injunctis eis pœnitentiis, pro qualibet feriarum prædictarum, quibus id fecerint, miſericorditer in Domino relaxamus.* Thuregi 1517 Idem Batmannus ab *Ennio Phylonardo*, Indulgentias 100. dierum & unius anni emendicavit pro iis, qui *Miſſæ interfuerint defunctorum*, cujuslibet feriæ ſecundæ. *Ennius Phylonardus*, &c. Singulis præſentes literas noſtras inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam: Votis illis quibuslibet, per quæ Chriſti fidelium defunctorum animæ ſuffragium ſeu ſublevamen pœnarum ſuarum, illæ præſertim, quæ in Purgatorio ſunt, ſuſcipere poſſint, ex com-

miſſo nobis Sedis Apoſtolicæ Legationis officio libenter annuimus, ac ea favoribus proſequimur opportunis; exhibita ſiquidem pro parte dilectorum nobis in Chriſto *Erhardi Battmann*, Plebani Eccleſiæ Præpoſituræ Sanctorum Felicis & Regulæ, Turregienſis, Conſtant. Diœceſ. Marci Roiſt, Magiſtri Civium Turregienſis, petitio continebat, quòd olim in Eccleſia Præpoſitura præfatæ, *in remedium ſalutare omnium fidelium, & præſertim illorum, quorum nomina conſcripta ſunt in Cedula ſive rationario defunctorum*, aliâs Seelzedel appellatur, *ſingulis feriis ſecundis, per anni circulum, una Miſſa anniverſalis Per Plebanum præfatum, cum quibusdam aliis Coadjutoribus, manè poſt officium matutinale immediatè in altari Martyrum prædictorum decantanda, laudabiliter fuerit inſtituta*: Quare præfati nobis humiliter ſupplicârunt, ut Chriſti fidelium devotio ad dictam Miſſam audiendam, & orationes pias pro animarum dictorum fidelium ſalute coram Deo effundendas, ferventius creſcat, eisdem de aliquibus Indulgentiis providere de benignitate Apoſtolica dignaremur: Nos igitur &c. *omnibus & ſingulis, utriusque ſexûs Chriſti fidelibus verè pœnitentibus, contritis & confeſſis, qui ſingulis fériis totius anni dicto officio defunctorum à principio usque*

in finem in eadem Eccleſia perſonaliter interfuerint, & pro ſalute defunctorum in genere & ſpecie, ut præmittitur, devotè interceſſerint, & oblationes fecerint ſalutares, centum dies criminalium, & unum annum venialium peccatorum miſericoditer in Domino relaxamus. Thuregii

2. *Comitativa.* 1515. Et quia *comitatus* eorum, qui ſacramentum ad ægrotos detulerunt, vel nullus fuiſſe videtur vel perquam exiguus, Epiſcopi quidam huic iterū a. Ch. 1299. ſuccurrere voluerunt. *Univerſis* &c. ſalutem in Domino ſempiternam. Licè iis de cujus munere venit, ut ſibi à fidelibus ſuis dignè ac laudabiliter ſerviatur, de habundantia pietatis ſuæ, merita ſupplicum excedit, & vota, bene ſervientibus multò majora tribuat, quàm valeant promerere; deſiderantes tamen reddere Domino populum acceptabilem, *fideles Chriſti ad placendum, & quaſi (NB.) quibusdam allectivis muneribus, Indulgentiis videlicet ac remiſſionibus invitamur, ut exinde reddantur divinæ gratiæ aptiores:* Cupientes igitur, *ut ſacrum Domini noſtri Jeſu Chriſti corpus, ab ipſius fidelibus congruis honoribus honoretur, omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui ſecundum Evangelicæ doctrinæ exhortationem;* Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ, *Preſbyterum Eccleſiæ Sanctorum Felicis & Regulæ Mar-*

læ Martyrum in Thurego Conſtant. Diœces. cum ſacra communione infirmos viſitantem devotè aſſociaverint; Nos de omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus authoritate confiſi ſinguli ſingulas quadraginta dierum Indulgentias de injunctis ſibi pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus; dum modo Diœceſani voluntas ad id acceſſerit & conſenſus. A. D. 1299. Bonifac. VIII. anno V.

Diebus feſtis, dedicationibus cumprimis devotio concilianda, & frequens viſitatorum confluxus, ad Indulgentias iterum itum eſt. His illicibus proſpectum fuit *Monti fragorum* (Berenberg) propè Vitodurum, ab *Henrico*, Thermopolenſi Epiſcopo 1396. Et quia diploma Hiſtoriam quoque dedicationis *Cellæ S. Mariæ* enarrat, totum hoc loco inferemus textum: Nos *Henricus*, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Thermopolenſis, Provinciæ Athenarum, Reverendi in Chriſto Patris D. Burkhardi, eâdem gratiâ Epiſcopi Conſtantienſis in Pontificialibus vices gerens Generalis ad infra ſcripta, ipſius D. Epiſcopi auctoritate ſuffulti, ſubſcriptorum notitiam cum ſalute: Noverint igitur univerſi, ſanctæ Matris Mariæ filii, præſentes literas inſpecturi: quòd ſub anno Domini *3. Dies feſti.*

1396. tertio die menſis Junii conſecravimus novum altare in & ſuper Cancellis Monaſterii cellæ ſanctæ Mariæ in monte Berenberg prope oppidum Winterthur/ Ordinis S. Auguſtini, Diœceſ. Conſtantienſis in *honorem ſanctæ & victorioſiſſimæ crucis Domini noſtri Jeſu Chriſti, parsque pallæ corporalis, ſuper quod caſu* (NB.) *ſtillaverat ſacramentum ſanguinis Jeſu Chriſti in Altari, de lapide Altaris, quod S. Michael Archangelus in monte Gargino met creditur conſecrâſſe: & de palla ipſius Altaris in eo inventa, cœlitùs allata, atque Sanctorum Petri & Bartholomæi Apoſtolorum, Marci Evangeliſtæ, Laurentii, Chriſtophori, Pelagii, Sigismundi, Antonii, Mauritii, Urſi, & ſociorum eorundem Martyrum, Auguſtini, Conradi, Patricii, VVilhelmi Epiſcoporum: Benedicti & Galli Abbatum; Conſtantii & Lucii Confeſſorum; Mariæ Magdalenæ; Catharinæ Virginis, & Martyris: Scholaſticæ Virginis, & Quiriacæ viduæ;* Cujus quidem Altaris Dedicationis diem annuum, in Dominicum proximum, poſt Feſtum inventionis ſanctæ Crucis perpetuis temporibus celebrandum ex rationabili cauſa, & de ſcientia certa transtulimus & transferimus in his ſcriptis: ut igitur præfatum Monaſterium cum ſuis omnibus & ſingulis Altaribus, *quæ maximis ſanctorum reliquiis, exor-*

exornantur, congruis honoribus, & dignis laudibus venerentur; omnibus Chriſtiani nominis Profeſſoribus, verè pœnitentibus, confeſſis & contritis, qui ipſum Monaſterium, & ſua altaria in die Feſtivitatis, dedicationis ipſorum, omnia omnium Patronorum eorundem, ſanctorum ſcilicet, in quorum honore ſunt conſecrata, eorúmque ſanctorum, quorum reliquiæ in ipſis Altaribus ſunt recluſæ, atque in ſubſcriptis feſtivitatibus, *Nativitatis videlicet, Crucifixionis; Epiphaniæ, Reſurrectionis, Aſcenſionis, Pentecoſtes & corporis Chriſti; in omnibus quoque feſtivitatibus glorioſæ Virginis Mariæ; in utroque feſto D. Johannis Baptiſtæ; in feſtivitatibus etiam Beatorum Petri & Pauli, & omnium aliorum Apoſtolorum & Evangeliſtarum: In utraque feſtivitate S. Crucis; in feſto S. Michaelis, omnium ſanctorum, & commemoratione omnium animarum, & infra eorundem feſtivitatum octavas; in Cœna Domini, & duobus diebus ſequentibus, in omnibus Dominicis diebus ac ſingulis diebus Jejuniorum quatuor temporum* devotè viſitaverint; *veniam petituri, terque orationem Dominicam, cum tot Ave Maria, flexis genibus, corde contrito, devotè dixerint*, ſeu aliàs pro fabrica prædicta Monaſterii, *ac comparatione luminum, calicum, librorum, & aliorum ornamentorum Eccleſiaſticorum ſuas*

largiti

largiti fuerint eleemoſynas, & manus porrexerint adjutrices; qui genua flexerint ad Ave Maria ſerotini pulſus, vel aurora, terque ſalutationem Angelicam devotè dixerint. Quicunque etiam verbum Dei ibidem diſſeminaverint, vel audierint, quotiens ibidem diſſeminatum fuerit. Quique etiam corpus Dominicum, vel extremam unctionem, quando ad infirmos portantur, devotè ſecuti fuerint, aut, cum Fratribus porrigitur, devotè interfuerint, aut qui aliquid de præmiſſis devotè fecerint, aut per alios fieri promoverint, de Omnipotentis Dei miſeoicordia, ſuaque Genitricis Mariæ, ipſius Monaſterii Patronæ, & Beatorum, Petri & Pauli, Apoſtolorum meritis & auctoritate confiſi, quadraginta dies criminalium, & annum venialium, & unam Carennam de injunctis eis pœnitentiis pro qualibet vice miſericorditer in Domino relaxamus.

Paulò poſt A. D. 1439. *Julianus* Cardinalis, Eccleſiæ Tigurinæ *conſuetam* ſepulchri Martyrum *viſitationem* religioſam ita confirmavit. *Julianus*, miſeratione divinâ titulo Sabinæ S. R. Eccleſiæ Presbyter Cardinalis vulgariter S. Angeli nuncupatus in Germania Apoſtolicæ ſedis Legatus, univerſis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis, ſalutem in Domino: Splendor paternæ gloriæ, qui ſuâ mundum ineffabili claritate illuminat, pia vota fidelium de clemen-

clementiſſima Majeſtate ejus ſperantium tunc præcipuè benigno favore proſequitur, cum devota ipſorum humilitas ſanctorum precibus & meritis adjuvatur: cupientes igitur, ut Eccleſia Felicis & Regulæ Præpoſituræ Thuricenſis Conſtant. Dioec. in qua, *ut accepimus, ex laudabili in illa introducta & hactenus longæva devotionis obſervata conſuetudine, ſingulis diebus viſitationis, videlicet poſt matutinam & veſpertinam peractionem ſeu decantationem ſanctorum Felicis & Regulæ, Martyrum ac patronorũ dictæ Eccleſiæ corpora, quæ in eadem Eccleſia corpora dinoſcuntur recondita, à Clero ipſius Eccleſiæ, cum Antiphone & collecta de ejusdem ſanctis devota decantatione frequententur, necnon poſt completorium Antiphona cum collecta de B. Virgine ſolenniter etiam decantatur, congruis honoribus frequentetur,* & à Chriſti fidelibus Dominus noſter Jeſus Chriſtus eò ampliùs in ſanctis ſuis jugiter veneretur, quo ad illam in ſpiritu humilitatis confluentes ſpiritualis theſauri gratiâ ſenſerint uberiùs ſe refertos, *omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui ad ipſam Eccleſiam ſingulis feſtivitatibus ſive diebus infraſcriptis, videlicet Nativitatis Domini noſtri Jeſu Chriſti, Circumciſionis, Reſurrectionis & Aſcenſionis ejuſdẽ, ac Pentecoſtes. Nec non in ſex feſtivitatibus beatiſſimæ Virginis Mariæ, ejusdem*

dem Domini noſtri Genitricis, Videlicet Purificationis, Annunciationis, Viſitationis, Aſſumtionis, Nativitatis & Conceptionis, & Sanctorum Felicis & Regulæ, ac eorundem (NB.) Revelationis, nec non S. Karoli, & dedicationis ejusdem Eccleſiæ, causâ devotionis, preces humiles Altiſſimo fundentes acceſſerint; ac Antiphona & Collectæ tam de eisdem Martyribus, quàm de beata Maria Virgine; decantationi hujusmodi præſentes fuerint; pro qualibet vice centum; ſingulis verò aliis diebus, quadraginta dies de injunctis eis pœnitentiis, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac SS. ctorū Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritati confiſi miſericorditer relaxamus. Dat. 14. Jun. A. D. 1438. Pontif. Eugen. IV. anno ſeptimo. Sunt porrò Indulgentiæ quædam *propagationi* Eccleſiæ Romänæ deſtinatæ. Harum etiam exemplar geminum poſſideo *Pauli* V. utrumque in vicinia erogatum. Univerſis Chriſti fidelibus, præſentes literas inſpecturis ſalutem &c. Ad augendam fidelium religionem & animarum ſalutem, cæleſtibus Eccleſiæ theſauris piâ charitate intentis, omnibus utriusque ſexûs Chriſti fidelibus verè pœnitentibus & confeſſis, ac Sacrâ communione refectis, qui Eccleſiam S. Mariæ de Piatta, nuncupatæ Terræ Bormii,

§. Propagatio Eccleſiæ Romanæ

mii, Comenſ. Dioecel. *die feſto A[illegible]ntionis B. Mariæ Virginis, à primis veſperis uſque ad occaſum Solis feſti hujusmodi ſingulis annis devotè viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac S. Matris Eccleſiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint*, pro primo & ultimo anno, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus; pro aliis verò quinq; annis intermediis ſeptem annos & totidem quadragenas, de injunctis eis, ſeu aliâs quomodolibet debitis pœnitentiis, in forma Eccleſiæ conſueta, relaxamus; præſentibus ad ſeptennium tantùm valituris. Volumus autem, ut ſi aliâs Chriſti fidelibus dictam Eccleſiam viſitantes, aliam aliquam Indulgentiam perpetuò, vel ad tempus nondum elapſum duraturam conceſſerimus, præſentes nullæ ſint. Romæ 1611 Pontific. a. 6. Alterum exemplar, paucis mutatis, ita habet: Univerſis &c. omnibus, utriuſque ſexûs Chriſti fidelibus, verè pœnitentibus & confeſſis, ac ſacrâ communione refectis, qui orationi quadraginta horarum de licentia ordinarii in Eccleſia Collegiata Terræ ſeu loci Bormii Vallis tellinæ Comens. Dioeces. *Dominica Palmarum inſtituendæ per aliquod temporis ſpatium*

bis Patroni, Epiſcopique ac Protomartyris glorioſiſſimi, ipſa nempe ſummo opere fabricata, manu Urbani II. conſecrata, innumeris privilegiis, & Apoſtolicis indultis dotata, *ab omni labe* (NB.) *a Deo præſervata*; nulla (niſi ſancta) intra ſuũ ambitũ ſinit humari corpora. Quia profectò tanta eſt, virtus ſanctorum intra ejuſdem Eccleſiæ ſinum quieſcentium; quòd Regis æterni diſpenſatorio ordine, innumera præſidia contra quaſcunque tribulationes ipſorum precibus, Sanctorum ſuffragia poſcentibus, impenduntur. Ea propter ad tantorum Sanctorum intuitum catervatim ex diverſis mundi climatibus multi percurrunt populi; copioſas Indulgentias in Sede Apoſtolica inibi conceſſas acquirere ſperantes, ſacraſque reliquias intueri cupientes, ac ſaltem inde læti reportantes in Domino. Ut igitur erga Sanctos ipſos Chriſti fideles ſervidæ devotionis propenſiùs ſint intenti, & eorum affectibus (ſemoto procul omni ambiguo) rei veritas ubique terrarum prænoſcatur, ad laudem Dei omnipotentis, & ipſorum Sanctorum memoriam, ſingulorum nomina Sanctorum in præfata Eccleſia quieſcentium, quorum maximè oſſa ſunt relevata, & cuilibet intuenti apertè monſtrantur, hic ſeriatim ſcribuntur. Et primò

mò jacent & apertè monſtrantur in jam dicta Eccleſia Saturnini Tholoſæ corpus, & caput B. Jacobi Majoris, Apoſtoli Jeſu Chriſti, filiíque Zebedæi. Item corpora & capita B. B. Apoſtolorum Simonis & Judæ. Item corpora B. B. Apoſtolorum Philippi & Jacobi minoris, filii Alphei: Præter caput ejuſdem, quod inde translatum fuit in Compoſtellam, Civitatem Galiciæ, pro ſolatio & devotione peregrinantiū ibidem affluentium. Item corpus & caput B. Barnabæ Apoſtoli Jeſu Chriſti. Item corpus & caput B. Saturnini, Urbis Tholoſæ patroni, Epiſcopíque & Potro-Martyris. Item corpus B. Pauli, Epiſcopi & Martyris Tholoſæ. Item corpus *B.* Georgii Martyris. Item corpora Sanctorum quatuor Martyrum coronatorum, ſcil. Claudii, Nycoſtrati, Symphoriani, & Caſtorii. Item corpora S. S. Martyrum Cyrici & Julittæ ejus matris. Item corpora S. S. Martyrum Acyſcli & Victoriæ: Item corpus B. Simplicii Martyris. Item corpus & caput B. Exuperii, Epiſcopi Tholoſæ. Item corpus B. Hilarii, Epiſcopi Tholoſæ: Item corpus B. Sylvii, Epiſcopi Tholoſæ. Item corpus B. Honorati, Epiſcopi Tholoſæ. Item corpus B. Ægidii, Abbatis. Item corpus B. Gilberti, Abbatis. Item corpus B. Aymundi, Confeſſoris

Regis

Regis Angliæ: Item corpus B. Honeſti Confeſſoris, diſcipuli S. Saturnini. Item corpus B. Suſannæ, filiæ Helkiæ, de Babylonia: Item eſt ibidem ſcriniunculum eboris de reliquiis Sanctorum duodecim Apoſtolorum, plurimorúmque aliorum Sanctorum, & Sanctarum Dei plenum. Item eſt imago una argentea Virginis Mariæ, in qua ſunt de pilis & veſte ejuſdem Virginis glorioſæ. *Item multa alia Sanctorum corpora jacent in præfata Eccleſia, quorum nomina prænimia (NB.) antiquitate ignorantur.* Item ſunt ibidem multæ aliæ ſanctæ reliquiæ plurimorum Sanctorum, & Sanctarum Dei, quæ brevitatis causâ hîc inſeri omittuntur. Item & nihilominus in prædicta Eccleſia ſunt jocalia ſequentia. *Primò* eſt lapis unus pretioſus, miræ magnitudinis & valoris Camayel appellatus; quem gerebat Carolus M. in pectore, in ſignum triumphi imperialis. *Item eſt etiam unus liber Evangeliorum Beati Johannis Evangeliſtæ, literis aureis* (ut fertur) *manu ſuâ ſcriptus:* Item eſt pariter unum Cornu Rolandi, ſúntque plurima alia jocalia pretioſa in præfata Eccleſia. Quæ omnia corpora ſancta (demptis Tholoſæ Epiſcopis & Martyribus in eadem paſſis) nec non & jocalia prædicta, fuerunt per dictum Carolum

rolum magnum & alios Principes Tholoſanos ibidem translata & apportata. Quare omnibus Chriſti fidelibus Eccleſiã ipſam ſeu Capellam dictorum Sanctorum corporum viſitantibus,& de bonis ſuis à Deo collatis juxta facultatem & devotionem ſuam,luminariæ & reparationibus Capellæ ipſorumSanctorum largientibus,*pro qualibet vice conceduntur* 378. *an. &* 2700. *dies,* 977. 40. *Indulgentiarum in toto* 492. *annos &* 176. *dies,quæ ſunt per Sanctam Sedem Apoſtolicam conceſſæ, & confirmatæ,* videlicet per D. Johannem Papam 22. Clementem 6. Innocentium 6. Urbanum 5. Gregorium 11. Nicolaum & Alexandrum 5,ac per plures alios ſummos Pontifices,& per duodecim Cardinales, tres Patriarchas, quatuor Archiepiſcopos, & decem Epiſcopos. Et quia devotus in Chriſto *Conradus* N.Diœc. Conſtant. viſitavit dictam Capellam, & ſepulchra ipſorum corporum, *eſtque largitus de bonis ſuis præfatæ luminariæ corporum Sanctorum juxta ſuam devotionem, & ulterius pro hujusmodi literis habendis ſummam XII. denariorum Turonenſium, ſecundum Confratriæ ordinationem*; igitur merito debet dictis Indulgentiis, gaudere; ſitque confrater Venerabilis confratriæ in honorem duodecim Apoſtolorum, & aliorum Sanctorum prædicto-

dictorum inibi ab antiquo fundatæ & ordinatæ; Nec non & particeps *omnium bonorum & ſuffragiorum in jam dicta Eccleſia, Capellâq; & Confratria prædictorum Sanctorũ corporũ factorũ, & in futurum faciendorũ.* Dat. Tholoſæ ſub ſigillo impreſſionis dictæ Capellæ & Confratriæ ad hoc deputato; d. 18. Aprilis, 1520. Quæ de *Evangelio Johannis* aureis ſcripto literis habet, mirum, poſt ſeriam indaginem, eos latere potuiſſe, qui in conſignandis variis lectionibus tanto hactenus ſtudio deſudârunt! Magnâ liberari potuiſſent difficultate, ſi ex vicina Tholoſa tot me deri licuiſſet ſcrapulis. Sed & alia paulatim de Evang. Johannis credula recepit ſuperſtitio, quæ infideles etiam, Mahummedani Chriſtianis objecerunt. Tale eſt *Ahmedis Iba Edris p.* 181. קאל אלנצארי אן יוחנא גלס באפסים מן בלאד אלרום וכתב אנגילה פנזל מטר מחא בעץ מא כתב פעצב יוחנא ורפעה וגהה אלי אלסמא וקאל אמא ותסתחיי אן תמחוא אסם אבן אלהך ולם תמטר תלך אלצרבה בעדהא *Dicunt Chriſtiani, Johannẽ Epheſi, in regione Romanorum, ſediſſe, ibiq; Evangeliũ ſuum ſcripſiſſe: demiſſam a. pluviam quædam eorum, quæ ſcripſerit, deleviſſe: iratum ergo Johannem ſuſtuliſſe faciem ſuam in cœlum, & dixiſſe: Nónne te pudeat, quòd nomen Filii Dei*

 cui

tui deleveris? Ex eo autem pluviam ceſſâſſe. Deniq; ſunt Indulgentiæ quædã *univerſales*, quæ toti cultui Pontificio proſpexerunt, & quicquid uſpiam in uſu ſemel fuit ut retineretur, Indulgentiarum fulcris ſtabilitum fuit. Huc pertinent *Indulgentiæ*, ut inſcriptio habet, *à duobus Archiepiſcopis Eccleſiæ Præpoſituræ Thuricenſis conceſſæ*, quæ ita ſonant: Univerſis Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis, ad quos præſentes literæ pervenerint: Nos, miſeratione divinâ, Stephanus &c. Salutem in Domino ſempiternam: Pia mater Eccleſia de animarum ſalute ſolicita, devotionem fidelium per quædam munera ſpiritualia, remiſſiones videlicet & Indulgentias invitare conſuevit ad debitum famulatûs honorem, Deo & ſacris Ædibus impendendum, ut quantò crebriùs & devotiùs illuc confluit populus Chriſtianus, aſſiduis Salvatoris gratiam precibus implorando, tantò delictorum ſuorum veniam & gloriam regni cæleſtis conſequi mereatur æternam. Cupientes igitur Eccleſiam fundatam honore Sanctorum Felicis & Regulæ, & Exuperantii Thuricenſis, Conſtantienſis Diœceſ. congruis honoribus frequentetur, & Chriſti fidelibus jugiter veneretur; omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, *qui ad dictam Eccleſiam in omnibus*

v. Univerſales Indulgentiæ.

Feſtis

Feſtis Sanctorum, quorum nomine altaria habentur in eadem Eccleſia, & in dedicatione illius Eccleſiæ, ac in aliis Feſtis infraſcriptis, videl. Natalis Domini, Circumciſionis, Epiphaniæ, Paraſceves, Paſchæ, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Corporis Chriſti, Inventionis & Exaltationis S. Crucis; In omnibus & ſingulis Feſtis B. M. Virginis, S Michaëlis Archangeli, Nativitatis & decollationis B. Johannis Baptiſtæ, Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, & omnium aliorum Sanctorum Apoſtolorum & Evangeliſtarum: Sanctorúmque Stephani, Laurentii, Vincentii, Blaſii & Georgii Martyrum. Sanctorum Martini, Nicolai, Gregorii, Auguſtini, Ambroſii & Hieronymi Confeſſorum: Sanctarum Mariæ Magdalenæ, Catharinæ, Margaretæ, Cæciliæ, Luciæ, Agatæ, Agnetis, Barbaræ, & undecim virginum: In commemoratione omnium Sanct. & animarũ, & per octavas dictarũ feſtivitatum octavas habentium, ſingulíſq; diebus Dominicis, cauſâ devotionis, orationis, aut peregrinationis acceſſerint; ſeu, qui Miſſis, prædicationibus, matutinis, Veſperis, aut aliis quibuscunq; divinis officiis ibidẽ interfuerint. Aut corpus Chriſti, vel oleum ſacrũ, cùm infirmis portantur, ſecuti fuerint: ſeu in ſerotina pulſatione Campanæ, ſecundum modum curiæ Romanæ genibus flexis ter Ave Maria dixerint, aut qui cœmiterium dicta Eccleſiæ pro animabus corporum ibi jacentium, & animabus omnium fide-

fidelium defunctorum exorandæ circuierint: Nec non qui ad fabricam, luminaria, ornamenta aut quævis alia dictæ Eccleſiæ neceſſaria manus porrexerint adjutrices, vel qui in eorum teſtamentis, aut extra, aurum argentum, veſtimentum aut aliquid aliud Charitativum ſubſidium dictæ Eccleſiæ donaverint, legaverint, aut donari vel legari curaverint. Quotiescunque præmiſſa vel aliquid præmiſſorum devotè fecerint, de omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi ſinguli noſtrûm quadraginta dies Indulgentiarum de in junctis eis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus, dummodò Diœceſani voluntas ad id acceſſerit & conſenſus. A.D. 1332. Pontif. Johannis XXII. anno 16. Compendium ejusmodi Indulgentiarum Theologicarum dedimus in *Meth. leg. Hiſt. Helv.* Sed & Sacellum eſt prope *Vitodurum*, cui eadem ſuſpenſa fuit hedera. Antiquius eſt hoc inſtrumentum ab *Henrico*, Conſtantienſi Epiſcopo, indultum; éſtque hujusce modi: *Henricus* Dei gratiâ, Conſtantienſis Epiſcopus, dilectis in Chriſto univerſis, ad quos præſentes pervenerint, ſalutem in Domino ſempiternam: Ad imitationem Sacro-Sanctæ Matris Eccleſiæ per ſpiritualium conſolationum antidota, adoptionis

ſuæ

ſuæ filios invitantis ad executionem operum pietatis, univerſas Indulgentias, quas Venerabiles in Chriſto Patres & Domini, F. Baſilius &c. noſtri Coëpiſcopi, omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui ad *Capellam leproſorum in campo*, propè Winterthur noſtræ Diœceſ. quæ eſt Sanctorum, Mariæ Virginis & Georgii Martyris vocabulis inſignita, *in ſingulis Feſtivitatibus ſeu diebus ſubſcriptis videlicet Nativitatis, Epiphaniæ, Reſurrectionis, Domini, & Aſcenſionis Pentecoſtes: Nativitatis, Annunciationis, purificationis & Aſſumtionis B. Mariæ, Virginis glorioſæ, ac Georgii Martyris, in quorum honore eſt ipſa Capella conſtructa, Johannis Baptiſtæ, Michaëlis Archangeli, S. Crucis, Beatorum Petri & Pauli, ac omnium aliorum Apoſtolorum: Sanctorum Stephani, Laurentii & Vincentii Martyrum: Nicolai & Martini, Confeſſorum: Sanctorumque Margaritæ, Catharinæ & Agnetis Virginum: Mariæ Magdalenæ: In feſto omnium Sanctorum, in dedicatione ipſius Capellæ, & per ipſarum feſtivitatum octavas, cauſâ devotionis & adorationis acceſſerint annuatim. Vel qui ad ſuſtentationem infirmorum & pauperum ibidem degentium; ſeu ad alia quævis ipſius Capellæ neceſſaria manus porrexerint adjutrices, aut qui in bona ſui corporis ſanitate, ſive etiam in extremis laborantes, quicunque eidem Capellæ, vel infirmis*

firmis & pauperibus ſupradictis legaverint facultates; ſive qui Presbytero ipſius Capellæ deferenti ſacram Euchariſtiam ad infirmos, devotam fecerint comitivam; aut qui orationem B. M. virginis, ſeu ter Pater noſter devotè dixerint; quia ad laudem & gloriam ipſius Virginis de ſero pulſatur ibidem; ſunt largiti, ratos & gratos habentes eisdem noſtrum conſenſum liberum & expreſſum, in quantum de jure debemus & poſſumus, præſentibus impertimus. Nolumus autem, ut prædictæ Eccleſiæ Quæſtuariorum manibus deferantur, alioquin ipſas decernimus irritas & inanes, &c.

Sed & *Mons Thuricenſis* (Kloſter auff dem Zürichberg) cùm propter profanationem, *temerariâ ſanguinis effuſione factâ*, negligi ab aliis videretur, hac ad priſtinas revocandus erat panaceâ vires. Medicus erat *Henricus*, Burckhardi vicarius, ſuprà jam nominatus. *Notũ*, inquit ille, *facimus, per præſentes univerſis Chriſti fidelibus, quòd nuper, videlicet de a.* 1398. *ambitu Monaſterii montis Thuricenſis, ordinis S. Auguſtini Canonicorum Regularium, Diœceſ. Conſtantiens. per temerariam ſanguinis effuſionem profanato ſeu execrato*; Nos ad petitionem honorabilis D. Præpoſiti Monaſterii ejuſdem, jam dictum ambitum in forma Eccleſiæ conſueta, auctoritate ſupradictâ reconciliavimus: Quare, ut locus

&

& Monaſterium præſcripta, à Chriſti fidelibus, eò devotius venerentur ac viſitentur, nos ob favorem animarum, auctoritate prænotatá, omnibus Chriſti fidelibus, confeſſis,& contritis, qui ſupradictam Eccleſiam in die dedicationis ejusdem, ac in feſto ipſius Monaſterii Patroni, videlicet *Martini Epiſcopi, nec non in omnibus & ſingulis feſtivitatibus Jeſu Chriſti, videl. Nativitatis, Circumciſionis, Epiphaniæ, Paſchæ, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Trinitatis, & Corporis Chriſti: In feſtivitatibúsque glorioſæ Virginis Mariæ ſuæ Genitricis, Michaëlis, omnium Apoſtolorum: Nec non in ſolemnitate omnium ſanctorum, ac per octavas feſtivitatum earundem, & in utroq; feſto Sanctæ Crucis devotè viſitaverint, tribúsque vicibus flexis genibus Dominicam orationem cum totidem Angelicis ſalutationibus oraverint, ſuásque eleemoſynas ibidem largiti fuerint, totiens, quotienscunque hoc egerint, Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum auctoritate confiſi, quadraginta dies criminalium, unum annum venialium, & unam Karrennam,* de injunctis ſibi pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus. Utque frequentiores ad obeunda ſacra confluerent, & ipſos obſervamus dies feſtos translatos, Indulgentiisque munitos: Tale quid annales domeſtici in annum

annum rejiciunt 1324. ad hunc ſenſum: *Rudolphus*, Dei gratiâ, Epiſcopus Conſtantienſis, & Gubernator Curienſis Eccleſiarum, omnibus Chriſti fidelibus, ad quos præſentes pervenerint, univerſis ſalutem, & in Domino charitatem: Ut in Dedicationis feſto, in Altaribus duobus, in honore B. Martini, & B. Johannis Baptiſtæ conſtructis & dicatis, in Eccleſia ſeu Monaſterio S. Martini montis Thuricini celebrato, *hactenus in Dominica poſt feſtum B. VValpurgis proxima; populus fidelis devotiùs confluat, inibi veniam quærendo. Et ne inſolentiæ tantæ fiant per rurales, qui ibi concurrunt, ſicut in antea fiebant; cùm idem tempus ſit in ſe nimis liberale & ſolutum, propter aëris jocunditatem; ſed potiùs divinus cultus ibidem augeatur: Idem feſtum dedicationis transtulimus & transferimus* per præſentes in craſtinum Beati Martini Confeſſoris, ut tum omni ſolennitate debitâ & conſuetâ inibi usque in ejusdem craſtini octavam devotè peragatur; & ejus concurſus fidelium ſalubrior illic reperiatur; omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui ad ejuſdem Dedicationis Feſtum, *& ejus octavam confluxerint, quadraginta dierum Venialium & viginti criminalium Indulgentiam: Omnibus quoque, qui deferentibus Fratribus corpus Chriſti ad communicandum infirmis*

de

de ipſo monte exiſtentibus, de votam fecerint comitivam, totidem dierum Indulgentias miſericorditer in Domino, auctoritate ordinariâ, elargimur.

VII. *Ad hunc apparatum, præter jubilæos, tum a. Romanos, tum b. domeſticos; etiam pertinent, Confeſſionalia; Taxæ pœnitentiariæ, Diſpenſationes, & Fraternitates.*

a. Atque de his prolixè à nobis jam alibi eſt actum: compendioſiùs forte differendi occaſio dabitur ſub finem, ubi, appendicis loco, oratio noſtra, quam in inclyta aliquando; frequenti, veréque illuſtri Auditorio, Baſileæ habuimus, addi poterit publica.

b. Nempe, ut ne Romam ire neceſſe eſſet, Pontifex ſuas ſæpe Indulgentias, Romanis æquivalentes, foris etiam expoſuit. Tale diploma Eccleſiæ Tigurinæ conceſſit *Sixtus* IV. A.D. 1479. quod poſtea a. D. 1480. & per *Gentilem de Spoleto* Legatum Apoſtolicum fuit confirmatum: & in alias etiam Diœceſes delatum, *Sixtinum* exemplar ſupra dedimus, p. 54. In confirmatione Spoletus injungit, ut mandatis proceſſibus, ſtatutis & conſtitutorum ordinariis, in contrarium forſan editis & emanatis quibuſcunque, alioque Canonico quovis non obſtante, ſed quo ad literas ipſas, & illarum executionem, & publicationem penitus ſubla-

ſublatis, eædem literæ in Civitate & Diœc. Conſtantienſi Eccleſiis, earundem & illarum umbonibus, ac alibi, ubi, quotiens & quando viſum fuerit, expedire publicari, inviſari, & executioni debitæ demandari poſſint & valeant, *auctoritate noſtrâ* (addit) *qua fungimur, licentiam, liberam, præſentium tenore concedimus & Indulgemus.* In quorum omnium &c. Idem tranſſumptæ Bullæ, plenariæ Indulgentiæ viſum eſt Epiſcopo Tridentino, *qui omnibus mandavit Presbyteris, tam Curatis, quàm non Curatis Diœceſ. ſuæ, ut eam* Chriſti fidelibus indicarent ac publicarent: Quod & Georgius, Brixienſis per ſuos fieri voluit, A. D. 1480. Sed & inter *militares* Indulgentias ejusmodi Jubilæi Sixtini exemplar dedimus, ſup. p. 41. 42. Vide plura in noſtro Hodeg. P. III. pag. 407.

VIII. Confeſſionalia *vocamus diplomata & Indulta, quæ ad petitionem, & inſtantiam Oratorum, ut vocari ſolent, certorum etiam caſuum expreſsâ deſignatione, à Pontificibus & Legatis Pontificiis ſunt conceſſa.*

De his Confeſſionalibus, quæ Indulgentiis deprehendo recentiora, ita *Chemnit.* Exam. Concil. Trid. P. IV. p. 354. *Fuit & hoc non poſtremum artificium, quòd Confeſſionalia (ſicut vocant) magno vendiderunt. Efficacia enim erroris non ſufficere viſum fuit Indulgentia-*

gentias, vendere illo tempore, & in illis locis, ubi & quando publicè proſtabant ad remiſſiones peccatorum; ſed ad futuros etiam caſus, pro peccatis adhuc committendis, vendebantur & emebantur Indulgentia. Pro numerata enim pecùnia vendebant Bullas, at quando quis in poſterum crimen aliquod commiſiſſet, & haberet poteſtatem eligendi ſibi Confeſſorem, qui vigore Bulla haberet ſibi poteſtatē hac in parte commiſſam, ut vel in certis, vel in quibuscunq; caſibus poſſet confitentem abſolvere, & plenariam Indulgentiam ipſi conficere, vel ſemel in vita, vel bis in anno, vel toties quoties, prout carius quis Bullas licitatus fuerat. Et hæc diplomata vocabant Confeſſionalia. Diſcrimen ergò inter Indulgentias & Confeſſionalia erat notorium. *Indulgentiarum* valor & menſura à Pontifice, qui vel plenā, vel pleniſſimā conceſſit peccatorū veniā: Modò n. contractiùs, modò latius fimbrias ſuas extendit, nec reſervatos caſus eodem ſemper expreſſit numero. *Confeſſionalium* verò Candidati ipſi petiti modum & rationem præſcribebant ſignatóq;, quantum ſibi ſatis eſſe exiſtimabant, exhibebant Catalogo. Nec peccatorum liberam tantùm Confeſſionē, aut remiſſionem; ſed &, ut peccatum, in foro ſaltem Romano, peccatum eſſe deſineret, effecerunt. Duo ejusmodi Confeſſionalium exemplaria

authentica, quod rariùs alibi occurrant, communicabimus. Primum ita habet: Beatiſſime Pater! Ut animarum ſaluti devotorum oratorum Veſtrorum, *Antonii VValder, Johannis Hagnovver, Nicolai Bachoffner, Rodolphi Roſtlin, Sifridi Lutervvin, Conradi Calceatoris, Henrici Keller, Ulrici Muntigal, Nicolai Eichhorn, Johannis Falck, Rodolphi Stapfer, Adelheidis Jörgis*, quondam Henrici & Jacobi Stapfer, Militis, eorumque uxorum & omnium utriusq; ſexus liberorum, Clericorum & laicorum ſalubrius conſulatur:

Supplicant igitur Sanctitati veſtræ, quatenus eis, & eorum cuilibet ſpecialem gratiam facere, ut Confeſſor idoneus, ſecularis vel cujusvis ordinis Regularis, Presbyteri, quē quilibet ipſorum, & eorum quem libet, *elegerit, à quibusvis Excommunicationis & Interdicti, aliisq; Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis à jure & ab homine, quavis occaſione vel cauſa latis & promulgatis, ac votorum quorumcunque, & Eccleſiæ mandatorum transgreſſionibus, perjuriorum & homicidii caſualis & mentalis, manuum violentarum in quasvis perſonas Eccleſiaſticas, non tamen Prælatos, de præterito, injectionibus: Jejuniorum, horarúmque Canonicarum ac divinorum officiorum, & pœnitentiarum injunctarum omiſſionibus; nec non ab omnibus & ſingulis eorum peccatis, criminibus, exceſſibus*

ceſſibus, & delictis, quantumcunque gravibus & enormibus, de quibus corde contriti & ore confeſſi fuerint, etſi talia eſſent, propter quæ Sedes Apoſtolica meritò foret conſulenda, de reſervatis, exceptis contentis in Bulla Cœnæ Domini, ſemel in vita, & in mortis articulo, de aliis verò, eidem Sedi non reſervatis caſibus, totiens quotiens opus fuerit, abſolvere, & pro commiſſis pœnitentiam ſalutarem injungere: Vota verò quæcunque; Ultramarinis, viſitationis liminum Apoſtolorum Petri & Pauli de Urbe, ac Jacobi in Compoſtella, religionis & caſtitatis votis duntaxat exceptis; in alia pietatis opera commutare, & juramenta quæcunque, ſine juris alieni præjudicio relaxare; nec non ſemel in vita, & in mortis articulo præteritorum omnium peccatorum ſuorum remiſſionem & abſolutionē, authoritate Apoſtolica, impendere poſſit & valeat. Quódque liceat dictis oratoribus habere altare portatile cum debitis reverentia & honore, ſuperq; iis, in locis ad hoc congruentibus & honeſtis, *& non ſacris & Eccleſiaſtico interdicto ordinaria auctoritate ſuppoſitis, dummodò cauſam non dederint hujusmodi interdicto, & antequam illuceſcat dies, circa tamen diurnam lucem in ſua & familiarium ſuorum præſentia Miſſam, & alia divina*

 officia,

officia, per ſe ipſos, ſi Presbyteri fuerint, aut pro tempore erunt, celebrare, ſeu per alios ſacerdotes celebrari facere, & tempore interdicti hujusmodi divinis intereſſe, ac Euchariſtiam & alia Eccleſiaſtica ſacramenta, ſine Rectoris præjudicio, præterquam in Paſchate, recipere; decedentium corpora Eccleſiaſticæ tradi poſſint ſepulturæ ſine funerali pompa. Inſuper ut unam ſive duas Eccleſias, aut duo vel tria altaria, in partibus illis, ubi eos pro tempore reſidere contigerit, in Quadrageſimalibus ac aliis diebus & temporibus ſtationum Urbis Romæ, quam, quas vel quæ quilibet ipſorum pro tempore duxerit eligendum, viſitando tot & ſimiles Indulgentias ac peccatorum remiſſiones conſequantur; quas conſequerentur ſi ſingulis diebus ejuſdem ſingulas dictæ Urbis, & extra eam, Eccleſias, quæ propter ſtationes hujusmodi viſitari ſolent perſonaliter viſitarent. Cæterùm, *ut dictis Quadrageſimalibus ac aliis, diebus & temporibus prohibitis ovis, butyro, caſeo ac aliis lacticiniis & carnibus de utriusque Medici conſilio veſci, uti, & frui liberè & absque conſcientiæ ſcrupulo*; Præterea ut dictæ mulieres, una cum quatuor aliis honeſtis mulieribus quater in anno quæcunque Monaſteria Monialium cujusvis, etiã S. Claræ Ordinis, de

de inibi Præſidentium licentia ingredi, & cum ipſis Monialibus converſari; dummodo ibidem non pernoctent; poſſint & valeant, licentiam, facultatem concedere & indulgere dignemini de gratia ſpeciali: Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac Cancellariæ Apoſtolicæ regulis in contrariùm editis, cæterisq; contrariis quibuscunq;, cum clauſulis opportunis & conſuetis, Conſtant. Diœceſ. *Nobilibus, graduatis aut Presbyteris*. Conceſſio jam ſequitur petiti: *Conceſſum, ut petiin præſentia D. Papæ, & Cardinalis Euſebii:* Conceſſionis verò ſpecialior enumeratio, hoc ſuccedit ordine:

Et de *reſervatis* ſemel in vita, & in mortis articulo, præmiſſis exceptis, ut ſupra.

Et de *non reſervatis* dictæ Sedi caſibus totiens, quotiens opus fuerit, ut ſupra.

Et de *commutatione votorum*, & relaxatione juramentorum, præmiſſis exceptis, ut ſupra.

Et de *plenaria remiſſione* & abſolutione ſemel in vita, & in mortis articulo, ut ſup.

Et de *altari portatili*, cum clauſula *ante diem, & in locis interdictis*, & tempore interdicti hujusmodi divinis intereſſe, ca Euchariſtiam, & alia Eccleſiaſtica ſacramenta recipere, & corpora ſepeliri, ut ſup.

Et de *Indulgentiis ſtationum* Urbis Romæ viſitando Eccleſias & Altaria, ut ſup.

Et de *eſu Carnium*, *ovorum*, *butyri*, *caſei* & aliorum lacticiniorum temporibus, ut ſup.

Et de *ingrediendo Monaſteria* Monialium pro mulieribus prædictis, ut ſupra.

Et de ab rogatione quarumcunq; Cancellariæ Apoſtolicæ regularum contrariarum, ut ſupra.

Et quod præſens Indultum duret vita Oratorum durante, cujus ſola ſignatura ſufficiat.

Et quòd præſentium transſumptum manu Notarii publici ſubſcriptum ac ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitum, plena fides adhibeatur, & fieri poſſint pro unoquoque oratore inſimul vel ad partem; & quòd nomina uxorum & filiorum in eis exprimi poſſint.

Non multum quidem (verba ſi ſpectes) ab hoc reliqua, quæ ad manum adhuc ſunt; differunt exemplaria; ita tamen differunt, ut operæ pretium ſit, vel ex uno adhuc ſubjecto didiciſſe, quàm ſubdola ſit vel paucorum verborum differentia. Quod autem atteximus, Ratisponenſes, Auguſtani &c. Diœceſani nonnulli in hunc ſenſum impetrârunt diploma. *Ut animarum ſaluti &c. Supplicant humiliter ſanctitati Veſtræ Oratores præfati, quatenus eis, & eorum cuilibet ſpecialem*

cialem gratiam facere velit, ut Confeſſor idoneus ſecularis, vel cujusvis ordinis regularis presbyteri, quem quilibet eorum duxerit eligendum, ipſos & eorum *quorumlibet, ab omnibus & ſingulis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliisque Eccleſiaſticis ſententiis cenſuris & pœnis, à jure vel ab homine quavis occaſione vel cauſa latis & promulgatis, votorum quorumcunque, juramentorum, & Eccleſiæ mandatorum, jejuniorum transgreſſionibus, & pœnitentiarum eis injunctarum, & horarum Canonicarum, divinorum officiorum, in toto vel in parte, omiſſionibus, ac manuum violentarum in perſonas Eccleſiaſticas injectionibus, perjuriorum, homicidij caſualis vel mentalis, adulterij, inceſtus, fornicationis ac ſacrilegij reatibus: nec non ab omnibus & ſingulis eorum criminibus, delictis & exceſſibus quibuscunq; gravibus quantumcunq; enormibus*, de quibus corde contriti, & ore confeſſi fuerint; etiam ſi talia forent, propter quæ Sedes Apoſtolica meritò eſſet conſulenda, *de reſervatis Sedi Apoſtolicæ caſibus ſemel in vita*, & in mortis articulo; de aliis verò eidem ſedi non reſervatis caſibus totiens, quotiens opus fuerit, abſolvere, & pro commiſſis pœnitentiam ſalutarem injungere, vota verò quæcunque, per eos & eorum aliquem forſa emiſſa; Hieroſolymitanæ viſitationis, liminum Apoſto-

lorum Petri & Pauli de urbe, ac ſancti Jacobi in Compoſtella, religionis & caſtitatis duntaxat votis exceptis; in alia pietatis commutare, *& juramenta quæcunque relaxare.* Nec non ſemel in vita, & in mortis articulo oratores, *impendendo eis & eorum cuilibet plenariam omnium peccatorum ſuorum remiſſionem.* Liceátque præfatis omnibus, *Nobiles qualificati aut Presbyteri ſi fuerint,* & eorum, cuilibet habere altare portatile cum debitis reverentia & honore ſuper quo in locis congruentibus & honeſtis, etiam non ſacris, ac etiam antequam illuceſcat dies, circa dilucem urnâ, per ſe ipſos, qui Presbyteri ſunt, aut pro tempore erunt, vel per proprium aut alium ſacerdotem idoneum in eorum & cujuslibet ipſorum parentum & conſanguineorum, ac familiarium domeſticorum, & puerorum præſentia, Miſſas & alia divina officia celebrare, ſeu celebrari facere & audire ac intereſſe liberi & licitè debent, & prædictorum oratorum, & cujuslibet ipſorum, tempore hujuſmodi interdicti præfati forſan decedere, corpora ſeu cadavera Eccleſiaſticæ ſepulturæ ſine funerali pompa tradi nec non in locis Eccleſiaſticis, auctoritate, ordinaria ſuppoſitis Interdicto Miſſas, & alia officia divina audire, celebrare aut celebrari facere, etſi Presby-

Presbyteri fuerint per ſe ipſos celebrare, ſine tamen ſolennitate aliqua: ac quæcunque Eccleſiaſtica, etiam Euchariſtiæ Sacramenta, quocunque Presbytero, ſeculari vel regulari, ubicunque & quotiescunque voluerint, *etiam tempore interdicti præfati*, die Paſchatis duntaxat excepto, ſine præjudicio Rectoris percipere: Quodque quadrageſimalibus & aliis quibuscunque anni temporibus caſeo, *& aliis lacticiniis ac tempore infirmitatis & neceſſitatis, carnibus*, de utriusque Medici conſilio, absque concientiæ ſcrupulo uti, frui, & veſci poſſint. Præterea, ut unam vel duas Eccleſias, duo vel tria altaria in partibus illis, ubi ſingulos pro tempore oratores reſidere contigerit, quem, ſeu quos duxerint, & quilibet eorum duxerit, eligendum ſeu eligenda. Quadrageſimalibus, & aliis quibuscunque anni temporibus, in quibus ſtationes almæ Urbis celebrantur, viſitando omnes & ſingulas Indulgentias ac peccatorum remiſſiones conſequantur, *quæ conſequerentur, ſi diebus & temporibus eisdem omnes & ſingulas almæ Urbis Romanæ Eccleſias, quæ, præter ſtationes hujusmodi viſitare ſolent, perſonaliter viſitarent:* Nec non & qui Clerici vel Presbyteri fuerint, quo ad vixerint, horas Canonicas, officium diurnum pariter &

 au-

auctumnum, juxta ritum vel ſtylum Romanæ Eccleſiæ, ubicunq; eos & alter ipſorum eſſe, morari, & ſtare contigerit, cum uno Presbytero vel pluribus, quos, quotiens voluerint, duxerint eligendos, dicere, orare, & celebrare, *ubicunque liberè & licitè debeant, & valeant,* nec propter id aliter faciendi *à quoquam invitus compelli poſſit.* Nec non & ipſæ oratrices, unâ cum tribus vel quatuor honeſtis mulieribus, per earum quamlibet eligendis, quæcunque Monaſteria monialium & ſororum cujuscunque ordinis, etiam S. Claræ, quater in anno ingredi, & Moniales ipſas viſitare, & alloqui, & cum eisdem refectionem corporalem, cibi & potus, honeſtè ſumere, *dummodò ibi non pernoctent,* licentiam & facultatem concedere & indulgere dignemini, de gratia ſpeciali, conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, & quibusvis & revocationibus ſervilium gratiarum, nec non Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, in contrarium editis, quibus omnibus, *illorum totis tenoribus hacvice duntaxat derogare placeat*; cæteriſque in contrrarium facientibus non obſtantibus, quibuscunque cum clauſulis opportunis & conſuetis; *de præterito tempore: Interdicti ordinaria auctoritate ſuppoſiti, dummodò cauſam non dederint,*

rint, hujuſmodi interdicto præſidentium conſenſu atque hoc etiam *conceſſum eſt, ut petitur, in præſentia D. Papæ & Cardinalis* S. N. Nempe; & de *reſervatis* caſibus ſemel in vita, & in mortis articulo præmiſſis exceptis.

Et de *non reſervatis caſibus* totiens, quotiens opus fuerit, ut præfertur.

Et de *commutatione votorum*, & relaxatio- juramentorum, exceptis prædictis

Et de *plenaria abſolutione* & remiſſione ſemel in vita, & in mortis articulo.

Et de *Eccleſiaſtica ſepultura*, ſacramentis, divinis officiis intereſſendo, celebrando, tempore interdicti ut præmittitur; Et de altari portatili, cum clauſula ante diem, & tempore interdicti, ut præfertur.

Et de *eſu butyri, ovorum, & aliorum lacticiniorum*, temporibus prædictis, pro ſe & familia, & neceſſitatibus advenientibus, etiam carnium, Medicorum conſilio, ut ſupra.

Et de *Indulgentiis* ſtationum almæ Urbis, viſitando Eccleſias ſeu Altaria, ut ſup.

Et cum *licentia dicendi horas Canonicas*, ſecundum uſus Romanæ Eccleſiæ cum uno Presbytero, ut ſupra.

Et cum *licentia ingrediendi Monialium Monaſteria*, pro Oratricibus, ut ſuprà.

Et

Et quòd *præſens Indultum* ad vitam Oratorum duret; & ea durante revocari non poſſit.

Et cum *abrogatione regularum* Cancellariæ, & aliorum in contrarium editorum.

Et quòd *tranſſumto* præſentium, manu Notarii publici ſubſcripto, & ſigillo alicujus Prælati, ſeu perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, munito, plenaria fides adhibeatur.

Et quòd pro *quolibet Oratore*, tam ejus nomine expreſſo, quàm non expreſſo, tranſſumtum fieri poſſit, nulla facta mentione de aliis otatoribus.

Et quòd *præſentis ſupplicationis ſola ſignatura ſufficiat*. Hoc verò exemplar, multis à ſuperiori paſſibus diſtare, etſi vix præ ſe ferat, ſuo loco videbimus. Diſtribuit ejuſmodi *Confeſſionalia* ſuperiori ſeculo tum *Vergerius*, ut diximus *Prim. Heidelb. p.* 30. tum *Ennius Phylonardus*, Legatus Pontificius ad Helvetios, à quo unum nobis ſupereſt fragmentum diplomatis Johanni, Myllero, & uxori ejus datû; quod libri jam involucro ægrè ab interitu vindicavimus deſtinatum. Unicum habeo, immediate à Pontifite Romanorum Tigurino Conſuli *Ræſtio* transmiſſum, de quo poſtea. Sed mittimus hanc

hanc *Confeſſionalium* farraginem, ubi unici tantum *tranſſumti* exemplum ſubjecerimus. Eſt ipſum Confeſſionale primo, quod ſupra poſuimus, per omnia ferme ſimile, cum *petitis*, *& confeſſis*; formula verò *tranſſumti* talis eſt. *Jeremias Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopus Craynenſis in Romana Curia reſidens*, Univerſis & ſingulis præſentes literas inſpecturis, viſuris, lecturis, paritérque audituris, ſalutem in Domino:

Notum facimus, quòd literas originales ſupplicationis Confeſſionalis, quarum copia præinſeritur, vidimus, tenuimus, & diligenter inſpeximus, eásque manu Reverendiſſimi in Chriſto Patris & Domini, Domini Petri, miſeratione divina tituli S. Euſebii, S. R. Eccleſiæ Presbyteri Cardinalis, *in præſentia D. noſtri Papæ, & de ejus ſpeciali & (NB) expreſſo mandato ſignatos fuiſſe & eſſe*, reperimus. Idcirco pro parte circumſpecti Viri, *Sifridi Horneck*, & ejus uxoris, ac eorum utriusq; ſexus liberorum Wormat. Diœces, principalis in præinſertis & originalibus literis hujuſmodi inter nonnullos alios Oratores in eis contentos, ipſorum dimiſsis nominibus & clauſulis non neceſſariis principaliter nominati & requiſiti, literas ipſas tranſſumi, exemplari, & in hanc publicam tranſſumti formam redigi

ac per

ac per notarium publicum infra ſcriptum ſubſcribi & publicari mandavimus: Decernentes præſenti tranſſumto talem *& tantam fidem adhibendam fore*, qualis & quanta dictis originalibus literis adhiberetur, ſi originaliter in medium produceretur, &c. Romæ 1514.

IX. Taxa Pœnitentiaria *ſequitur, qua peccata certo vel dierum æſtimantur penſo, vel auri & argenti venduntur pretio. Unde aliæ pœnitentiæ* caſtigatoriæ *erant, aliæ* pecuniariæ.

De pœnitentia Veterum alibi dice udi locus erit commodior; diximus etiam quædam in *Primit. Heydelbergenſibus*. Illud hac occaſione, obſervandum, non modò publicæ pœnitentiæ apud veteres, ut publica ſcandala tollerentur, fuiſſe habitam rationem; ſed & ſingulis gravioribus lapſibus graviores indictas mulctas. Unde & *Euſeb.* lib. 6. c. ult. refert, *Dionyſium Alexandrinum*, ad Ægyptios, Epiſtolam ſcripſiſſe de pænitentia, inqua, quæ ſibi de lapſis ſtatuenda viderentur, expoſuerit. Secuti poſtea Canones pœnitentiales Conciliorum *Niceni, Ancyrani &c.* quascum aliis poſtea *Burchardus* Wurmatienſis, & *Gratianus* collegerunt. Gravisſima etiam ſcelera certorum annorum pœnitentiâ luebantur: Ita e. g. juxta Canones Concilii Ancyrani,

qui ſacrificârunt Idolis, & in templis Idolorum habitu cultiori cœnârunt, uno anno conſtituantur inter audientes, tribus inter pœnitentes: Poſtea per biennium communicent Orationi, & reconcilientur Sacramentis: Adulteri *poſt ſeptem annorum pœnitentiam reſtituantur:* Mulieres partum abigentes *per decennium pœniteant.* Juxta *Nicenos*, qui præter neceſſitatem *metu periculi abnegârunt fidem, tribus annis inter audientes habeantur, & ſeptem aliis annis ſint inter pœnitentes, poſt per biennium ſola oratione communicent.* Juxta Burchardum, qui, circa a. Ch. 1020. Wurmatienſis, fuit Epiſcopus, *fornicatio habet pœnitentiam decem dierum*; Adulterium, *ubi una perſona ſoluta eſt, habet unam carrenam, & ſeptem annos. Si utraque perſona conjugata eſt, duæ ſunt carinnæ & quatuordecim anni.* Falſum teſtimonium *punitur ut adulterium, furtum, & homicidium.* Ebrietas *habet pœnitentiam decem dierum.* Extat in Sereniſſimi *Principis Haſſiaci* Caſſellani Bibliotheca Mſc. ſatis antiquum, ubi præter Canones Apoſtolicos; quibus tamen, ut vetuſta habet inſcriptio; *quam plurimi aſſenſum præbere noluerunt*; 45. enarrantur Canones *Concilii Niceni* 20. *Bedæ Presbyteri*, de remediis peccatorum; de remedio negligentiæ Baptiſmi; de homicidii pœna; de falſitate vel maledictione; de ebrie-

ebrietate, curáque ejus: de eſu, ejúsq; purgatione; quibus deniq; aluis ſubjicitur tractatus *Patrum Catholicorum* (hæc Codicis membranacei verba ſunt) *de pœnitentia*, ex quo ea tantùm, quæ de re Euchariſtica ſunt notata, afferre libet. *Si quis Euchariſtiam negligentiæ cauſa perdiderit, unum annum, vel tres quadrageſimas, ſeu quadraginta dies pœniteat. Si ſacrificium in terra ceciderit, cauſa negligentiæ, 50. Pſalmos cantat.* Qui neglexerit ſacrificium ut vermes in eo ſint, aut colorem, ſaporémque non habeat, *viginti, vel triginta, vel quadraginta diebus pœniteat, & in igne accendatur*; ſi usque ad terram ceciderit, *unum diem pœniteat.* Si ſtilla ſuper altare ceciderit, *tres dies pœniteat.* Qui in Eccleſia modicam partem perdiderit, & non invenerit, *diebus* 20. *pœniteat, vel unoquoque die* 70. *Pſalmos cantet.* Qui autem in plebe ſuum Chryſmal perdiderit, & non invenerit 40. *dies, vel tres quadrageſimas pœniteat.* De *ebrietate, vel maledictione, vel detractione, cauſa invidiæ, vel his ſimilibus, laici ſeptem diebus, vel quatuor; clerici ſeptem vel quatuordecim; ſubdiaconus duas vel tres hebdomadas, Diaconi tres vel quatuor, presbyteri* 4. *vel* 5. *hebdomadas. Epiſcopi* 5. *vel* 6. *hebdomodas pœniteāt.* Sacerdos per turpiloquiū &c. Cæteris n. quæ ſequuntur, caſtas aures nō onerabo.

Hæc

Hæc ergo Pœnitentiæ προθεσμία, hæc certorum annorũ, menſium, Carrenarum ſeu quadrageſimarum definitio, ſucceſſu temporis trifariam poterat redimi, *caſtigatione corporis*; vel ſine, vel cum adjuncta Pſalmorum recitatione; *Solutione pecuniæ*, & *Indulgentiarum acquiſitione*: Hoc enim ſenſu, largiſſima illa Diplomata, quibus chiliades annorum à pœna rei abſolvuntur, intelligunt. *Et caſtigationem* quidem *corporis* quod attinet, illam vel in *abſtinentia* oſtendebant, *vel verberum paſſione*. De priori *Burchard.* Decret. l. 19. *occidiſti ſeniorem tuum, &c. Vinum & medonem, & mellitam cereviſiam nunquam bibas, niſi in illis tribus prædictis diebus: uxorem ne ducas: Concubinam non habeas: Nunquam te laves in balneo, equum non aſcendas: Cauſam tuam & alterius in conuentu fidelium non agas. In conviviis lætantium non ſedeas: In Eccleſia ſegregatus ab aliis Chriſtianis poſt oſtium humiliter ſtes.* De *verberibus* Damianus Cardinalis, ad Alexandrum Pontificem, apud *Baron.* a. Ch. 1055. *ut tria ſcoparum millia unum pœnitentiæ annum expleant cum modulatione Pſalmorum. Decem Pſalmorum modulatio mille ſcopas admittit. Cumque Pſalterium conſtet ex* 150. *Pſalmis, in quoque Pſalterio quinque annorum pœnitentia expletur.* Pœnitentiarum *pecuniariarum* jam quidem memi-

1. Caſtigatio corporis.

2. Verberum.

3. Pecuniæ.

meminit *Burchard* l. c. *Si quis fortè non potuerit Jejunare, & habuerit unde poſſit redimere, ſi dives fuerit, pro ſeptem hebdomadibus det ſolidos viginti. Si non habuerint unde tantum dare poſſit, det ſolidos* 10. *Si autem multum pauper fuerit, det ſolidos tres.* Concil. Laterancns. Seſ. 9. *Laicus blaſphemus, ſi nobilis fuerit, pœna* 21. *ducatorum multetur, & pro ſecunda vice* 50. *fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de urbe applicandis.* Et *Baron.* a. Ch. 1055. S. 9. *Non ignores, quia cùm à pœnitentibus terras, poſſeſſiones agrorum videlicet accipimus, juxta menſuram muneris eis de quantitate pœnitentiæ relaxamus. Quibus planè oſtendit Damianus, bona Eccleſiaſtica ejusmodi fieri ſolita redemtione aucta creviſſe.* Hæc quidē jam ſeculo XI. ſunt acta. Vergente verò Papatu, & circa Reformationem A. D. 1520. *Taxa* Lutetiæ prodiit *pœnitentiaria*, ubi ſingula peccata, graviſſima etiam, certo æſtimantur pretio. Exemplaria in noſtratium adhuc ſunt manibus: Apographum reliquit *Muſcul* in Loc. communib. p. 198. & deinceps. Hæc taxa venditioni, tolerabili pretio, exponit cauſas matrimoniales, *Judæis erigendi Synagogas & medicinam faciendi libertatem, licentiam ſuſcipiendi ordines, corpore vitiatis, malè promotis, illegitimis, irregularibus, illegitimis, uxoratis, bigamis, bellatoribus; violen-*

violentis percuſſoribus veniam addicunt ære, homicidis; voluntariis, caſualibus, neceſſariis, Presbytericidis; laicidis, parricidis, uxoricidis, infanticidis, veneficis, incantatoribus, abortum promoventibus, hæreticis, Simoniacis, carnaliter lapſis, aliiſque, quorum ordine recenſentur & delicta, & pecuniariæ ſatisfactiones, ut de hoc non ſine cauſa Augiæ ſtabulo, *Claud. Eſpens.* Epiſt. ad Tit. c. 1. p. 67. *Proſtat*, inquit, *& in quæſtu pro meretrice ſedet liber palàm ac publicè hic impreſſus, & hodiéque, ut olim, venalis, Taxa Cameræ ſeu Cancellariæ Apoſtolicæ inſcriptus, in quo plus ſcelerum diſcas licet, quam in omnibus omnium vitiorum Summiſtis, & Summariis, & plurimis quidem licentia, omnibus autem abſolutio emturientibus propoſita. Parco nominibus. Nam quod ait, neſcio quis,*

Nomina ſunt ipſo, penè timenda ſono.

Mirum hoc tempore, hoc Schiſmate non ſuppreſſum tot támque fœdorum, támque horrendorum ſcelerum velut indicem adeò infamem, ut non putem, in Germania, Helvetia, & ubicunque à Romana Sede defectum eſt, opus proſtare majore hujus ſcandalo: Adeò tamen non ſupprimitur ab Eccleſiæ Romanæ fautoribus, ut tantorum ac talium facinorum licentiæ ac impunitates in

 facul-

facultatibus Legatorum illinc huc venientium bona ex parte innoventur atque confirmentur. Et poſt enumerata crimina, quorum impunitas pretio venditur, *Habeat*, inquit, *jam Roma pudorem, & tam nullius frontis criminum omne genus catalogum proſtituere deſinat.* Tandem cum Mantuano exclamat:

Heu Roma nunc ſola pecunia regnat!

Neque verò Romæ tantùm cœlum venale erat, Deúsque; ſed alibi etiam, per reliquos Epiſcopos hæc nundinatio fuit introducta. Incidi nuper in *Hugonis*, Conſtantienſis Epiſcopi Bullam, quâ, cùm animadvertiſſet, caſuum Epiſcopalium examen non Conſtantiam ſemper religiosè ſatis deferri; ſed, ſe inſcio, in aliorum ſinum deponi, Tigurinæ Eccleſiæ Curatis in mandatis dedit, ut ipſi reſervatos caſus expenderent, & delinquentibus pœnam injungerent Addita ſub finem taxa Epiſcopali, *quam tamen publicari noluit.* Verba Bullæ ſunt:

Hugo. Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Conſtantienſis, ſincerè nobis in Chriſto dilectis, Decano & Camerario Decanatus Thuricenſis ſalutem. Quanquam ſup-

ſuperioribus annis univerſis & ſingulis Presbyteris, Curatis, & non Curatis Civitatis & Diœceſis noſtræ Conſtantienſis, *ne ſe de caſibus Epiſcopalibus, nobis de jure vel conſuetudine reſervatis; abſolvendo quenquam, absq; ſpeciali noſtra ſeu Vicarii noſtri conceſſione, præterquam in mortis articulo intromittere præſumerent, prout de jure tenebantur, inhibuerimus, atque ut ſubditos in dictis caſibus delinquentes, ad nos, vel Vicarium noſtrum præfatum pro abſolutionis beneficio conſequendo remitterent, mandaverimus: Nonnulli tamen utriusque ſexus laici in caſibus prædictis delinquentes, (NB.) auctoritatem noſtram ordinariam contemnentes, ad diverſa alia loca pro abſolutionibus hujusmodi confluunt, de quorum locorum facultatibus poſſet non immeritò dubitari, ſe animásque ſuas ſic periclitando:* Unde nos, ex officii noſtri debito, periculis prædictis obviare, ac ſubditos noſtros gravioribus expenſis, periculis & damnis, quæ Eccleſiam noſtram Conſtantienſem, aut vicarium noſtrum præfatum viſitando incurrerenr, relevare volentes; Vobis, ut omnes & ſingulos utriusq; ſexus, laicos in ſubnotatis caſibus Epiſcopalibus duntaxat delinquentes & ad vos confluentes ſuper omnibus exceſſibus & delictis, inferius ſeriatim inſertis, manifeſtis & occultis, & peccatis, aliisque vobis & utrique ve-

ſtrum confitebuntur, occultis, propter quæ Sedes Apoſtolica meritò non fuerit conſulenda, vice qualibet, ſubſcripto durante tempore, in forma Eccleſiæ ſolita abſolvere, & eis, ac cuilibet ipſorum; prout quempiam plus vel minus exceſſiſſe inveneritis; pro modo culpæ pœnitentiam in Domino ſalutarem injungere, & emendas publicas, ad quas tenentur, in occultas, & alia pietatis opera commutare: Pauperibus verò & aliis, petentibus emendas publicas, in Eccleſiis Veſtris, dummodo major populi multitudo fuerit congregata, absque alio gravamine injungere. Nec non facultatem hujusmodi etiam aliis honeſtis & idoneis Presbyteris, prout Vobis conſultius expedire videbitur, committere poſſitis & valeatis, & quilibet veſtrum poſſit & valeat, auctoritate noſtra ordinaria, tenore præſentium, ex ſpeciali dono gratiæ, liberam concedimus & impartimur facultatem. Mandantes Vobis, quatenus in convocationibus veſtris capitularibus, ſeu alias quantotius potueritis, præmiſſa diligenter inſinuetis & notificetis, Veſtris confratribus præcipiendo, ut talia in ambonibus Eccleſiarum ſuarum ſubditis ſuis publicent. Atque eos ad Vos, vel illos, quos ſubſtitueritis remittant, & venire inducant,

præ

præſentibus uſque ad octavas Paſchæ proximæ futuras, & non ultra valituris; pecuniam ſeu taxam occaſione hujuſmodi noſtræ facultatis levatam ad ſigillum noſtrum Conſtantienſe quantocyus præſentantes. Datum Conſtantiæ A. D. 1522. d. 22. Menſis Martii, Indictione decima. Caſus Epiſcopales de quibus ſupra fit mentio, ſequuntur. 1. *Super inceſtu cum conſanguinea vel affine (in tertio & quarto gradu duntaxat) commiſſo.* 2. *Super defloratione publica.* 3. *Super minus diligenti cuſtodia puerorum.* 4. *Super adulterio, fornicatione etiam cum Presbyteris, & Eccleſiaſticis perſonis commiſſis.* 5. *Super hoſpitalitate.* 6. *Item qui luſerunt vel diſpoſuerunt ad choreas publicas* 7. *Item qui fuerunt in guerris, & homicidia in amicos & ſocios, incendiáque Eccleſiarum, & aliorum locorum ſacrorum:* manu hæc adnotata erant. 8. Item ſimplicis voti transgreſſores, *& ſacrilegia in eiſdem non commiſerunt.* 9. Item, qui opera ſervilia in die feſto exercuerunt 10. Item qui carnes diebus prohibitis comederunt. Ad marginem verò manu ſcriptum erat. *Juxta criminum & perſonarum qualitatem imponatur taxa antiquæ conformis, quæ tamen in cancellis nequaquam publicetur.*

Exemplum inceſtûs præmiſſi, & per Præpoſitum Tigurinum abſoluti in prom-

tu eſt: Quod etiam hoc occaſione tantò libentius inſerimus, quantò neceſſarium magis ut de ſuperiorum nobis ſeculorum praxi, ex ipſa Majorum confeſſione conſtet. *Johannes Manz* U. J. D. Præpoſitus, nec non Capitulum Eccleſiæ S. S. Martyrum Felicis & Regulæ &c. comperimus, partes ipſas ad ſex dies continuos ab invicem ſeparandas & ex tunc à generali excommunicationis ſententia, quam propter matrimonium in quarto conſanguineitatis gradu, ſcienter contractum narraverunt; *nec non ab inceſtus reatu, ac exceſſibus illis*, quòd videlicet ſcientes cognationem ſpiritualem inter ſe exiſtere, contraxerunt in forma Eccleſiæ conſueta abſolvendas, & eis pro modo culpæ pœnam ſalutarem injungendam, ac demum cum eis oratoribus, impedimentis conſanguineitatis & cognationis ſpiritualis hujusmodi non obſtantibus, poſſint matrimonia inter ſe de novo liberè contrahere, & in eo poſtquam contractum hoc eſt, licitè remanere per nos diſpenſandum, prolémque ſuſceptam ab eis, & exinde ſuſcipiendam, legitimam decernendam fore & eſſe, decrevimus & decernimus per præſentes.

Sed & χαειςήεια ſæpe videmus Præſules diſtribuiſſe, ubi votorum potiti, ſubſidium

um aliquod *Charitativum*, ut vocârunt, impetratum fuit. Diu Imbriacenſes aliquando Canonici Hugoni totiēs totiesqūe illud ſolicitanti, tergiverſati ſunt, vel teruncium quod novum videretur onus, exponere. Aliorum tandem invitati exemplo, & quòd non magna, quæ poſtulabatur eſſet ſumma, ipſe *Johannes Faber*, Vicarius *ἀμοιβὰς ἀποδώσων*, clerum concubitus & fornicationis vitiis pollutum ſpeciali privilegio abſolvendum, per Præpoſitum *Imbriacenſem* conceſſit. Ipſa Indulti verba ſequentia ſunt: *Vicarius Reverendi* in Chriſto Patris & Domini, Domini Hugonis, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia, Epiſcopi Conſtantienſis in ſpiritualibus generalis; Venerabili nobis ſincere in Chriſto dilecto Præpoſito in Embrach ſalutem in Domino: Cùm, prout intelleximus, ſupradicto Reverendiſſimo Domino noſtro Conſtantienſi per te & Confratres ejusdem Capituli de ſubſidio, propter regiam expeditionem pro Imperiali corona conſequenda, inſtructam, ſibi addicto, ſatisfactum exiſtat: Quocirca nos cleri vobis ſubjecti ſalutem affectantes, Tibi auctoritate ordinaria, quam hac in parte fungimur, quoslibet clericos in ſacris & ſub limitibus dicti hujus capituli conſtitutos (his demtis, contra quos proximè Fi-

ſcalis ſupra dicti Domini noſtri Conſtantienſis actionem intentavit) à *concubinatus & Fornicationis vitiis, publicis & occultis hac vice, in forma Eccleſiæ conſueta abſolvendi*, pœnitentias ſalutares injungendi, prout hactenus in ſynodis Epiſcopalibus conceſſum, liberam concedimus in Domino facultatem: Dummodo quis irregularitate ab hoc, divina celebrando, ſe non contaminaverit, quem ad nos remitti volumus tibi committere &, clericum abſolutionem hujusmodi petentem, & recipientem illas ejusdem, per tempus ſubſcriptum & non ultra, nec in aliis, quàm præſcriptis caſibus, debitè tamen ſcriptas, & ſigillo, ſeu ſigneto tuo, cum debita dati & receptionis munitas des, tradas & aſſignes, facultate noſtra hujusmodi ad menſem, à tempore publicationis tibi factæ computandas & non ultra valitura. Et denique hanc noſtram facultatem, ſi à te petitum fuerit, aliis committendi, & Con feſſorem, qui te in caſibus prædictis auctoritate noſtra abſolvere poſſit & valeat eligendi, tibi præſentibus in manus concedimus & indulgemus. Et nihilominus attendendum, quòd conceſſante cauſa, ceſſare debet effectus, te & alios confratres dicti tui capituli per nos pridem ob non ſolutionem ſubſidii charitativi hujus-

jusmodi à divinis ſuſpenſos ad divina & ordinum ſacram adminiſtrationem reſtituendi, duximus & reſtituimus per præſentes. Conſtant. 1508.

X. Diſpenſationes, *verè, (a) diſciplinæ Eccleſiaſticæ, ipſius ſæpe Legis divinæ & honeſtatis, erant (b) diſſipationes, quibus, quicquid ſpeciē vel pietatis, vel honeſtatis, vel Eccleſiaſtici habuit rigoris, laxatum iterum fuit, & ſolutum; vel permiſſum, quod regulis generalibus injungebatur; vel interdictum, quod publicis conſtitutionibus licitum & conceſſum. Súntque aliæ (c)* poteſtativæ, quæ univerſales, *aliæ (d)* actuales, quæ ſingulares.

a. Non ſunt diſpenſationes ejusdem generis. Aliæ enim diſpenſant contra legem divinam, moralem etiam; aliæ contra humanam, Eccleſiaſticam aut Politicam, ut ex ſubjectis patebit exemplis.

b. Ita *Bernhardum* jam appellare ſolitum, conqueſtus Picus Mirandulanus; Vide Tom. VI. pag. 49.

c. Cujusmodi ſunt *Brevia*, quibus Pontifices Legatis ſuis copiam faciunt liberè de iis, quæ illis placebant, diſpenſandi. Exemplum Leonis X. dedimus in Method. leg. Hiſt. Helvet. p. 515.

d. De harum requiſitis, diſcrimine, jure &c. Jam nondum loquemur; pertinent illa ad

ad ipſam *Materiam* Reformationis. Unicum obiter tantùm, hoc loco, repetimus, adeò Simoniam hanc impudenter fuiſſe graſſatam, ut nihil legibus tam ſolidè fuerit conferruminatum, quod vel auro & argento, vel etiam officiis, accedentibus aliis, non potuerit diſſolvi. Legibus cautum erat, *ut ad ordines nemo admitteretur, qui terminum annorum non attigiſſet*; Sed diſpenſationibus hic nexus ſolvitur. Arcebantur vel ab ordinibus, vel officiis ſacris, *quibus natalium legitimorum deerat character*, aut *qui militiam erant ſecuti, homicidii aliorumve exceſſuum rei; qui membro mutilati, aut duello infames notabantur.* Qui infra ætatem, votis ſe obſtrinxerunt, diſpenſationis beneficio ex compedibus ſe iſtis extricare facilę poterãt. Quæ omnia domeſticis iterum exemplis probare poſſumus; debebimus forte etiam, ne quid de noſtro hîc largiri videamur, aliorum miſeriam deſcripturi. Formula ergo diſpenſationis prima, Religioſi videlicet, caſtitatis votum transgreſſi, talis erat: *Frater Jacobus, Abbas Ciſtercij in Cabilonenſi Diœceſi totius noſtri Ciſtercienſis ordinis, & Capituli generalis, plenaria fungens poteſtate,* dilecto nobis in Chriſto Filio, Fratri N. in Monaſterio noſtro de N. profeſſo, & paternæ diſpenſationis gratiam ſaluberrimam exper-

experiri. Sicut dirum Magiſtri peccantibus; ita pium patris affectum verè pœnitentibus, & ad viam vitæ redeuntibus, regularia præcipiunt inſtituta. *Licèt igitur dudum humanæ ſalutis inimico ſuadente laxatis ſacræ caſtitatis habenis in carnis contagium, puerperio inde ſecuto, pluries incideris* Quare tamen, ſicut ex Venerabilis Co-Abbatis noſtri Monaſterii de Salem relatione didicimus, ad cor rediens, vitámque in melius mutare volens, vitam duram, honeſtam, ac religioſam, injunctamque tibi ordinariam pœnitentiam devotè & humiliter peregiſti: ad inſtantiam & ſupplicationem præfati Venerabilis Abbatis noſtri, Monaſterii de Salem tecum miſericorditer agere volentes, ſuper præmiſſis diſpenſandum duximus, *tenoréque præſentium diſpenſamus; ut præmiſſis non obſtantibus ad omnes ordines, actus legitimos, voces, officia, adminiſtrationes & beneficia Abbatiali dignitate incluſa, interveniente tamen pleno conſenſu Abbatis tui, manere poſſis & valeas.* Omnibus & ſingulis dicti Monaſterii de N. aliis Ordinis noſtri regularibus perſonis diſtrictiùs inhibendo, ne præmiſſorum occaſione tibi quicquam imperare (fortè improperare) audeant, aut te ſuper aliqua præmiſſorum moleſtent, ſeu moleſtare

moleſtare præſumant, quominus hac gratia noſtra pacificè uti & gaudere valeas.

2. *Ætatis defectus*, ad publicos capeſſendos honores Eccleſiaſticos, diſpenſatione compenſari poterat. Ita a. Ch. 1512. d. 15. Julii, Jacobus de *Cham*, Canonicus Imbriacenſis, *in* 18. *anno ætatis conſtitutus, contra duos Procuratores ad impetrandum, ſecum diſpenſari ſuper defectu ætatis, & ad impetrandam Præpoſituram Imbriacenſem, poſtquam eam per reſignationem vacare contigerit* &c. petiit. Formula hujus obtinendæ diſpenſationis talis erat: Reverende Pater: Supplicatur Dominationi veſtræ pro parte devoti illius ordinis, Galli Clot, ordinis veſtri, Clerici Baſileens. Diœceſ. & Magiſtri in Artibus, *& in* 23. *ætatis ſuæ anno conſtitutus, quatenus, illi gratiam ſpecialem facere volentes ſuper defectum ætatis, quem patitur, ut eo non obſtante ad omnes ſacros, etiam Presbyteratus ordines à quocunque maluerit Catholico Antiſtite, etiam extra tempora à jure ſtatuta, certè promoveri facere, & in eis poſtea miniſtrare liberè & licitè valeat, diſpenſare & indulgere* &c. dignemini de gratia ſpeciali, conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis & conſuetudinibus, *cæteriſque in contrarium facientibus non obſtantibus* quibuscunque

que, cum clauſulis neceſſariis & opportunis.

3. *Natalium maculis* hæc etiam adhibita fuit ſpongia. Et *primo* quidẽ illegitimo thoro nati, legitimabantur, ut ipſi loqui ſolent, id eſt omnium honorum & munerum, quæ in legittimè natos cadere poterant, reddebantur capaces. Formula *petitoria* hujuſmodi erat: Reverende Pater; pro parte diſcretorum *Auguſtini Molitoris de Culm, Gabrielis Hieronymi*, & *Johannis Fratrum ejus, de Presbytero & ſoluta genitorum,* laicorum, Conſtantienſ. Diœceſ. Provinciæ Maguntinæ, Dominationi Veſtræ humiliter ſupplicatur; quatenus eisdem ſpecialem gratiam facientes de benignitate S. Sedis Apoſtolicæ, cujus legationis officio fungimini, *ipſos legitimare, ac ad omnia & ſingula jura legitima, nec non ſucceſſiones ex inteſtato, hæreditates, legata, libertates honoris prærogativas, officia publica, ſtatus & actus quoscunque legitimos reſtituere & redintegrare, habiles & idoneos ad omnia & ſingula reddere, defectum & inhabilitatem ac maculam geniture ipſorum tollere & abolere* &c. *Deinde*, ne thorus ille fraudi eſſet & impedimento, quominùs vel ad ſacros admitterentur ordines, vel eidem cum parentibus Altari inſervirent, in promtu iterum erat diſpen-

ſationis

ſationis Medicina. *Illius* formula impetratoria erat: Supplicat R. D. V. devotus illius Ordinis, Nicolaus Dolfus de Lucerna, Conſtant. Diœceſ. qui fervore devotionis accenſus deſiderat militiæ clericali adſcribi, *& defectum patitur natalium, de Presbytero genitus & ſoluta, qua ipſum ſpecialibus favoribus & gratiis proſequentes*, ſecum ut, defectu hujusmodi non obſtante, militiæ dericali adſcribi, & ad omnes, etiam ſacros, & Presbyteratus ordines, etiam à quo cunque Catholico Antiſtite, gratiam & communionem Apoſtolicæ Sedis habente, & extra Romanam curiam reſidente, *aliquibus tribus Dominicis, vel feſtivis diebus, etiam extra tempora à jure ſtatuta, alias tamen ritè promoveri*, & poſtquam militiæ clericali ritè inſignitus fuerit, quoscunque, qualecunque & qualiacunque beneficia Eccleſiaſtica, cum cura & ſine cura, aliâs tamen ſe invicem compatientia, etſi unum ex eis Parochialis Eccleſia, vel ejus perpetua vicaria fuerit, ſi ſibi aliâs Canonicè conferatur, recipere, & cum clauſula permutandi toties, quoties, retinere liberè & licitè poſſit & valeat, miſericorditer diſpenſare dignemur de ſpeciali defectu prædicto, *ac Provincialium & Generalium Conciliorum, & quibus is aliis Apoſtolicis, ac in Provincialibus & Generalibus*

Conci-

Conciliis editis, generalibus vel ſpecialibus conſtitutionibus & ordinationibus, nec non Eccleſiaſticis ſtatutis authoritate roboratis; cæteriſque; contrariis non obſtantibus quibuſcunque cum clauſulis opportunis: Et cum *abſolutione à cenſuris* ad effectum: *Et cum diſpenſatione ad ordines*, etiam à quocunque, & ad quæcunque: quodcunq; & qualiacunque cum cura vel ſine cura, compatibiliter, ut præfertur: Et cum clauſula permutationis totiens, quotiens: Et quòd omnium & ſinſingulorum præmiſſorum & circa ea neceſſariorum *major & verior ſpecificatio fieri poſſit in literis.* Et quòd poſſit exprimi ætas ſupplicantis: Ita quòd ætate legitima ſuffragante promoveatur, ut capax ſit beneficiorum, quatenus *non ſit in ætate minus legitima, ut puta* 15. *annorum vel circa conſtitutus.* Poſterioris verò diſpenſationis exemplar ita ſonat: Supplicatur D. V. pro parte devoti illius &c. Damiani de Luceria, Clerici Conſt. Diœc. cum quo olim (ut *non obſtante defectu natalium, quem patitur de Presbytero genitus & conjugata, ad omnes, etiam ſacros & Presbyteratus ordines promoveri*, ac beneficium Eccleſiaſticum, etiam ſi illi cura immineret animarum recipere & retinere poſſit, Apoſtolica auctoritate primò, poſtquam ſe fecit clericali charactere inſigni-

 tum,

tum, *& deinde ſuper defectu ætatis*, quem patitur, in 22. ætatis ſuæ anno conſtitutus, ut eo non obſtante, ex tunc à ſuo Antiſtite & ſtatuto à jure tempore, ad ſacrum Presbyteratus ordinem, alio ſibi Canonico non obſtante, promoveri & in eo miniſtrare liberè & licitè valeat per D. V. extitit diſpenſatio) quatenus illi ulteriorem gratiam facientes, *ſecum, ut in Eccleſia, ubi Pater illius beneficiatus exiſtit, etiam ipſe beneficium Eccleſiaſticum, dummodo tum ſimul in Altaris Miniſterio non miniſtrent*, recipere & retinere libere & licitè poſſit & valeat, *diſpenſare & indulgere dignemur* de ſpeciali gratia, *non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis*, ac ſtatutis & conſuetutinibus dictæ Eccleſiæ, etiam juramento, vel quavis auctoritate roboratis, cæterisque contrariis quibuscunque.

4. *Duella, homicidia, Martiales furiæ*, indèque factæ mutilationes membrorum, Diſpenſationum privilegiis corrigi & expiari etiam poterant. Videar paulò in his recenſendis nævis operoſior, non tamen exiſtimo præter rem me agere, aut curioſi Lectoris deſideriũ, cui ut non obvia hæc ubiq; ſunt, ita ſuperflua cenſeri non debent, quæ ſervilẽ ſuperiorũ ſeculorũ ſtatũ adeò nobis graphicè ob oculos ponunt. Ita *Ludovicus*, Cardinalis Bononiæ Diſpenſationem, ſub

Julii II. anno 8. per Præpoſitum Tigurinum, *Joh. Maniz* conceſſit *Rolando Zech.* Rectori Parochiali Eccleſiæ *Knonavv*, quòd cùm ab Henrico Hirſcorn, injuriis primum, poſtea & verberibus indignè fuiſſet exceptus, dictum Henricum *ita percuſſit & vulneravit, ut ex percuſſionibus & vulneribus, ſicut Domino placuit, ab hac luce migrârit Licet autē exponens*(Rolandus)*in mortē dicti defuncti, de qua aliter quàm ut præmittitur, culpabilis non exiſtit, minimè aſpiraverit, ſed de ea ab intimis doluerit, prout dolet de præſenti; ab aliquibus tamen ſimplicibus & juris ignaris, ac ipſius exponentis forſan æmulis aſſeritur*, exponentem ipſum propter præmiſſa *homicidij reatū incurriſſe, ac irregularitatis ſive inhabilitatis notā contraxiſſe*; ad quorum ora obſtruenda ſupplicare facit nobis humiliter dictus exponens, ſibi ſuper hoc per Sedem Apoſtolicam de optimo remedio miſericorditer provideri. Nos igitur authoritate D. Papæ, cujus primariò curam gerimus, *diſcretioni tuæ committimus, quatenus hi vocatis vocandis, ubi conſtiterit de aſſertis, ſuper quibus tuam oneramus conſcientiam, exponentem ipſum, nullum, propter præmiſſa homicidi reatum incurriſſe, nullamque irregularitatis, ſive inhabilitatis notam contraxiſſe declares &c.* non obſtante dicta Parochiali Eccleſia, &c. ſic idem *Joh. Mantz* in

cauſa diſpenſationis pro *VVolffgango VVyſf* de Thurego, Clerico Conſtant. Diœceſ. *ſuper mutilatione facta ac homicidio inde ſecuto*, ſub pœna excommunicationis, adeſſe & comparere voluit, quos cauſæ examini intereſſe, oportuerat. Reperio inter ſuperioris ſeculi clericos, & Notarios Eccleſiæ Tigurinæ *Johannem VVidmer* Tigurinum, qui, quod & conjugatus eſſet, & Martis poſtea caſtra ſecutus, ſolenni diſpenſationis formula à tot nexibus & anathematismis erat liberandus. Atque hanc coronidis loco adjicere placet mantiſſam. *Mathæus* &c. dilecto nobis in Chriſto, Eccleſiæ Thuricenſis Conſtantienſis Diœc. Præpoſito, ſalutem in Domino ſempiternam. Apoſtolicæ Sedis, cujus legationis officio, fungimur conſueta clementia recurrentium ad eam cum humilitate perſonarũ, poſt exceſſũ ſtatim, libenter conſulere conſuevit, ad illos quoq; dexteram ſuæ liberalitatis extendit, quos ad id aliâs propria virtutum merita laudabiliter recommendant; exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilecti nobis in Chriſto *Joh. VVidmer, de Thurgo, Clerici Conſtant. Diœceſ. Provinciæ Moguntinæ continebat, quòd olim ipſe tunc cum unica, & Virgine, ad præſens defuncta, conjugatus (NB.) & forſan poſt ejus conjugis obitum variis & diverſis*

ſis bellis, nonnulli Chriſti fideles interfecti, alii verò mutilati ac læſi fuerint; neminem tamen propriis manibus interficiendo aut mutilando, ſeu ad id faciendum, auxilium, conſilium vel favorem præſtando, vel dando interfuit. Cùm autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, *uxor* (NB.) *ipſius Johannis ad præſens*, ut præfertur, defuncta exiſtat, ipſéque Johannes, qui aliâs clericali charactererite inſignitus fuit, fervore devotionis motus, cupiat & ſummopere deſideret clericali privilegio ſibi impenſo uti, & ad quatuor minores, & alios ſacros, etiam Presbyteratus ordines promoveri, & poſtquam promotus fuerit in illis, etiam in altaris miniſterio, miniſtrare. Quare, ex parte dicti Johan. nobis fuit humiliter ſupplicatum, *ut eum ab exceſſibus hujuſmodi ac excommunicationis, ac aliis, ſententiis cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis in tales à jure & aliâs quomodolibet latis, & per eum incurſis abſolvere: nec non ſecum ſuper irregularitate, ſi quam incurrit, nec non quòd privilegio clericali prædicto uti, & ad omnes, etiam ſacros & Presbyteratus ordines prædictos ſe promoveri facere poſſit, diſpenſare*, aliâſque ſibi & ſtatui ſuo in præmiſſis opportunè providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur &c. per præſentes mandamus, ſi ita eſt, præfatum Johannem, ſi hoc humiliter pe-

tierit ab exceſſibus hujusmodi, ac excommunicationis, & aliis ſententiis, cenſuris & pœnis Eccleſiaſticis, in eum ut præmittitur, quomodolibet latis & promulgatis, ac per eum incurſis abſolvas, in forma Eccleſiæ conſueta, injunctis ſibi pro modo culpæ pœnitentia ſalutari, ac aliis, quæ de jure fuerint injungenda, *eumque in priſtinos ſtatum, famam & honores, quibus antequam bellis hujusmodi interfuiſſet, quomodolibet erat, reſtituas, reponas, & plenarie reintegres; nec non ſecum cum irregularitate, ſi quam præmiſſoru occaſione contraxit &c. diſpenſes, aboleásque ab eo omnem inhabilitatis & infamiæ maculam ſive notam, præmiſſorum occaſione quomodolibet contractam.* Dat. a C. 1512. 5. *Monaſteriis* inſuper, quæ ut variis urgebantur ſcrupulis, periculoſisq; innectebantur laqueis, ita frequentes per diſpenſationes elabendi quærebant rimas. Si quibus, *prætextu ætatis, non placuit vitam Monaſticam continuare*; abrumpi illa poterat beneficio diſpenſationis. Formulam ſupplicationis pro libertate vitam Monaſticam cum ſeculari commutandi inſeruimus P. V. *Hiſt. Eccleſ.* pag. 455. Exemplum autem memorabile, p. 450. Quibus verò, *poſt continentiæ recepta repagula viſum fuit* ad clauſtra redire, iis quoque uſitatis & conceptis formulis via iterum ſter-

ſternebatur. Tales erant; quas analecta nobis noſtra Hiſtorica ſuppeditant; ſequentes: *Reverendiſſime Pater*; Exponitur D. V. pro parte devotæ illius Oratricis Annæ Karrer, Profeſſæ tertii ordinis beati Franciſci in Cluſein ſylva Schvvabendingen, Conſtant. Diœceſ. quòd ipſa *aliâs carnis libidine procurata à quodam laico ſoluto conceperit, & prolem exinde procurârit, ac ob id à conſororibus piis, uſurpata authoritate ſeu verius audacia, à dicta domo excluſa, & omni ſpe redeundi ad eandem, licèt frequenter id precibus exegerit, fruſtrata, injurioſíſque verbis & contumeliis ſæpe affecta, demum habitum ipſum ordinis, quo ſe convenientius in ſeculo enutrire poſſet, depoſuit & ſic in ſeculo permanſit, & permanet de præſenti.* Cùm autem, Pater Reverendiſſime, dicta oratrix, ex magno devotionis fervore, quem ad dictum ordinem gerit, cupiat ac magnopere deſideret, dicti ordinis habitum reaſſumere, & ad dictam ſuæ Profeſſionis domum redire, & ibidem Altiſſimo perpetuo famulari, doleâtque ex intimis de commiſſis, atq; condignam emendam deſuper facere proponat; ſupplicat igitur eadem D. V. humiliter dicta Oratrix, quatenus illi ſpecialem gratiam facientes, *ipſam ab Excommunicationis ſententia, ac aliis cenſuris & pœnis Eccleſiaſticis, ſi quibus præmiſſorum occaſione,*

tierit ab exceſſibus hujusmodi, ac excommunicationis, & aliis ſententiis, cenſuris & pœnis Eccleſiaſticis, in eum ut præmittitur, quomodolibet latis & promulgatis, ac per eum incurſis abſolvas, in forma Eccleſiæ conſueta, injunctis ſibi pro modo culpæ pœnitentia ſalutari, ac aliis, quæ de jure fuerint injungenda, *eumque in priſtinos ſtatum, famam & honores, quibus antequam bellis hujusmodi interfuiſſet, quomodolibet erat, reſtituas, reponas, & plenarie reintegres; nec non ſecum cum irregularitate, ſi quam præmiſſoru occaſione contraxit &c. diſpenſes, aboleásque ab eo omnem inhabilitatis & infamiæ maculam ſive notam, præmiſſorum occaſione quomodolibet contractam.* Dat. a. C. 1512. 5. *Monaſteriis* inſuper, quæ ut variis urgebantur ſcrupulis, periculoſisq; innectebantur laqueis, ita frequentes per diſpenſationes elabendi quærebant rimas. Si quibus, *prætextu ætatis, non placuit vitam Monaſticam continuare*; abrumpi illa poterat beneficio diſpenſationis. Formulam ſupplicationis pro libertate vitam Monaſticam cum ſeculari commutandi inſeruimus P. V. *Hiſt. Eccleſ.* pag. 455. Exemplum autem memorabile, p. 450. Quibus verò, *poſt continentiæ recepta repagula viſum fuit* ad clauſtra redire, iis quoque uſitatis & conceptis formulis via iterum ſter-

ſternebatur. Tales erant; quas analecta nobis noſtra Hiſtorica ſuppeditant; ſequentes: *Reverendiſſime Pater*; Exponitur D. V. pro parte devotæ illius Oratricis Annæ Karrer, Profeſſæ tertii ordinis beati Franciſci in Cluſe in ſylva Schvvabendingen, Conſtant. Diœceſ. quòd ipſa *aliàs carnis libidine procurata à quodam laico ſoluto conceperit, & prolem exinde procurârit, ac ob id à conſororibus piis, uſurpata authoritate ſeu veriùs audacia, à dicta domo excluſa, & omni ſpe redeundi ad eandem, licèt frequenter id precibus exegerit, fruſtrata, injuriosiſque verbis & contumeliis ſæpe affecta, demum habitum ipſum ordinis, quo ſe convenientius in ſeculo enutrire poſſet, depoſuit & ſic in ſeculo permanſit, & permanet de præſenti.* Cùm autem, Pater Reverendiſſime, dicta oratrix, ex magno devotionis fervore, quem ad dictum ordinem gerit, cupiat ac magnopere deſideret, dicti ordinis habitum reaſſumere, & ad dictam ſuæ Profeſſionis domum redire, & ibidem Altiſſimo perpetuo famulari, doleâtque ex intimis de commiſſis, atq; condignam emendam deſuper facere proponat; ſupplicat igitur eadem D. V. humiliter dicta Oratrix, quatenus illi ſpecialem gratiam facientes, *ipſam ab Excommunicationis ſententia, ac aliis cenſuris & pœnis Eccleſiaſticis, ſi quibus præmiſſorum occaſione,*

innodata, exiſtit, abſolvere, aliásque ſtatui ſuo ſuperpræmiſſis opportunè providere: ſeu provideri, demandare, de benignitate Sedis Apoſtolicæ dignemur de gratia ſpeciali, *non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti ordinis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam juramento confirmatis, privilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis eidem ordini, & præſertim dictæ domui, ac ſororibus illius, & Dominis temporalibus Turicenſibus, quomodolibet conceſſis, etiamſi (NB.) in illis caveatur expreſſe, quòd nemo in eandẽ domum recipi poſſit, niſi Domini Thuricenſes conſenſum ſuum deſuper præſtiterint, quibus hac vice duntaxat derogare placeat*: Cæterisque contrariis quibuscunq;, cum clauſulis conſuetis & opportunis. Et cum *abſolutione* ad effectum præſentium: Et de *abſolvendo oratricem* ab Excommunicatione & aliis ſententiis, & cenſuris eorum, quatenus opus eſt. Et quòd *habitum ordinis reaſſumere*: Et ad domum Profeſſionis poſſit redire &c. ut ſup. Et cum *derogatione opportuna ſtatutorum*, privilegiorum indultorum, & literarum Apoſtolicarum, aliorúmque contrariorum quorumcunq;, ut ſupra. Et quòd omnium & ſingulorum præmiſſorum, aliorúmque neceſſariorum major & verior ſpecificatio poſſit fieri in literis. Si *rigidioris*

vitæ

vita fibula ſtrictior moleſta fuit, laxationem facile, qui religioſorum nomine gaudebant, per diſpenſatores obtinuerunt. Fæminino cumprimis ſexui hac in parte multum fuit indultum, usq; adeò, ut Monialibus certo tempore Monaſteria relinquere, cum ſuis domi habitare, veſtitũ augere, mutare, balneis naturalibus uti, per viſitatores licuerit. Hanc gratiã *Veſtalibus* fecit *Toſſenſibus* Leonhardus S. Suſannæ Presbyter Cardinalis, juxta Bullam, quæ in manibus adhuc noſtris eſt. Ea verò ita habet: *Leonhardus miſeratione Divina tituli S. Suſannæ Presbyter Cardinal. dilectis in Chriſto, Prioriſſæ, & Monialibus Monaſterii in Thöſſ.* ordinis S. Dominici, Fratrum Dominicanorum, ſub Regula S. Auguſtini degentium, Conſtant. Diœceſ. Provinciæ Mogunt. Salutem in Domino: Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, quòd licèt vos, *in quantum (NB.) humana patitur conditio, in veſtro* (& certè devotionis nomine cœnobium illud Pontificiis ſcriptoribus placuiſſe, ex Helvet. S. *Mureri* p. 358 patet.) *Monaſterio, juxta illius regularia inſtituta hactenus laudabiliter vixeritis*, & ita in futurũ, Deo duce, vivere intendatis, atq; proponatis; quia tamen interdum contingit, Vos, *vel aliquam veſtrum, aliqua ſui corporis infirmitate ſeu indiſpoſi-*

diſpoſitione gravari & opprimi, dubitantes, in Monaſterio, hujuſmodi ſuffragia vobis neceſſaria commodè ſecundum exigentiam veſtram miniſtrari cuperetis, infirmitate ſeu indiſpoſitione corporis veſtri hujuſmodi occurrente, Monaſterium prædictum exire, & ad domos parentum, conſanguineorum, vel affinium veſtrorum, vel etiam ad balnea naturalia accedendi, nec non, eo quòd expenſas & alia gravia onera inconſueta, quæ modernus viſitator ſub colore, ſeu clypeo viſitationis nos ſubire compellit & cogit perferre, neque ſuſtinere valeatis modernum (NB) & pro tempore exiſtentem Priorē Monaſterij ſeu Domus S. Dominici, oppidi Thuricenſis, dictæ Diœc. ſub cujus oppidi jurisdictione temporali dictum Monaſterium ſitum exiſtit olim, ut aſſuetum, vobis & quæ erant pro tempore in dicto veſtro Monaſterio, Prioriſſæ & Monialibus pro viſitatione, Apoſtolica authoritate, Canonicè conceſſum & deputatum, juxta ipſius conceſſionis Apoſtolicæ tenorem, in viſitatatorem veſtrum, loco ipſius Viſitatoris moderni, deputari & concedi, ſalutem propriam efficaciter procurare intendentes, ſupplicari feciſtis humiliter, vobis pro tempore exiſtentibus dicti Veſtri Monaſterii Prioriſſæ & Monialibus ſuper his per Sedem Apoſtolicam de opportuno remedio nunc provideri: Nos igitur, qui ſingularum animarum ſalutem ferventi deſiderio affectamus, authoritate D. Papæ,

pæ, cujus primariò curam gerimus & de ejus ſpeciali & expreſſo mandato ſupēr hac vivæ vocis oraculo nobis facto, ſuperioris noſtri, per vos vel alium ſeu alios petita, licèt nō obtenta; & quamdiu vos, vel aliquos veſtrum, aut etiam parentes, fratres, ſorores & conſanguineos vel affines veſtros, ulliúsque ſexus vel eorum aliquos mori, vel infirmitate, ſeu indiſpoſitione corporali gravari vel opprimi, aut peſtem vel aëris temperiem in dicto veſtro Monaſterio agere reſpectivè contigerit, *dictum veſtrum Monaſterium exire, & ad domos parentū, conſanguineorum & affinium veſtrorum, ac etiam ad balnea naturalia vos conferri & accedere ipſos parentes, fratres, ſorores, conſanguineos, & affines*; ſi nimirum infirmitatibus, & aliis perſonis æquè idoneis provideri non poſſit, viſitare & inibi infirmitatibus, ſeu indiſpoſitionibus, aut peſte, vel aëris intemperie hujuſmodi durantibus, habitu omni veſtro retetento, & honeſtè vivendo, donec convalueritis vel convaluerint, permanere & ſtare, curámque ſecundùm conſilium Medicorum recipere, *& interim victum & veſtitum, ac ſi in ipſo Monaſterio, tempore prædicto, maneretis, habere: nec non modernum, & pro tempore exiſtentem dictæ domus Thuricenſis, prædictum, juxta privilegia Apoſtolica vobis ſuper hoc, ut*

aſſe-

aſſeritur, antiquitùs conceſſa in viſitatorem veſtrum habere, eligere & deputare, ac etiam loco certo veſtis Sargiæ albæ, quam, ſub ſcapulari defertis, aliam lineam deferre & aſſumere propria, liberè & licitè poſſitis & valeatis &c.

b Unicum impertitæ diſpenſationis addemus exemplum à *Johanne Fabri*, Vicario Conſtantienſi, qui tamen, ut præcedenti Tomo oſtendimus Sanſonii, Indulgentiarum Inſtitoris, impudentiæ graviter erat indignatus. Sacerdotem tamen is abſolvit *Concubinarium*, vel *fornicantem* ſequenti diplomate: *Vicarius* Reverendiſſimi in Chriſto Patris, & Domini, & Domini Hugonis, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopi Conſtantienſis in ſpiritualibus generalis, dilecto in Chriſto Domino, Decanatus S. Galli ſalutem in Domino: Pro parte dilecti in Chriſto Udalrici N. Capellani in Hundsvvil, oblata nobis petitio continebat, *quòd ipſe, heu! miſera carnis fragilitate ſeductus, ſe, cum quadam perſona ſoluta antea, corrupta, ac pro virgine minimè habita, quæ ſibi licet continuè non cohabitârit, tamen in domo ſua ſæpius viſa fuerit, fornicationis vitio coinquinaverit, prolem ex ea procreando contra decentiam & honeſtatem clericalem pœnas & ſententias in tales, à jure & ab homine promulgatas in cur-*

currendo. Cùm autem, ut dicta ſubjungebat petitio, ipſe exponens de præmiſſis compunctus corde doleat, & vitam ſuam in melius emendare intendat; officio noſtro humiliter implorato petivit, ſibi in præmiſſis de opportunæ abſolutionis beneficio per nos miſericorditer provideri nos itaque attendentes quod ſancta mater Eccleſia neminem ad eam redunti, & veniam poſtulanti gremium claudit, Tibi, præſentibus, auctoritate ordinaria committimus, *ſi eſt ita (NB.) audita dicti Udalrici peccatorum Confeſſione, eundem ab exceſſu & crimine prædictis, pœnisque & ſententiis, quas ob hæc incurrit; nec non peccatis ſuis aliis, quæ Tibi confitebitur, occultis, in caſibus Epiſcopalibus, propter quæ Sedes Apoſtolica meritò non fuerit conſulenda, hac vice, in forma Eccleſiæ ſolita abſolvas, & ſibi pro modo culpæ pœnitentiam injungas* in Domino ſalutarem, & quòd deinceps ſimilia non committat, & alia quæ pro tanto fuerint injungenda. Nos enim ſibi & ſtatui ſuo ampliori gratia providere cupiétes ſecum ſuper irregularitate, ſi quam ex præmiſſis divina, *non tamen in contemptum clavium celebrando, contraxit*, poſt impenſum ſibi per te vigore præſentium abſolutionis beneficium &c. miſericorditer in Domino diſpenſamus. Conſtant. 1520.

XI. Fra-

XI. Fraternitates *denique multis nominibus ad hanc Simoniacæ officinæ pertinent mercaturam, tum quòd momentum illarum & prætenſa virtus in communione & communicatione operum ſupererogationis conſiſtat; tum quòd theſaurus ejusmodi Fraternitatum non minùs venalis, fuerit quàm reliquarum Indulgentiarum: tum denique, quòd ipſarum etiam Fraternitatum fulcrum & columen prodigus ſit Indulgentiarum apparatus.* Obſervo autem in patria noſtra, *Auguſtinianos* cumprimis, pro hoc inſtituto acriter pugnâſſe. Nam & in urbe *Conventuales* illi Fraternitatem in *honorem paſſionis Chriſti*, a. D. 1499. confirmari petierunt, ut oſtendimus P. V. p. 56. & extra urbem in *monte Thuricenſi*, & cum Monialibus Intzikofenſibus, ut cum Eccleſia Marbacenſi jura τῆς φρατρίας coluerunt. De *illis* videatur P. V. Hiſt. Eccl. p. 522. De *hac* ipſa Monaſterii acta ita loquuntur: *In nomine Dei; Ego Bernhardus, humilis Marbacenſium Eccleſiæ Miniſter, præſentium & futurorum notitiæ transmitto; qualiter Canonicos S. Martini in monte Thuregum, primum à nobis regulari diſciplina inſtitutos, noſtræ fraternitatis ſocios eſſe, Charitas & Sp. S. ordinavit: Commonitus namque precibus & deſideriis Domini Gebezonis, Venerabilis eorum Præpoſiti, juſſuque Scripturæ dicentis,* Orate

pro

pro invicem, ut ſalvemini, *tum voluntati noſtra, quàm cordi eorum, beneplacitam hujusmod fieri conventionem inter nos conceſſi, ut prænunciato cujuslibet Fratris obitu in capitulo primum cantetur:* Verba mea &c. *& officium Miſſa cum vigilia. Deinde ſinguli Sacerdotes tres Miſſas celebrent: Inferioris ordinis Fratres, Pſalterium. Illiterati centies quinquagies Pater noſter dicant; tres prabenda pro ſingulis in refectionem pauperum tribuantur. Idem præterea Fratres à Deo benedicti, Capitulum & clauſtrum teneatur, ſintque unum nobiſcum in Chriſto, ſimulque his præmiſſis reddere viciſſitudinem intelligant & ſtudeant.* Hæc in teſtimonium factæ fraternitatis Sigilli noſtri ſignat impreſſio. Plura de Fraternitatibus, Sp. S. Apoſtolorum, Roſarii cæleſtis; Rochi, Ittæ diximus P. V. p. 507. *Hodeg.* P. III. p. 416. &c.

XII. *Etſi verò impudentia Quaſtura Indulgentiaria diu ſatis fuerit graſſata, ad ſummam tamen, Reformationis tempore, erupiſſe videtur maturitatem, id quod ex accuratiori ſeculi illius Hiſtoria patet.*

Hanc jam movere Camarinam ſumma nos cogit neceſſitas. Vix fidem multi adhiberent, adeò rem perfricta fronte, excuſſo omni pudore, geſtam fuiſſe, niſi mortui loquerentur, & teſtimonium nobis perhiberent authentica Inſtitorum documenta.

Quo-

Quomodo in Germania propudioſa illa extruſa fuerit merx, ſuprà vidimus ipſius Thecelii in medium allato Indulgentiarum exemplari. T. VI. pag. 189. quibus cum conjungi poſſunt, quæ promſimus in *Primit. Heidelb.* pag. Non audent Doctores Pontificii negare, hanc Simoniam protinus γυμνῆ κεφαλῆ fuiſſe exercitam. *Alphonſus de Caſtro* iis, quorum ſuprà jam pag. 30. facta eſt mentio, poterit addi. Ita autem ille, lib. 2. pag. 34. *Cùm Lutherus rabulas quosdam indulgentiarum præcones audiviſſet, qui tot ac tanta (ut hujus farinæ homines ſolent cauſa majoris quæſtus effutire) de Indulgentiis dixerunt, ut illis obviandum fore decerneret.* Quid in *Helvetia* ab impudentiſsimis agyrtis fuerit tentatum, & quid Majores noſtros, ut Simones Romanos ſua ſibi habere juberent, impulerit, paulò prolixius examinabimus, totum illud monopolium ex archivo noſtro in apricum prolaturi. Cùm annis 1517. & 1518. Leo X. ſub prætextu ædificii Petrini (aliam enim emendicatæ pecuniæ cauſam fuiſſe, ne ipſe quidem *Guicciardinus* diſſimulare potuit) Indulgentias ſuis etiam Confœderatis, *Helvetiis* exponi voluiſſet, rem per hominem vafrum & verſipellem, Monachum Franciſcanum F. *Bernhardinum Sanſonium*, Mediolanenſem curatatam voluit.

luit. Nam & facundus erat,& feliciter Helvetiorum pecunias emunxit,usq; adeò, ut ciſtæ & argento & argenteis vaſis refertæ, per Sarunetes in Italiam deportatæ fuerint: Quin & ipſe, tribus Pontificibus multa aureorum millia corraſiſſe ſe, jactabat: Prodigus ubique fuit Bullarum, & poteſtatis acceptæ præco. Sibi non culpam tantùm; peccatum tam præteritum, quàm futurum; remittere eſſe conceſſum;ſed & pœnam: Adipſum in pelvi nummi ſonitum; gratiam emtori paratam. Sed & diſpenſationibus, quibus graviſſimis enormitatibus veniam promiſit rem ſuam immane quantum auxit. Nec animas in Purgatorio ita arctè detentas, quin Indulgentiarum ſuarū beneficio liberare poſſet: quo lenocinio vel ultimò facile teruncio inſidias ſtruxit: Quocunq; autem locorum ille pervenerat, jam ante per ſuos, qui primarii eſſent, καὶ ὑπείροχοι ἄλλων, diligenter inquiſiverat; ut & muneribus, & gratiæ Pontificiæ elargitionibus corruptos libidini ſuæ ſervire cogeret: Aliis turpiter ſua loquacitate impoſuit; alii ex ungue leonem, impoſtorem,& impudentiſſimum thraſonem, qui etiam committendis peccatis veniam polliceri auderet, deteſtabantur. Cùm circa æſtatem 1518. primùm in has oras ve-

 niret,

niret, ſuperatóque Gothardi monte, *Uranios* ſalutaret, exiguo ſtipatus commitatu, initium ſuæ nundinationis fecit. Poſtea verò cùm emtores plures inveniſſet, *Tigurum* conceſſurus, μετὰ πολλῆς φαντασίας, ingenti apparatu & ſatellitio, ut vel Principum Legatos provocare potuiſſet. Sed *Suitiam* primò venit, ubi Zuinglius, qui in Eremo tum adhuc erat, graviter in Monachum detonuerat: Menſe demum Septembri *Tugij* appulit, ubi per triduum ſuas venũ expoſuit merces. Cumq; adeò magno numero emturientes concurrerent, ut difficilis ad erectam crucem & ciſtam eſſet aditus, famulorum quidam clamârat: *Ne, quaſo, vobis mutuo ita moleſti ſitis. Illis primum pateat aditus, qui pecunia ſunt inſtructi: Pauperum poſtea habebitur ratio.* Quæ vox Simoniaca optimos quosque graviter offendit. Tugio *Lucernam* abiit & ad Subſylvanos, utrinque marſupium deportavit nummatum. *Bernæ* quid effrènis auſus fuerit circumforaneus, publica Præpot. Reipublicæ acta dubitare nos non ſinunt. Admiſſus in urbem Inſtitor in eorum, quibus Pontificia decreta oracula erant, gratiam ſe inſinuavit, commiſſionis ſuæ *diplomata* omniúmque Helvetiæ Cantonum in S. Vincentii templo inſignia ſuſpendit. Miſſam ipſe, inſpectante magna homi

hominum frequentia celebravit, ut Petrinæ Ædi, pro qua laborabat; pararios conciliaret. Veniã nulli facilè negavit; diplomata tam chartacea, quàm membranacea prodigè diſtribuit; nihil tamen cuiquam gratis. Duobus *Urſis* (quos ab impreſſa figura Batzen ſive Bätzen nomen accepiſſe veriſimile eſt) quibus res erat anguſta domi; cæteris majori pretio proſtabat locupletiſſimus Indulgentiarum; & diſpenſationum theſaurus. Coronatum ditiores qui, ſibi ſingulis, qui verò (nam ne hoc quidem iis negabatur) integris vel civitatibus, vel præfecturis hac Pontificis gratia conſultum voluerunt, liberaliorem ſolutionem afferre debuerunt. Exempla dedimus in *Hodeg*. P. III. pag. 464. Cum diſceſſus inſtaret; convocatis per campanas Civibus Urbis in templo Majori poſt meridiem; per *Henricum Lupulum*, Collegii Canonicum, ipſo; veluti Mercurio, in chori altari medio ſtante, triplicem Pontificis gratiam promulgari voluit: *Primâ*, ex ſuperabundanti Chriſti & omnium Sanctorum Theſauro, omnibus tum præſentibus; qui flexis genibus peccata confiterentur; orationem Dominicam cum ſalutatione Evangelica ter recitarent; omnium peccatorum remiſſionem; à culpa & pœna conceſſit, eique,

quam in Baptiſmo habuiſſent, integritati reſtituit. *Secundâ* in ipſum Purgatorium perrupit; ut quiter quotidie Templum majus orantes circuirent, animam, quam vellent, liberarent ex Purgatorii flammis. *Tertia* omnium erat liberaliſſima. Poſtquam enim ſinguli genibus flexis quinquies tum orationem Dominicam, tum ſalutationem Angelicam, in defunctorum ſubſidium, recitâſſent, elata exclamavit voce: *Ab eo momento omnes Bernenſium defunctos, ubicunque exceſſiſſent; ſimul liberatos tam ab inferorum, quàm Purgatorij cruciatibus, & in cœlum translatos.* Abiturus prolixè commendat privilegia & gratias, quas D. D. Bernenſibus fuiſſet impertitus: Habere ergo illos cauſas & Deo agendi gratias; & filiale ſuum obſequium Sedi deinceps Romanæ probandi: oblatóque Senatui & Populo Bernenſi *Confeſſionali*, & ἀσύμβολον Bernâ abiit; & crumena turgida auctus. Ut verò, cujuſmodi Indulgentiarum ſive Confeſſionalium Bernæ tum temporis & alibi per Helvetiam diſtractarum fuerint formulæ; pateſcat, authentico iterum exemplo miſerum ſuperioris ſeculi ſtatum depingere liceat. In membrana, quod amicus communicaverat, erat exemplar, XIII. *florenis Rhenenſibus*, ut à tergo notabatur, *emtum ab Antonio*

nio Spilmanno: Eſtq; tale διαῤῥήδην: Leo Papa X. Univerſis præſentes literas inſpecturis pateat, *qualiter propter eleemoſynariã contributionem factam juxta formam Apoſtolici indulti infra ſcripti, in ſubſidium fabricæ Baſilicæ, Principis Apoſtolorum de urbe conceſſum eſt,* ut Magnificus & Nobilis D. Antonius Spilman cum uxore ſua D. Dorothea Roſſin, cum filiabus ſuis, & Ægidio, Patre ſuo, cum tota familia ſua uti, potiri, & gaudere valeant beneficio & indulto Apoſtolico per literas ſub plumbo datas Romæ apud S. Petrum in ſubſidium & reparationem Baſilicæ, Principis Apoſtolorum de urbe, à S. D. N. Leone Papa X. noviter emanatas, anno incarnationis Dominicæ 1517. 18. Cal. Octobris, Pontificatus verò ejuſdem anno quinto: Et facultatis ſive Commiſſionis á præfato S. D. N. in & ſuper eisdem literis conceſſæ & factæ Reverendiſſimo in Chriſto Patri & Domino, D. Chriſtophoro de Forlivio, Tituli S. Mariæ in Ara Cæli Presbytero Cardinali, ac totius ordinis Minorum Miniſtro Generali ſuper 25. provinciis in Bulla numeratis: Et ſub quibus etiam tota Italia, Sicilia, Corſica, Creta, Cyprus, Rhodus uſque ad Hieroſolymam: Dalmatia, Croatia, Boſna, Hungaria, Auſtria, Bohemia, Polonia, ac Inſulæ maris

mediterranei continentur; & conſequenter mihi infra ſcripto, tanquã ab eo prædicta authoritate Apoſtol: deputato & delegato, ac etiam (*hæc in margine*) præfati S.D.N. Papæ Nuncio & Commiſſario Apoſtolico Generali in partibus Dominorum Helvetiorum, prout patet in literis Apoſtolicis datis Romæ in forma Brevis, apud S. Petrum p. 15. Novemb. 1517. quantum ad infra ſcripta, videlicet, quod præfati poſſint *idoneum eligere Confeſſorem*, Presbyterum, ſecularem vel Regularem, cujuſcunque ordinis etiam Mendicantium; qui Confeſſione eorum diligenter audita, pro commiſſis hactenus tempore electionis per eos exceſſibus, delictis, & peccatis quibuſcunque, *etiam Sedi Apoſtolicæ reſervatis; & à Cenſuris Eccleſiaſticis, etiam quarum abſolutio dictæ Sedi reſervata foret:* Etiam de his, quæ in Cœna Domini reſervantur (præterquam occaſione machinationis in perſonam ſummi Pontificis; occiſionis Epiſcoporum, Prælatorum, & injectionis manuum violentarum in illos, aut alios Prælatos; falſificationis Bullarum, aut literarum Apoſtolicarum, delationis armorum, aut aliorum prohibitorum ad partes in fidelium Aluminum Tulphe; ac de partibus infidelium ad fideles contra prohibitionem Apoſtolicam

cam delatorum inverſis, *non tamen ſub ſpe & prætextu præſentis Commiſſionis*, ac prævia ſatisfactione de jure competenti) in vita ſemel, nec non in articulo mortis, & quotiens de illo dubitatur; abſolutionem & remiſſionem ac plenariam Indulgentiam impendere: In non reſervatis verò caſibus & Cenſuris, licet aliis, inferioribus Papa, forent reſervati, totiens, quotiens id petierint, abſolutionem impartire, ac pœnitentiam ſalutarem injungere. Ac quæcunque tunc per eos emiſſa vota (ultramarino, ingreſſus religionis, ac caſtitatis votis duntaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare: *Omnia inſuper juramenta in quibusvis contractibus, inſtrumentis & obligationibus (præter quam in foro Cameræ) appoſita, ad effectum agendi duntaxat, relaxare:* Et ab eisdem, nec non à quocunque perjurio abſolvere valeat. Similiter præfati eligentes, Quadrageſimalibus, *& aliis temporibus prohibitis, ovis, butyro, caſeo, & aliis lacticiniis, ac etiam carnibus de utriusque Medici conſilio*, uti, frui, veſci liberè & licitè, & absque conſcientiæ ſcrupulo poſſint. Nec non omni tempore anni, etiam in die Paſchatis, & in mortis articulo (ſine tamen Rectoris & proprii Curati præjudicio) Euchariſtiæ ſacramentum ubicunque voluerint, & à

quocunque Presbytero, ſeculari vel regulari devotè ſuſcipere: *Et ſi perſonæ Nobiles aut Presbyteri extiterint* altare portatile, quod cum debita reverentia & honore retineant, & ſuper quo in locis ad hoc congruentibus & honeſtis, etiam non ſacris, & Eccleſiaſtico interdicto, generali & ſpeciali, tam Apoſtolica, quam ordinaria authoritate ſuppoſitis (dummodò hujusmodi interdicto cauſam non dederint) habere etiam antequam eluceſcat dies (circa tamen diurnam lucem) in ſua ac ſuorum domeſticorum præſentia, juxta formam capituli, Alma, de ſententia excommunicationis, libro ſexto: Miſſas & alia divina officia per ſe ipſos, qui Presbyteri ſunt, aut pro tempore erunt, celebrare, ſeu per alios ſacerdotes celebrari facere. Tempore quoque interdicti iſtiusmodi divinis intereſſe, & eorum corpora (ſine funerali tamen pompa) Eccleſiaſticæ tradi ſepulturæ. *Ac demum tot & ſimiles Indulgentias & peccatorum remiſſiones, quas ſi ſingulis diebus Quadrageſimalibus & totius anni ſingulas dictæ nobis & extra Eccleſias, quæ Chriſti fidelibus propter ſtationes dictæ urbis aſſequendas, viſitari ſolent,* perſonaliter viſitarent, aliquam vel aliquas Eccleſiam vel Eccleſias, juxta ejusdem Nuncii & commiſſarii, ſeu deputandi, vel depu-

deputandorum, aut ſubdelegandorum al eo providam ordinationem ſuper hoc faciendam devotè viſitando, *& in capſis* (NB.) *ad hoc in ſubſidium dictæ fabricæ, per eosdem deputandis*, *pias eleemoſynas effectualiter porrigendo conſequeretur*, auctoritate Apoſtolica per dictas literas conceſſa, conſequi poſſint & valeant. *In margine ſua videtur manu Samſonius adſcripſiſſe*: Pro ſtationibus conſequendis conceditur, ut eligant, quamcunque Eccleſiam voluerint, dicendo ter Pater noſtri; & totidem Ave Maria.) Conceditur etiam Apoſtolica authoritate, ut accipiens iſtud Confeſſionale, & juxta ordinationem Commiſſarii, & ab eo deputatorum manus adjutrices ad opus fabricæ porrigens, *omnium ſpiritualium bonorum, quæ fient in tota univerſali Sacro-Sancta Eccleſia militante, particeps in perpetuum fiat.* Conſtitutionibus & ordinationibus, ac literis Apoſtolicis quorumcunque Prædeceſſorum Romanorum Pontificum, *præſertim Pauli II. & Sixti IV.* quibus expreſsè & ſufficienter per dictas literas derogatur; cæteriſque aliis in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuscunq;. Adhæc præfatus S. D. N. per prædictas literas inhibet ordinariis & aliis quibuscunque ſub Excommunicationis latæ ſententiæ; *& quingentorum Ducatorum*

 auri

auri fabrica prædicta applicandorum pœnis, ne poſt conceſſionem, confeſſionem, & abſolutionem hujusmodi, de præmiſſis caſibus, ſe quovis modo intromittere, vel tales contribuentes, quominus hujusmodi facultatibus & gratiis liberè uti, potiri & gaudere valeant, impedire aut moleſtare. Aut ipſi Commiſſario, vel delegandis, vel ſubdelegandis ab eo, aut eorum Ordine regularis obſervantiæ, *modo aliquo in præmiſſis, vel eorum occaſione detrahere. Aut eosdem, dictas Indulgentias, & facultates* (NB. hæc iterum Inſtitoris manu) *emiſſe, vel ſuper eis cum aliquo conveniſſe, & compoſuiſſe, præſumant aſſerere.* Iſta tamen Confeſſionalia ſe nō extendunt *ad commutationes votorum emiſſorum, ſive abſolutiones peccatorum commiſſorum, ante receptionem illorum*; quia tunc de emiſſis votis, ſive commiſſis peccatis, aliâs reſervatis, debent abſolvi, ſive diſpenſari à Deputatis: Suffragabuntur autem poſtea pro futuris. In quorum omnium præmiſſorum fidem ego *F. Bernhardinus Samſon*, de Mediolano, Ordinis Minorum, Regularis obſervantiæ ad præmiſſa deputatus, manus propriæ ſubſcriptione, & ſigilli impreſſione munitas præſentes tradidi literas, & conſignavi. Dat. Bernæ 1518. d. 15. in Novemb.

Forma plenaria Abſolutionis, præmiſſa Confeſſione:

ſione : Miſereatur Tui, &c. Et poſt verba communis abſolutionis dicat Sacerdos: *Iterum, auctoritate Apoſtolica tibi conceſſa, & mihi commiſſa, te abſolvo ab omnibus peccatis, delictis, & exceſſibus, quantumcunque enormibus hactenus per te commiſſis: Ac à cenſuris quomodolibet incurſis: Etiam Sedi Apoſtolicæ reſervatis, in quantum mihi facultas conceditur. Et iterum remitto, per plenariam Indulgentiam omnem pœnam in Purgatorio tibi debitam pro præmiſſis: Ac reſtituo te illi innocentiæ & puritati, quam in Baptiſmo accepiſti, ita quòd decedenti Tibi ab hoc Seculo clauſæ ſint portæ pœnarum, & apertæ Janua deliciarum Paradiſi.* Et, ſi hac vice non morieris, ſalva ſit tibi nihilominus iſta gratia, quum aliâs in mortis articulo, in nomine Patris, & Filii, & Sp. S. Amen. *Frater Bernhardinus Sanſon,* Commiſſarius Apoſtolicus, m. prop. Lernam & ſentinam vel hoc unum Indulgentiariæ mercaturæ ſpecimen, continere, & à quo meritò mens pia, leviterque Chriſtianiſmi regulis imbuta, abhorreat, ſuo loco videbimus: in ipſa jam pergendum Hiſtoria. *Lentzburgum* Bernâ profectus eſt; ibique agyrtæ inſtar, merces expoſiturus repulſam tulit à Paſtore Staufbergenſi, *M. Johanne Frey*, qui, authoritate Epiſcopi Conſtantienſis munitus, hominis propudioſæ licen-

licentiæ frænum injicere auſus eſt. Cùm enim novi hoſpitis impudentia ad aures *Hugonis*, Conſtantienſis, perveniſſet, ægrè, hominem peregrinum, inſalutato ordinario, adèo agere protervè & temerè, tulit: Scripſit proinde Tigurum, ad *Zuinglium*, cæteróſque loci Paſtores, ut, quia Bullas ſuas & Credentiales literas, quas vocant, hactenus Sanſonius non oſtendiſſet, ne Templorum quidem acceſſus ei pateret. Vicarius cumprimis, *Johannes Fabri* graviter in Monachum illum, ejûsque mercem erat invectus, ut vel ex iis quæ Tom. *ſuperiori* VI. ipſius manu ad Zuinglium ſcripta produximus, eſt manifeſtum. Sed adunco naſo Paſtoris *Staufbergenſis* inhibitionem Sanſonius ſuſpendit, minatus, ſe & ipſi, & Epiſcopo Badæ negotium faceſſurum. Abiit ergo Badam, minis turgidus, ubique crepans, ſibi à ſummis Magiſtratibus Bernenſi, Lucernenſi, Uranienſi aditum nunquam fuiſſe negatum; ſperare proinde, Paſtorem loci ſuæ negotiationi nullum poſiturum obicem. Miſſa & cæteris pro defunctis peractis officiis, in cœmiteriū quotidie magna cum pompa excurrens clamare ſolitus eſt: *Ecce volant!* quibus præſtigiis Indulgentiarum virtutem imperitæ plebi commendare voluit; quaſi ipſe

animas

animas ex Purgatorio, veluti carcere liberatas, circũvolare cerneret. Jd quod homo non malus falsè deriſurus; pulvillum in turrim deportavit, excuſſisq; plumis, firmo latere vociferatus eſt: *Ecce volant!* Relictâ Badâ vicinum Bremogartũ ſalutavit; & in eo, tum Paſtorem loci (ita ipſe refert *Bullingerus*, Bremogartenſis Hiſt. Ref. Mſc. p.11.) *M. Nicolaũ Chriſtianum*, tùm Sculterum, qui quidem gratificari parati erant: Decanus verò, *Henricus Bullingerus* audaciſſimo conatui seriò reſtitit, aditum Simoniaco nequaquam permiſſurus. Cùm & Bullas, & Sculteti, M. Chriſtiani etiam authoritatem opponeret: Audio quidem, inquiebat *Decanus*, poteſtatem Romæ conceſſam; exponendi etiam ſcruta licentiam à Sculteto impetratam: ſed nunquam ſibi hactenus Epiſcopi, adeóque ordinarii approbarioné oſtenſam, & conſenſum: ſibi præterea potiſſimùm, non Senatui, aut alii inferiori curam Paſtoris incumbere. Religionem periclitari & conſcientiam: nec impetrare à ſe poſſe, ut bruta hac conniventia populus vanis & inanibus iſtis Bullis lactatus facultatibus ſuis ſpolietur. At major, commotior ita regeſſit Monachus; Pontificis, quàm Epiſcopi eſt authoritas! Illius ergo Tibi injungo nomine, ut ne per Te populus

gratia

gratia iſta Romana defraudetur. Ego verò, reſpondit maſculè Decanus, quidvis aliud facilius fecerim; Vitam citiùs amittam, quàm, ut fraudes tu Tuas Eccleſiæ meæ obtrudas. Te itaque, Beſtia; regeſsit Italus; qui tam audacter Sedem Romanam contemnis, ipſius Magiſtratus adeò procaciter mandatis obniteris, Excommunicationis terribili percello fulmine: Nec te expedies, donec maculam temeritatis tuæ 300. aureis nummis elueris. Abiturus ergo Decanus, vultù ab impoſtore averſo, dixit: Ego verò ſpero, nihil quod ab officio meo ſit alienũ, de quo etiã, ubi ubi opus fuerit, reddã rationem, deſignâſſe. Cæterum, fulmen tuum brutum eſt! De quo proinde non magnopere ſum ſolicitus. Hinc majori Sanſonius indignatione ſuccenſus; Ego verò, inquit, audax beſtia! Tigurum properabo, ibique de Tua pertinacia, in Conſeſſu omnium Helvetiæ Cantonum, querar. Per univerſam mihi Helvetiam major injuria non contigit. Cui intrepidè Decanus: Nec mihi aditus ad Helvetiæ ordines difficilis eſt, coram quibus me ſiſtere non erubeſcam. Hæc exeunte Februario a. D. 1519. acta ſunt; atque adeò eo tempore, quo *Zuinglius* Miniſterium ſuum Tiguri erat auſpicatus, & jam inde à Calend.

Janu-

Januar. impiam illam Simoniam graphicè depinxit. Quin & Conſtantienſis Epiſcopus ad Ordines Helvetiæ tum Tiguri congregatos, Legatũ miſit, qui Monachi ingreſſum in urbem impediret. Adeò blaſphemæ mercaturæ odium ubique in flammam erupit. Cùm itaq; Monachus viam ſibi Bremogarto ſterneret, ipſéq; paulatim moveret; erant à Senatu Tigurino deputati, qui appropinquanti ipſi, & ad inſignia bovis, pone Silam, divertenti, ſignificarent, ut ne urbẽ ingrederetur; ingratiſsimus futurus hoſpes. In Pontificis tamen gratiá, & quòd Legatus ejus eſſet, extra mœnia Ampliſsimus ei Magiſtratus ſuam φιλοξενίαν probare voluit. Cùm in Senatu deliberaretur, utrùm in ipſam intromittendus urbem; erat ex Senatoribus, qui diceret, ſe non impediturum quidem, quominùs admitteretur, ad miſſum tamen è veſtigio aquis ſuffocandum: Er woll ihne wol helffen herein laſſen/ aber von ſtund an einen locken Waſſer auffheben. Atque hinc nullum hactenus exemplar Indulgentiarum Tiguri emtarum obtinere potui. Cùm verò ille ſimularet, habere quæ in Comitiis publicis, Pontificis nomine proponeret: Ominari facilè noſtri poterant, de hoc tantùm actum iri, ut ſuas extruderet & obtruderet merces, ſimúlque

que injuriarum Bremogartenſium Decanum poſtularet, monitus fuit ſeriò, ut abiret, juſſus verò Decanum & abſolvere, & à querelis, aut actione injuriarum poſthac abſtinere. Rebus igitur ille ſuis convaſatis, in iter ſe conjecit, Italiam, non tamen Romam, petiturus: Veritus, procul dubio, ne Pontificis, cui jam per Helvetiæ ordines de impudentiſsimo Monachi mercatu, conſtabat, meritas lueret pœnas. Quamvis tepidè ſatis, & in favorem Ordinis reſcripſerit Pontifex, etiam poſtquam Helvetii ſuas apud eum depoſuiſſent querelas. Audire juvat ipſum Leonem, ut omnino, Methodicè Majores noſtros in evertendis his menſis Trapeziticis fuiſſe verſatos, non tumultuariè, ſed ex præſcripto tum ordine, tot morbis medicinam voluiſſe afferri, toti conſtet orbi. Ita enim & poſteritati exploratè erit perſpectum non domi tantùm ſtrenuos Helvetiæ Cantones fuiſſe Indulgentiarum oppugnatores; ſed ipſi ea de re auſos fuiſſe aurem vellicare Pontifici. Gratiora fortè hæc erunt, quia, quod ſciam, tota Hiſtoriæ patriæ ſeries tam prolixè enarrata, & ex authenticis documentis probata alibi non occurrit. Habet nonnulla noſtra Hiſtorias *Helvet. legendi Methodus*; ſed alio ibi fine, alio ſcopo allata;

quæ

quæ omnia convenient jam ſedi reſtituimus. Ita ergo Leo X. Leo Epiſcopus, ſervus ſervorum perdilectis filiis, nobilibus Viris, Cantonibus Helvetiorum ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Placuit nobis intelligere, quòd, cùm ex quorumdam religioſorum diſputationibus circa indulgentias, per nos, pro fabrica Baſilicæ Principis Apoſtolorum conceſſas, & iſthic publicatas, *dubia quædam exorta fuerint, quæ animarum veſtrarum periculum, & ſcandalum aliquod parere poſſent, Apoſtolicæ ſedis oraculum conſulere voluiſtis, ipſius ſedis Conſiliis adhærere, & juſſionibus parere.* Nos igitur devotioni veſtræ ſuper his reſpondimus, quòd cùm nuper, ſuper hujuſmodi Indulgentiarum publicatione inter aliquos Theologos partium Alemanniæ ſimilis diſputatio exorta fuiſſet, dilecto Filio, Thomæ, titulo S. Sixti Presbytero Cardinali, in partibus Alemanniæ noſtro & Apoſtolicæ Sedis Legato, per alias noſtras literas reſcripſimus, *Romani Pontificis poteſtatem, in hujuſmodi Indulgentiarum conceſſione, juxta Romanæ Eccleſiæ veram definitionem, quam ab omnibus teneri, & prædicari debere, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, ejus abſolutionem, præterquam in mortis articulo, nobis & eidem Romano Pontifici reſervanda, decernimus, prout ex ipſis literis, quas vobis*

num, ſi in Italiam transmeare mavultis, quàm vobiſcum degere, ſine aliqua moleſtia diſcedere permittatis: Qui quidem, ſi in dicendo erravit, paratus erit etiam coram S. D. N. de ſe rationem reddere, pœnámque pro erratis ſuſtinere. Nihil aliud in præſentiarum ad Vos ſcribere ſtatui, niſi ut magnificentiam, clementiámque ac illam, quam ad S. Romanam Eccleſiam vos ſemper exhibuiſſe dignoſcitur reverentiam, erga præfatum Fratrem Bernhardinum præſeratis, Vos omnes oro atque obſecro, quos quidem in Domino ſemper felices peropto; Ex conventu noſtro de Urbe die 1. Maij 1519. *F. Johannes Baptiſta de Puppio, Ordin. Minor, Regular. Obſervat. S. D. N. in facultatibus Sac. Jubilæi, pro fabrica Principis Apoſt. de Urbe, Commiſſarius.* Vide ut flare poſſint & ſorbere ſimul; altera manu panem oſtendere, lapidem altera; quibus jungere vulpes fuit curæ. Sartam præſtare Romam; & tamen impudentiæ Monaſticæ quærere colorem. Satis facere Papæ, & non negligere querulos Helvetios. Et quoniam ad *Cajetanum* provocat, poteſtatisque eidem commiſſæ non meminit tantùm; ſed & apographum Diplomatis communicati illius quoq; dare copiam operæ erit pretium: *Leo Epiſcopus ſervus Servorū, per-*

perdilecto filio, Thomæ, titulo S. Sixti Presbytero Cardinali, ad Chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Maximilianum, in Imperatorem electum, noſtro & Apoſtolicæ Sedis Legato ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cùm, poſtquam circumſpectio Tua ad Germaniam applicuit, ad aures noſtras perveniſſet, quod nonulli religioſi, etiam ad Evangelizandum verbum Dei deputati, ſuper Indulgentiis à nobis, & Romanis Pontificibus, Prædeceſſoribus noſtris, immemorabili tempore citrà, concedi, ſolitis, publicè prædicando, multorum cordibus imprimerent errores, idque nimis grave & moleſtum eſſet, aliâs noſtris literis, eidem circumſpectioni tuæ, de qua propter ejus ſingularem doctrinam, & in rebus rebus agendis experientiam, ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, commiſimus, ut auctoritate noſtra approbatione digna approbare, ea verò, *quæ minus rectè dicta eſſent etiam per eos, qui Romanæ Eccleſiæ doctrinam ſe ſequi paratos aſſererent, reprobare & damnare curares*. Et ne de cætero quisquam ignorantiam allegare, aut hujusmodi ignorantiæ prætextu ſe excuſare, aut proteſtatione confictа ſe juvare, ſed ut ipſi *de notorio mendacio, ut culpabiles convinci, & meritò damnari poſſint, per præſentes tibi ſignificandum duximus*,

Romanam Eccleſiam, quam reliquæ tanquam Matrem ſequi tenentur, tradidiſſe Romanum Pontificem Petri Clavigeri ſucceſſorem, & Jeſu Chriſti in terris Vicarium, poteſtate clavium, quarum eſt aperire tollendo illius in Chriſti fidelibus impedimenta, culpam ſcilicet & pœnam pro actualibus peccatis debitam; Culpam quidem mediante Sacramento pœnitentia; pœnam verò pro actualibus peccatis ſecundum divinam juſtitiam debitam, mediante Eccleſiaſtica Indulgentia, poſſe pro rationabilibus cauſis concedere eisdẽ Chriſti fidelibus, qui charitate vigente membra ſunt Chriſti, ſive in hac vita ſint, ſive in Purgatorio Indulgentias ex ſuperabundantia meritorum Chriſto & ſanctorum, & tam pro vivis, quàm defunctis Apoſtolica authorithate Indulgentiam concedendo theſaurum meritorum Chriſti & Sanctorum diſpenſare, per modum tamen abſolutionis aut ſuffragij, ac propterea omnes, tam vivos, quàm defunctos, qui veraciter omnes Indulgentias hujuſmodi conſecuti fuerint, à tanta temporali pœna, ſecundùm divinam juſtitiam, pro peccatis ſuis actualibus, debita, liberari, quanta conceſſæ & acquiſitæ Indulgentiæ æquivalet; *& ita ab omnibus teneri, & prædicari debere ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, à qua illam incurrentes ab alio, quàm Romano Pontifice, niſi in mortis articulo nequeant abſolutionis bene-*

beneficium obtinere, auctoritate Apoſtolica earundem tenore præſentium decernimus: Et ne quiſpiam de præmiſſis valeat ignorantiam allegare, circumſpectioni tuæ mandamus, quatenus univerſos & ſingulos Germaniæ Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alios Locorum ordinarios, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub ſuſpenſionis à divinis pœna moneas, eisque diſtrictè præcipiendo mandes, ut præſentes literas, ſive earum tranſumtum aucthenticum infra tempus per circumſpectionem tuam eis præfigendum, in eorum Eccleſiis, dum inibi populi multitudo ad divina convenerit, publicare, circa Indulgentias prædictas, ſub ſimili excommunicationis latæ ſententiæ pœna tenere & prædicare debeant, & nullius contra ea, quovis modo directè vel indirectè venire præſumat, tibi nihilo minus contra præſumentes & inobedientes procedenti, illósque debitis pœnis, quibus tibi videbitur, puniendi, plenam & liberam etiam per præſentes concedimus facultatem, in contrarium non obſtantibus quibuscunque. Et quia difficile foret easdem præſentes literas ad ſingula quæque loca, in quibus expediens fuerit, deferri, volumus & dicta auctoritate decernimus, illorum tranſſumtis manu publica Notarii inde rogati ſubſcri-

ptis & ſigillo alicujus Prælati; ſeu perſonæ Eccleſiaſticæ in dignitate conſtitutæ munitis, vel curiæ Eccleſiaſticæ, ea prorſus in judicio & extra, ac aliàs ubilibet fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi fuiſſent exhibitæ vel oſtenſæ. *Dat. Romæ apud S. Petrum, a. D.* 1518. *Cal. Jan. Pontificatus noſtri a.* 6. Ita exaſperatum fuit malum in Germania; ut dictum T. VI. p. 746. Et cùm Pontifex unâ liturâ tantam redimere potuiſſet vexam, rigore totam Eccleſiam exponere periculo, quàm moderatione tempeſtati cedere maluit. Qui enim fumum ante erant deprecati, igne poſt hac & fulmine terrebantur. Unde factum, ut in Helvetia noſtra, alii quidem Cantones, cum Roma petitam negaſſet medicinam, eum, qui verè Ἰητρὸς ἀνὴρ πάντων ἀντάξιος ἄλλων, Chriſtum Jeſum & quæſiverint, & invenerint; alii, contra leges Tyrannicas Pontificum ſalubria ſtatuta conceperint; alii etiam illa publicé ediderint. Et inter illos quidem, IX. Helvetiæ Cantones numeramùs, quibus viſum fuit, Lucernæ 1524. congregatis, tum agnoſcere, Legum Pontificiarum abuſum, tum decernere, ut ne inpoſterum Plebani & ſacerdotes, more recepto, pecunia omnia vendere curæ munia pergerent; neque ſacramenta, non ſol-

ſolventibus aurum vel argentū, negarent. 2. ut clerus pietatis exemplo præiret; & intra officii cancellos ſe contineret. Neque enim tantam poſthac eorum inſolentiam, ut hactenus factum eſſet, ſe toleraturos. 3. ut quilibet Auditorum ſuorum, in agone cumprimis periclitantium, fidelem haberet rationem. 4. Ut à pluralitate beneficiorum abſtinerent, Parochia quique ſua, & cura côntenti. 5. Ne cauſæ Civiles Excommunicationi ſubjicerentur; ſed ad Magiſtratum Politicum referrentur: Matrimoniales etiam, aliæve ad Tribunal Eccleſiaſticum prius non traherentur, quàm à Politico Magiſtratu examinatæ, & pro talibus habitæ fuiſſent. 6. Ne in Helvetia Indulgentiæ deinceps pecuniâ proſtarent. 7. Caſus reſervatos tollendos; diſpenſationum Simoniam proſcribendam. 8. Ne Clerici morituris moleſti eſſent. 9. Onera civilia iidem ferrent; & in cæteris legibus ſe patriis, Judiciis, etiam, ſubjicerent. Hæc quidem maturè deliberata, & in chartas rejecta erant, ſed à D D. *Bernenſibus* potiſſimùm, a. D. 1525. executioni mandata: Qua de re *Tom.* V. p. 639.

XII. *Hactenus ipſa* Indulgentiarum, Confeſſionalium, Diſpenſationum, Taxæ pœnitentiariæ *Diplomata ex tenebris*; *ut materia*

involuta & intricata lucem afferrent, eruta: Id jam ſupereſt, ut non modò Majores noſtros menſas illas Trapeziticas evertendi; ſed & ipſam de Indulgentiis doctrinam totam eliminandi, cauſas habuiſſe prægnantes, oſtendamus: Nec proinde vituperium, ſed laudē mereri, qui Eccleſiæ naviculā fluctuantē à moleſta hac liberârunt ſaburra.

XIII. *Id, ut pro rei dignitate, vel adumbremus ſaltem, conſcientiæ cujuslibet Chriſtiani relinquimus, an illud porò vel retineri vel defendi potuiſſet Indulgentiarum monopolium, quod in ſe eſt præter & contra ſcripturam, ſobriam antiquitatem; Sanam rationem; quod ad peccanduminvitat, ſuperſtitiones fovet, multis modis fraudulentum, incertum & flexi loquum, omnia periculosè Chriſtianiſmi capita convellit; Judaiſmo & Muhamediſmo favet: Per Commiſſarios verò, & ſpecies omnis religionis tollitur, & aperta officina Simoniaca revocatur: Toties, proinde & criminis falſi confictum, & ab ipſis Theologis Pontificiis rejectum; nec poſthac vel hilum emendatum: Tale, inquam, monopolium an ab homine Chriſtiano retineri, vel defendi poſſit, etiam num, accurato conſcientiæ teneræ examini relinquimus.*

XIV. Primus ergo aries, *quo Trapezitarum Romanenſium menſæ pulſatæ fuerunt, cujus etiam vis ipſa Pontificiorū (a) pectora coëgit, eſt defectus authoritatis divinæ, ſcripturæ teſtimonij;*

nij; quem citra nobis (b) ambages concedunt, qui pro Indulgentiis, veluti Diana Epheſina quæſtuoſa acerrimè pugnârunt, Theologi Romani.

a. Memorabilia ſunt *Polydori Virgilij* verba, ex lib. VIII. de invent rer. c. 1. *Ego indulgentiarum originem, quod mei eſt muneris, quæſitans, non reperio ante fuiſſe, quod ſciam, quàm D. Gregorius ad ſuas ſtationes id præmij propoſuerit.* Provocat poſtea ad Epiſcopi Roffenſis authoritatem. *Quapropter, inquit, in re parùm perſpicua, utar teſtimonio Johannis Roffenſis Epiſcopi, qui in eo opere, quod nuper in Lutherum ſcripſit ſic de ejusmodi veniarum initio prodit. Multos fortaſſe movet, Indulgentiis iſtis non usque fidere, quòd earum uſus in Eccleſia videatur recentior &c.* concluditque tandem Author, *tunc cæpiſſe Indulgentias, poſtquam ad Purgatorij cruciatus aliquandiu trepidatum* fuit. Sed quid ad hæc Polydorus? Verbis Epiſcopi, quæ plenius jam p. 28. præcedunt, ſubjicit: *Hæc ille, quæ tu fortè, cùm tanti ſint momenti, ut magis certa, ex ore Dei expectabas.* Omnino dogma de Indulgentiis, magni momenti, eſt, ut quod totum de juſtificatione caput involuit, & clavem poteſtatis Eccleſiaſticæ adulterat. Non aliud nobis fundamentum ipſa Pontificum oſtendunt Diplomata, quàm exercitium poteſtatis clavium Authoritatem Apoſtolicam

que injuriarum Bremogartenſium Decanum poſtularet, monitus fuit ſeriò, ut abiret, juſſus verò Decanum & abſolvere, & à querelis, aut actione injuriarum poſthac abſtinere. Rebus igitur ille ſuis convaſatis, in iter ſe conjecit, Italiam, non tamen Romam, petiturus: Veritus, procul dubio, ne Pontificis, cui jam per Helvetiæ ordines de impudentiſsimo Monachi mercatu, conſtabat, meritas lueret pœnas. Quamvis tepidè ſatis, & in favorem Ordinis reſcripſerit Pontifex, etiam poſtquam Helvetii ſuas apud eum depoſuiſſent querelas. Audire juvat ipſum Leonem, ut omnino, Methodicè Majores noſtros in evertendis his menſis Trapeziticis fuiſſe verſatos, non tumultuariè, ſed ex præſcripto tum ordine, tot morbis medicinam voluiſſe afferri, toti conſtet orbi. Ita enim & poſteritati exploratè erit perſpectum non domi tantùm ſtrenuos Helvetiæ Cantones fuiſſe Indulgentiarum oppugnatores; ſed ipſi ea de re auſos fuiſſe aurem vellicare Pontifici. Gratiora fortè hæc erunt, quia, quod ſciam, tota Hiſtoriæ patriæ ſeries tam prolixè enarrata, & ex authenticis documentis probata alibi non occurrit. Habet nonnulla noſtra Hiſtorias *Helvet: legendi Methodus*; ſed alio ibi fine, alio ſcopo allata;

quæ

quæ omnia convenient jam ſedi reſtituimus. Ita ergo Leo X. Leo Epiſcopus, ſervus ſervorum perdilectis filiis, nobilibus Viris, Cantonibus Helvetiorum ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Placuit nobis intelligere, quòd, cùm ex quorumdam religioſorum diſputationibus circa indulgentias, per nos, pro fabrica Baſilicæ Principis Apoſtolorum conceſſas, & iſthic publicatas, *dubia quædam exorta fuerint, quæ animarum veſtrarum periculum, & ſcandalum aliquod parere poſſent, Apoſtolicæ ſedis oraculum conſulere voluiſtis, ipſius ſedis Conſiliis adhærere, & juſſionibus parere.* Nos igitur devotioni veſtræ ſuper his reſpondimus, quòd cùm nuper, ſuper hujusmodi Indulgentiarum publicatione inter aliquos Theologos partium Alemanniæ ſimilis diſputatio exorta fuiſſet, dilecto Filio, Thomæ, titulo S. Sixti Presbytero Cardinali, in partibus Alemanniæ noſtro & Apoſtolicæ Sedis Legato, per alias noſtras literas reſcripſimus, *Romani Pontificis poteſtatem, in hujusmodi Indulgentiarum conceſſione, juxta Romanæ Eccleſiæ veram definitionem, quam ab omnibus teneri, & prædicari debere, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, ejus abſolutionem, præterquam in mortis articulo, nobis & eidem Romano Pontifici reſervanda, decernimus, prout ex ipſis literis, quas vobis*

conſignari mandamus, plenè videre, & ſervare curabitis. De cætero diſputationibus hujusmodi, quæ ſcandalū in mentibus generare poſſent, aures non præbendæ, ſed veræ determinationi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & hujus ſanctæ Sedis, quæ non permittit errores, firmiter adhærebitis: Ipſumque Prædicatorem, ad omnem requiſitionem veſtram, revocari mandavimus, & ſi eum in his, quæ ſcribitis, exceſſiſſe invenerimus, puniri faciemus. Dat. *Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Dominicæ* 1519. *prid. Cal. Maji, Pontificatus VII.* Eodem ferè die, Româ etiam ſcripſit F. *Iohannes Baptiſta de Puppio,* Commiſſarius pro Fabrica Petri Apoſtolicus, qui itidem blandis verbis vel Indulgentiarum Inſtitorem porrò commendatum, vel ingratumcum gratia ſaltem dimitti voluit. Magnifici (*ſunt verba Puppii*) & honorabiles Domini, poſt debitam commendationem & ſalutem: Quum S. D. N. tum pro divini nominis propagatione tum pro animarum ſalute, tum etiam *pro Baſilica Principis Apoſtolorum de urbe reſtauratione,* per diviſas provincias, Indulgentias plenarias, aliásque gratias, in literis Apoſtolicis deſuper confectis contentas deſtinavit, noluit tamen ſua Sanctitas tresdecim Helvetiorum Cantones, ab illarum parti-

participatione eſſe deſertos : *quos quidem, ut experientia comprobat, verè Catholicos Sanctaque Romanæ Eccleſiæ fideliſſimos filios ac ad illius defenſionem promtiſſimos novit:* Sed ad illos ſuum Commiſſarium, Patrem & F. Bernhardinum Sanſonium. Ord. Frat. Minor. Regular. obſervant. cum plena prædicatione Indulgentiarũ Commiſſioni deſtinavit. Nec illũ, Magnifici Domini, *pro negotio tam arduo, támque ſalubri* ad vos miſiſſet, niſi hunc ſcientia, moribúsque refertum, ſua Sanctitas comprobâſſet. Verum, his diebus idem S.D. N. *per literas veſtras certior factus eſt, eundem F. Bernardum in præfatione præfatarum Indulgentiarum, in quosdam errores (ut fertur) incidiſſe, pro quibus ſua Sanctitas, quam plurimum admirata, mihi Vivæ Vocis oraculo commiſit, ut vobis ſuo nomine denuntiarem, ut ſi iſdem F.* Bernhardinus *in ſua prædicatione eſt vobis moleſtus, cum bona pace tranquilloque animo à vobis in Italiam transmittatur.* Si autem illum adhuc ſuſtinere ac audire vultis, placet eidẽ ſuæ Sanctitati, ut vobiscum tam diu moram trahat, quam diu ſuæ commiſſionis tempus extendetur. *Vult enim ſua Sanctitas in omnibus, quæ vobis ad animarum ſalutem conducunt, morem gerere.* Quapropter Magnifici Domini, Vos omnes rogatos eſſe velim, ut eundem F. Bernhardinum

num, ſi in Italiam transmeare mavultis, quàm vobiſcum degere, ſine aliqua moleſtia diſcedere permittatis: Qui quidem, ſi in dicendo erravit, paratus erit etiam coram S. D. N. de ſe rationem reddere, pœnámque pro erratis ſuſtinere. Nihil aliud in præſentiarum ad Vos ſcribere ſtatui, niſi ut magnificentiam, clementiámque ac illam, quam ad S. Romanam Eccleſiam vos ſemper exhibuiſſe dignoſcitur reverentiam, erga præfatum Fratrem Bernhardinum præferatis, Vos omnes oro atque obſecro, quos quidem in Domino ſemper felices peropto; Ex conventu noſtro de Urbe die 1. Maij 1519. F. *Johannes Baptiſta de Puppio, Ordin. Minor, Regular. Obſervat. S. D. N. in facultatibus Sac. Jubilai, pro fabrica Principis Apoſt. de Urbe, Commiſſarius.* Vide ut flare poſſint & ſorbere ſimul; altera manu panem oſtendere, lapidem altera; quibus jungere vulpes fuit curæ. Sartam præſtare Romam; & tamen impudentiæ Monaſticæ quærere colorem. Satis facere Papæ, & non negligere querulos Helvetios. Et quoniam ad *Cajetanum* provocat, poteſtatisque eidem commiſſæ non meminit tantùm; ſed & apographum Diplomatis communicati illius quoq; dare copiam operæ erit pretium: *Leo Epiſcopus ſervus Servorū,* per-

perdilecto filio, Thomæ, titulo S. Sixti Presbytero Cardinali, ad Chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Maximilianum, in Imperatorem electum, noſtro & Apoſtolicæ Sedis Legato ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cùm, poſtquam circumſpectio Tua ad Germaniam applicuit, ad aures noſtras perveniſſet, quòd nonulli religioſi, etiam ad Evangelizandum verbum Dei deputati, ſuper Indulgentiis à nobis, & Romanis Pontificibus, Prædeceſſoribus noſtris, immemorabili tempore citrà, concedi, ſolitis, publicè prædicando, multorum cordibus imprimerent errores, idque nimis grave & moleſtum eſſet, aliâs noſtris literis, eidem circumſpectioni tuæ, de qua propter ejus ſingularem doctrinam, & in rebus rebus agendis experientiam, ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, commiſimus, ut auctoritate noſtra approbatione digna approbare, ea verò, *quæ minus rectè dicta eſſent etiam per eos, qui Romanæ Eccleſiæ doctrinam ſe ſequi paratos aſſererent, reprobare & damnare curares.* Et ne de cætero quiſquam ignorantiam allegare, aut hujuſmodi ignorantiæ prætextu ſe excuſare, aut proteſtatione conficta ſe juvare, ſed ut ipſi *de notorio mendacio, ut culpabiles convinci, & meritò damnari poſſint, per præſentes tibi ſignificandum duximus,*

Romanam Eccleſiam, quam reliquæ tanquam Matrem ſequi tenentur, tradidiſſe Romanum Pontificem Petri Clavigeri ſucceſſorem, & Jeſu Chriſti in terris Vicarium, poteſtate clavium, quarum eſt aperire tollendo illius in Chriſti fidelibus impedimenta, culpam ſcilicet & pœnam pro actualibus peccatis debitam; Culpam quidem mediante Sacramento pœnitentiæ; pœnam verò pro actualibus peccatis ſecundum divinam juſtitiam debitam, mediante Eccleſiaſtica Indulgentia, poſſe pro rationabilibus cauſis concedere eisdē Chriſti fidelibus, qui charitate vigente membra ſunt Chriſti, ſive in hac vita ſint, ſive in Purgatorio Indulgentias ex ſuperabundantia meritorum Chriſto & ſanctorum, & tam pro vivis, quàm defunctis Apoſtolica authorithate Indulgentiam concedendo theſaurum meritorum Chriſti & Sanctorum diſpenſare, per modum tamen abſolutionis aut ſuffragij, ac propterea omnes, tam vivos, quàm defunctos, qui veraciter omnes Indulgentias hujuſmodi conſecuti fuerint, à tanta temporali pœna, ſecundùm divinam juſtitiam, pro peccatis ſuis actualibus, debita, liberari, quanta conceſſæ & acquiſitæ Indulgentiæ æquivalet; *& ita ab omnibus teneri, & prædicari debere ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, à qua illam incurrentes ab alio, quàm Romano Pontifice, niſi in mortis articulo nequeant abſolutionis* bene-

beneficium obtinere, auctoritate Apoſtolica earundem tenore præſentium decernimus: Et ne quispiam de præmiſſis valeat ignorantiam allegare, circumſpectioni tuæ mandamus, quatenus univerſos & ſingulos Germaniæ Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alios Locorum ordinarios, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub ſuſpenſionis à divinis pœna moneas, eisque diſtrictè præcipiendo mandes, ut præſentes literas, ſive earum tranſumtum auctenticum infra tempus per circumſpectionem tuam eis præfigendum, in eorum Eccleſiis, dum inibi populi multitudo ad divina convenerit, publicare, circa Indulgentias prædictas, ſub ſimili excommunicationis latæ ſententiæ pœna tenere & prædicare debeant, & nullius contra ea, quovis modo directè vel indirectè venire præſumat, tibi nihilo minus contra præſumentes & inobedientes procedenti, illósque debitis pœnis, quibus tibi videbitur, puniendi, plenam & liberam etiam per præſentes concedimus facultatem, in contrarium non obſtantibus quibuscunque. Et quia difficile foret easdem præſentes literas ad ſingula quæque loca, in quibus expediens fuerit, deferri, volumus & dicta auctoritate decernimus, illorum tranſſumtis manu publica Notarii inde rogati ſubſcri-

ptis & ſigillo alicujus Prælati ; ſeu perſonæ Eccleſiaſticæ in dignitate conſtitutæ munitis, vel curiæ Eccleſiaſticæ, ea prorſus in judicio & extra, ac aliàs ubilibet fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi fuiſſent exhibitæ vel oſtenſæ. *Dat. Romæ apud S. Petrum, a. D.* 1518. *Cal. Jan. Pontificatus noſtri a.* 6. Ita exaſperatum fuit malum in Germania ; ut dictum T. VI. p. 746. Et cùm Pontifex unâ liturâ tantam redimere potuiſſet vexam, rigore totam Eccleſiam exponere periculo, quàm moderatione tempeſtati cedere maluit. Qui enim fumum ante erant deprecati, igne poſt hac & fulmine terrebantur. Unde factum, ut in Helvetia noſtra, alii quidem Cantones, cum Roma petitam negaſſet medicinam, eum, qui verè Ἰητρὸς ἀνὴρ πάντων ἀντάξιος ἄλλων, Chriſtum Jeſum & quæſiverint, & invenerint; alii, contra leges Tyrannicas Pontificum ſalubria ſtatuta conceperint; alii etiam illa publicé ediderint. Et inter illos quidem, IX. Helvetiæ Cantones numeramùs, quibus viſum fuit, Lucernæ 1524. congregatis, tum agnoſcere, Legum Pontificiarum abuſum, tum decernere ; ut ne inpoſterum Plebani & ſacerdotes, more recepto, pecunia omnia vendere curæ munia pergerent ; neque ſacramenta, non ſol-

ſolventibus aurum vel argentu, negarent. 2. ut clerus pietatis exemplo præiret;& intra officii cancellos ſe contineret. Neque enim tantam poſthac eorum inſolentiam, ut hactenus factum eſſet, ſe toleraturos. 3. ut quilibet Auditorum ſuorum,in agone cumprimis periclitantium, fidelem haberet rationem. 4. Ut à pluralitate beneficiorum abſtinerent, Parochia quique ſua,& cura còntenti. 5. Ne cauſæ Civiles Excommunicationi ſubjicerentur; ſed ad Magiſtratum Politicum referrentur: Matrimoniales etiam, aliæve ad Tribunal Eccleſiaſticum prius non traherentur, quàm à Politico Magiſtratu examinatæ,& pro talibus habitæ fuiſſent. 6. Ne in Helvetia Indulgentiæ deinceps pecuniâ proſtarent. 7. Caſus reſervatos tollendos; diſpenſationum Simoniam proſcribendam. 8. Ne Clerici morituris moleſti eſſent. 9. Onera civilia iidem ferrent; & in cæteris legibus ſe patriis, Judiciis, etiam, ſubjicerent. Hæc quidem maturè deliberata,& in chartas rejecta erant, ſed à D D. *Bernenſibus* potiſſimùm, a. D. 1525. executioni mandata: Qua de re *Tom.* V. p.639.

XII. *Hactenus ipſa* Indulgentiarum, Confeſſionalium, Diſpenſationum, Taxæ pœnitentiariæ *Diplomata ex tenebris; ut materia*

involuta & intricata lucem afferrent, eruta: Id jam ſupereſt, ut non modò Majores noſtros menſas illas Trapeziticas evertendi; ſed & ipſam de Indulgentiis doctrinam totam eliminandi, cauſas habuiſſe prægnantes, oſtendamus: Nec proinde vituperium, ſed laudē mereri, qui Eccleſiæ naviculā fluctuantē à moleſta hac liberârunt ſaburra.

XIII. *Id, ut pro rei dignitate, vel adumbremus ſaltem, conſcientiæ cujuslibet Chriſtiani relinquimus, an illud porò vel retineri vel defendi potuiſſet Indulgentiarum monopolium, quod in ſe eſt præter & contra ſcripturam, ſobriam antiquitatem; Sanam rationem; quod ad peccandum invitat, ſuperſtitiones fovet, multis modis fraudulentum, incertum & flexi loquum, omnia periculosè Chriſtianiſmi capita convellit; Judaiſmo & Muhamediſmo favet: Per Commiſſarios verò, & ſpecies omnis religionis tollitur, & aperta officina Simoniaca revocatur: Toties, proinde & criminis falſi confictum, & ab ipſis Theologis Pontificiis rejectum; nec poſthac vel hilum emendatum: Tale, inquam, monopolium an ab homine Chriſtiano retineri, vel defendi poſſit, etiam num, accurato conſcientiæ teneræ examini relinquimus.*

XIV. Primus ergo aries, *quo Trapezitarum Romanenſium menſæ pulſatæ fuerunt, cujus etiam vis ipſa Pontificiorū (a) pectora coëgit, eſt defectus authoritatis divinæ, ſcripturæ teſtimonij;*

nij; quem citra nobis (b) ambages concedunt, qui pro Indulgentiis, veluti Diana Epheſina quæſtuoſa acerrimè pugnârunt, Theologi Romani.

a. Memorabilia ſunt *Polydori Virgilij* verba, ex lib. VIII. de invent rer. c. 1. *Ego indulgentiarum originem, quod mei eſt muneris, quæſitans, non reperio ante fuiſſe, quod ſciam, quàm D. Gregorius ad ſuas ſtationes id præmij propoſuerit.* Provocat poſtea ad Epiſcopi Roffenſis authoritatem. *Quapropter, inquit, in re parùm perſpicua, utar teſtimonio Johannis Roffenſis Epiſcopi, qui in eo opere, quod nuper in Lutherum ſcripſit ſic de ejusmodi veniarum initio prodit. Multos fortaſſe movet, Indulgentiis iſtis non usque fidere, quòd earum uſus in Eccleſia videatur recentior &c.* concluditque tandem Author, *tunc cæpiſſe Indulgentias, poſtquam ad Purgatorij cruciatus aliquandiu trepidatum* fuit. Sed quid ad hæc Polydorus? Verbis Epiſcopi, quæ plenius jam p. 28. præcedunt, ſubjicit: *Hæc ille, quæ tu fortè, cùm tanti ſint momenti, ut magis certa, ex ore Dei expectabas.* Omnino dogma de Indulgentiis, magni momenti, eſt, ut quod totum de juſtificatione caput involuit, & clavem poteſtatis Eccleſiaſticæ adulterat. Non aliud nobis fundamentum ipſa Pontificum oſtendunt Diplomata, quàm exercitium poteſtatis clavium Authoritatem Apoſtolicam

licam ad ravim usque inculcant. At oſtendere ex Apoſtolicis ſcriptis rogatis, hæret aqua. Quid ergo vitii, quid criminis, ſi ne juratis quidem adhibeamus fidem? Nihil Juris conſultus determinat absque Lege, & Theologis definire, obtrudere nova dogmata liceat ἄπε κεφῆς. Cur non & nos *ex ore Dei* expectemus, qui ab eo toti pendemus, cùm ne illis quidem, qui Eccleſiæ Romanæ dictaturam agnoſcunt, aliud titubanti conſcientiæ ſuadeant Oraculum?

b. Hinc Confeſſio *Polygrani: Fateor, rem ſanè difficilimam, de his quippiam definire, tum quòd non ſatis dilucidè Scripturis conſtent; tum quia & ipſæ hominum opiniones parùm conveniant.* Durandi: *De Indulgentiis, pauca dici poſſunt per certitudinem, tum quia nec Scriptura de iis expreſsè* loquitur, Lib. 4. diſt. 20. q. 3. Cajetani, opuſc. 15. c. 1. *De ortu Indulgentiarum ſi certitudo haberi poſſet, veritati indagandæ opem ferret: Verùm, quia nullæ ſcripturæ Sacræ, nulla priſcorum Doctorum, Latinorum aut Græcorum authoritas ſcripta, hunc ad noſtram deduxit notitiam; ſed hoc ſolùm à trecentis annis ſcripturæ commendatum eſt. &c.* Nonne hæc noviſſima novitas? Et tamen Antiquitatis ubique larva obtenditur. Antonin. P. I. ſumm. Tit. 10. c 3. *De Indulgentiis, nihil expreſsè habemus ex S. Scriptura.* Silveſter Prie-

Prieras Magiſter Palatii Leonis X. qui primus contra Lutherum pro Indulgentiis ſcripſit, hanc expreſſe ponit propoſitionem: *Indulgentia, authoritate Scriptura non innotuere nobis, ſed authoritate Eccleſia Romana, & Romanorum Pontificum, qua major eſt authoritas.* Sed & Gregor. de Valentia de Indulg. c. 4. concedit, *quòd non ita expreſsè oſtendatur in Scripturis ipſum Indulgentia nomen: Et quòd non ita apertè, frequenter & in ſpecie res etiam ipſa Indulgentiarum à veteribus commemorentur.* Ubi ἐν παρόδῳ obſervandum, aliter ante certamina cum Reformatis locutos Theologos Pontificios, aliter in ardore conflictûs. Magis n. ingenua ea eſt confeſſio, quam primis annis expreſſit veritas, quum nondum in ſummam contentionis pertinaciá eſſet deventum. Poſtea enim audaciores facti, tantum non alii peierârunt, nihil in Eccleſia antiquius aut ſolidius. Alii graviter tulerunt, quoſdam etiam Catholicos, *tam timidè, frigidè, ſobriè, variè, ambiguè de Indulgentiis ſcripſiſſe, quaſi earum aut incerta ſit, aut longè poſita ratio, ut ut difficulter admodùm probari queat.* Ita Cunerus. Claudimus hanc claſſem authoritate *Jacob. de Graff.* decis. aurear. Append. l. 2. c. 3. ſ. 12. *Nec obſtat, quòd in V: Teſtamento non fiebant hujuſmodi Indulgentia: Ipſas enim facere non poterant* *Sacer-*

Sacerdotes illius temporis, cùm nec poteſtatem clavium haberent; ſed & ſufficit, quod Eccleſia ſic conſuevit, arg. text. in S. Quanto; de tranſlat. Epiſcopi. *Item nec obſtat, quòd non habemus teſtimonia manifeſta, quòd Epiſcopi ante tempus Gregorij has Indulgentias concederent: Nam credendum eſt, quòd eas concedebant; ſed non ita frequenter, quia ante tempora illa fideles, non poterant convenire ita ſolenniter & publicè, ſicut modò, ut dicit* Hiſt. in d. c. Cum ex eod. num. 4. *& adeò erant perfecti omnes (NB.) Chriſtiani, quòd iſtis Indulgentiis non indigebant, ſicut & nunc.* Quæ *Caſal.* lib. de vit. vet. Chriſt. c. 95. p. 378. affert, ita comparata ſunt, ut dubitem an vel à fidei ſuæ conſecraneis mercedem mereatur. Meris ludit παρερμηνείαις & principii petitionibus, ut ex ipſa Scriptura ſua ſtabiliat figmenta.

XV. *Vidimus, Indulgentias* præter Scripturam *eſſe intruſas*; *nunc etiam* contra eandem *irrepſiſſe illas, monſtrandum eſt, idque per omnes cauſarum claſſes.*

A. *Efficientem* enim ſi ſpectemus, *illa* & utriusque Teſtamenti conſenſum ſubſtantialem tollit; geminam clavium poteſtatem oſtendit, & Monarchiæ Romanæ eſt architectonica. Negat enim *illa* veteris Teſtamenti Sacerdotibus clavium poteſtatem

tem abſolutè. Quaſi alius fuiſſet Chriſtus hodie, alius heri: Quaſi alia ad ſalutē perveniendi ratio nobis in N. Teſtamento traderetur, alia obſervata fuiſſet in veteri, contra expreſſam ſententiam Concilii Apoſtolici *Act.* 15. v. 11. Habuerunt & V. T. Sacerdotes ſolvendi & ligandi clavem; ſed miniſterialiter, pro ut eandem retinerunt N. T. Miniſtri, ſoli illi authoritate *αὐτοκρατορικῇ* relicta, qui claudit & nemo aperit, aperit & nemo claudit. Sed & *Architectonica* eſt Hierarchiæ Pontificiæ, quaſi illi *primariò* poteſtas clavium reſignata fuiſſet, cæteris, quæ tamen omnibus æquē Miniſtris tribuitur, per ſubdelegationem. Certè, cùm poteſtatem Eccleſiaſticam ſuis traderet diſcipulis Chriſtus, ita pariter omnes fuit affatus: *Quæcunque ligaveritis in terra, erunt ligata in cælo, & quæcunque ſol[illegible]itis in terra, erunt ſoluta in cœlo*; Matth. 18. v. 18. Nec ſi vel vola, vel veſtigium pro hoc Eccleſiæ theſauro per prærogativam Pontifici commiſſo, erui ex ſacris literis potuiſſet, ab illis, qui mancipia ſunt Sedis, fuiſſet neglectum. Plerique enim hactenus Indulgentiarum fundamentum ne quidem in Scriptura oſtendere fuerunt auſi. Confidenter ſatis *Jacob. de Graff.* Append. l. 2. c. 6. §. 2. *Primò,* inquit, *requiritur authoritas in concedente, quæ*

quæ principaliter, reſidet in ſummo Pontifice, qui eſt caput Eccleſiæ univerſalis, & Vicarius Chriſti, & ſucceſſor Petri, cui in hujuſmodi deſignatione dictum eſt à Domino: Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur caput. Ita olim nugari licuit. Hodie neſcitur, quâ Linguâ *Cephas*, caput notet. Non certè *Syriacâ*, quâ Chriſtus fuit locutus: Nec *Græcâ*, quæ κεφαλὴν *caput* ſignificare hactenus docuit. Obeſiorum narium erant veteres, qui nihil tale erant ſubodorati. Præclarè *Cyprian* de ſimplic. Cleric. p. 163. *Loquitur Dominus ad Petrum*: Ego tibi dico, inquit, quia tu es Petrus, & ſuper iſtam petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferorum non vincent eam. Tibi dabo claves regni cælorum, & quæ ligaveris ſuper terram, erunt ligata & in cælis, & quæcunque ſolveris ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis. *Et eidem poſt reſurrectionem ſuam dicit*: Paſce oves meas. *Et quamvis Apoſtolis omnibus poſt reſurrectionem ſuam parem poteſtatem tribuat & dicat*: Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos: Accipite Spiritum Sanctum: Si cui remiſeritis peccata, remittentur illi: Si cui tenueritis, tenebuntur; *tamen, ut unitatem manifeſtaret, unitatis ejuſdem originem ab uno incipientem ſua authoritate diſpoſuit. Hoc erant utique & cæteri Apoſtoli, quod fuerat Petrus,*

Petrus, pari conſortio præditi, & honoris & poteſtatis&c. Et Auguſtinus: *Eccleſia, quæ fundatur in Chriſto, claves ab eo regni cælorum accepit in Petro, id eſt, poteſtatem ſolvendi ligandique peccata*, In Johann. Tract. 124. d. c. 21. Et Theophylactus. *Quamvis ſoli Petro dictum ſit: Dabo tibi, omnibus & Apoſtolis conceſſa ſunt. Quomodo? Cùm dixit:* Quorumcunque remiſeritis peccata, remittuntur; in *Cap.* 16. Matth. Et ſanè intererat. Quia enim diſcipulos ſuos per totum terrarum orbē, annunciatum reſipiſcentiam & remiſſionem peccatorum, mittere, conſtituerat, non poterat poteſtatem ſolvendi & ligandi illi concedere, huic verò negare. Quid, quæſo vel abſurdius cogitari poſſet, quàm, ſi hæc in diſtributione Indulgentiarum vera clavium eſſet poteſtas, uni eam alligâſſe loco, uni Sedi, uni perſonæ, cujus ūſus debebat eſſe toti Orbi communis? Cogitent, quibus vel cerebrum eſt, annon hoc gregi Chriſtiano audacter ſit eripere, quod Chriſtus omnibus ſuis diſcipulis, eorumque in munere Eccleſiaſtico ſucceſſoribus, voluit eſſe commune? Sacrilegè ergo ad unam reſtringitur perſonam; quod divina inſtitutione pendet ab officio.

B. Sed & *Materia* Indulgentiarum variè in S. Scripturam arietat. Eam Romanen-

ſes *Eccleſiæ theſaurum* appellant, quem ex ſatisfactionibus tum Chriſti tum Sanctorũ conflârunt: Non quibuscunque tamen, ſed ſive ſuperabundantibus, ſive ſuperfluentibus, ſive ut *Cajetanus* non erubuit loqui, *ſuperfluis*, quorum alioquin nullus eſſet uſus. Et judice quidem *Jacob. de Graff.* Append. l. 2. c. 1. §. 37. theſauri hujus compoſitio ex quinque conſurgit, 1. Merito paſſionis Chriſti 2. Merito Beatiſſimæ Mariæ Virginis. 3. Merito Sanctorum. 4. Merito Beatorum Confeſſorum, & Sanctarum Virginum: Sanctorum omnium, qui in operibus pœnitentiæ ſupererogârunt ad menſuram debitorum ſuorum. 5. Ex cæteris bonis, quæ fiunt & faciunt veri fideles. Et de Chriſti quidem meritis ſic philoſophantur: Tanti fuiſſe ejus paſſiones, propter dignitatem perſonæ, ut vel una ſola ſanguinis guttula, aut etiam ſudoris (hoc enim addit *Angelus*) mille mundis ſufficere redimendis potuerit. At ille rivos fudit. Quid ergo? Nempe quicquid fuit redimendis hominibus neceſſe, id extra theſaurum. Sed reliqua, oportuit ne pro nihilo haberi? Imò concludi & cuſtodiri diligenter, ut factum in tot ampullis, quot variis terrarũ locis oſtentantur. Unde magnificè *Panigarolla: Chriſtus vim ſatisfaciendi habens*

habeas pro toto hoc mundo, & aliis mille, ſi tot extarent, quum pro uno tantùm ſufficienter ſatis fecerit, reliquam omnem ſatisfactionem fateri oportet redundantem fuiſſe. Durandi vehementior adhuc eſt ἐπιμονή. *Chriſtus per paſſionem ſuam ſatisfecit, quantum ad ſufficientiam pro peccatis totius mundi. Conſtat autem, quod non omnes de mundo ſalvantur: ſed pauci, reſpectu aliorum: Ergo de pœna Chriſti, quæ ſufficere poteſt ad compenſandam pœnam omnium peccatorum Mundi debitam, multum ſemper reſtat, quum pro paucis qui ſalvantur ſatis fiat. Et ſi omnes de Mundo ſalvarentur, adhuc meritū paſſionis Chriſti ſuperabundaret, quia, qua ratione ſufficiens eſt ad ſatis faciendū pro peccatis totius mundi, eadē, ratione ſufficeret ad ſatis faciendum pro omnibus peccatis pluriū Mundorum, ſi eſſent.* De ſanctis durius negotium experti ſunt. Non tantum enim *Franciſcus Mayronis* ille, qui ne Chriſti quidem merita patiebatur concludi in theſaurum, ſed etiam nonnulli, qui ſanguini Chriſti non ſunt adverſati, ſanctorum tamen meritis non potuerunt aſſentiri. *Durandus* vertit in dubium. *Angelus de Clavaſio: Sed ego teneo cum Franciſco de Maironis in tractatu de Indulgentiis, quòd cùm merita ſanctorum ſint ultra condignum, remunerata à Deo; & ſic exhauſta; quod ſolùm dantur Indulgentiæ ex merito Chriſti, & paſſionis ejus.* Sed

& *Auratus*, qui ſe putavit admodum facile demonſtrâſſe, merita Chriſti huc pertinere. *At de Sanctorum meritis*, inquit, *difficilius eſt hoc perſuadere, id tamen etiam ex Paulo licet conjicere.* Cæteri tamen nihil hæſitantes confidentiſſimè pronunciant, Theſaurum Eccleſiæ conſtare ex meritis; non tantùm Chriſti; ſed etiam quorumcunque Sanctorum, ſi tamen plura ſint paſſi, quàm meruerint. De *B. Maria* non nihil eſt diſcrepantiæ, non tamen hæc tanti in tam firmato negotio. Qui nulli prorſus peccato obnoxiam ſancivere, ii videntur neceſſariò dicturi, ne pilum quidem ſatisfactionis ei opus fuiſſe: Ita quicquid ab ea fuit in hoc operum genere, id omne aliis prodeſſe. At importuni *Dominicani* aliter: Beata virgo medio modo ſe habet, puta inter Chriſtum & Sanctos: *Quod de ſuis pœnalitatibus, illud pro ea ſatisfecit quod erat pœna peccati originalis; Sicut mors naturæ cujus ipſa debitrix fuit; reliquæ autem ejus pœnalitates, ſponte aſſumtæ, totæ nobis cedunt, non illi, quæ nullius culpæ actualis rea fuit: Et idē eſt de Martyrio Innocentium, & aliorum, qui nec venialiter peccârunt.* Sed annon è diametro hæc Scripturæ ſacræ repugnant? Illa unum nobis oſtendit agnum qui tollit peccata Mundi, *Joh.* 1. v 29 Unum, qui ſolus calcavit torcular

iræ

iræ Dei *Eſ.* 63.v.3. Unum,qui pro nobis factus eſt maledictio, ut benedictionem conſequeremur,*Galat.* 3.v.13.14.Unum,qui pro nobis factus eſt peccatum, ut juſtitia Dei efficeremur in eo. 2.Corinth. 5.11. Unâ ergo eadémque ſolida credere jubemur paſſione nos redemtos. Quomodo uno eodémq; Solis lumine ſolido univerſum terrarum orbem videmus colluſtrari: una eadémque Dei omnipotentia creatum mundum,qua, ſi placuiſſet,plures creare potuiſſet. Ut tamen ſuperabundantis, aut ſuper affluentis, aut ſuperflui quicquam fuerit, etiamſi unicum crearit. Qua ratione, quæſo, ficta hæc ſupererogationũ ϑπίμετρα invitis obtrudemus? Notæ ſunt ſanctorum Confeſſiones, ſine fuco & ceruſſa. *Nemo eſt, qui non peccet* verba ſapientiſſimi Solomonis ſunt 1.*Reg.* 8. v.46. Unde maſcula ejus provocatio: *Quis dicere poſſit, purificavi animum meum, mundus ſum à peccato meo*, Proverb: 20. v. 19. Davidi ſubſcribit ipſe quoque Sanctiſſimus Paulus: *Non eſt juſtus; ne unus quidẽ,non eſt qui intelligat,nõ eſt qui exquirat Deum,Rom.* 3.v.10.11.In multis labimur omnes, *Jacobi* confeſſio eſt: c.3.v. 2.Et graviſſimus *Johannis* anathematiſmus: *Si dixerimus, nos peccatum non habere nos ipſos fallimus, & veritas in nobis non eſt.* 1.Joh.1.v.8.Ita Sancti

utriusque Teſtamenti: Nec ulli unquam aliter, niſi quos Phariſaicus influvit typhus, quique ſua Deo ad digitum numerare ſolebant non tam merita, quàm σκύβαλα, Phil. 3. 8. qualis ille erat, *Luc.* 18. v. 14. Et quem vel Scripturæ colorem illi induxerint abſurditati, qua plures paſſiones multi tribuunt, quàm meruerint? Quaſi non juſtus eſſet Deus, aut plura nobis imponeret, quàm vel juſtitiæ ejus conveniret, vel paterno affectui? Quaſi non diſerta ſatis Pauli eſſent verba: *Nam ſtatuo minimè eſſe paria, quæ præſenti tempore perpetimur, futuræ gloriæ in nobis retegendæ*; Rom. 8. v. 18. Et quòd *momentanea levitas oppreſſionis noſtræ ſit, quæ ex Dei gratia, nulla talionis aut proportionis Lege, excellenter excellentis gloriæ pondus æternum nobis conficiat*, 2. Cor. 4. v. 17. Averſantur, abominantur Sancti ipſi hocubique meriti, proprii etiam, Idolum, & nos illud non modò in templo Dei collocare, ſed & ſalutẽ in eo quærere geſtiamus? Quo quis ſanctior, eò major Confeſſor. Quò major apud Deum, eò humilior ſortis ſuæ æſtimator. Crepitacula reliqua ſunt, & dolia vacua prorſus, quæ inconditum edunt ſonum, præterea nihil.

C. Sed & *Forma*; *ubi* Simon Magus, Simonem Petrum penitus quaſi proſcribit;

in Sanctæ Scripturæ oracula peccat. *Dono accepiſtis, dono date*, verba ſunt Chriſti, cùm diſcipulos ſuos emitteret, *Matth.* 10. v. 8. *Cùmq; Simon Magus conſpexiſſet per impoſitionem manuum Apoſtolorum dari Spiritum Sanctus, obtulit eis pecunias, dicens: Date etiam mihi poteſtatem iſtam, ut cuicumque impoſuero manus, recipiat Spiritum Sanctum:* Hæc ſemel Simon ille; at quo ſucceſſu? *Petrus dixit ei: argentum tuum tecum pereat, qui donum Dei exiſtimâris pecuniis acquiri: Non eſt tibi pars, neque ſors in hoc negotio, cor enim tuum non eſt rectum in Dei conſpectu: Reſipiſce igitur ab iſta malitia tua &c.* Act. 8. v. 18. 22. Quid ſi jam Petrus rediret, & omnia Romæ venalia eſſe, Cælúmque, Deúmque, ſuis quotidie uſurparet oculis? Si obſervaret, nihil tam in legibus Sanctum, quod pecuniâ non violetur; nihil in peccatis tam enorme, quod ære non expietur? Et ut Spiritum Sanctum Apoſtolica Eccleſia nummo proſtituere noluit, ita Romanis Pontificibus à longo tempore vix aliud remiſſionis peccatorum acquirendæ melius placuit ſubſidium, quàm illiberale hoc crumenimulgium. Planè ut Jurisconſulti ſuorum contractuum formulas præſcribunt: *Do ut des, facio, ut facias.* Quid jam olim obtinuerit, ex verſibus, qui *Biturigibus* in Templo cathe-

 dra-

drali D. Stephani ad altare Cardinalis, antiquo inſcripti lapidi exhibentur à Lubecenſium Conſule D. *Hermanno Vecholdio*, J. U. D. quos ſua manu deſcriptos tradidit D. Chemnitio:

Hic des devotè, cœleſtibus aſſocio te,
Mentes ægrotæ per munera ſunt tibi lotæ
Ergo venitote, gentes à ſede remotæ
Qui datis, eſtote certi de divite dote.
Te precor, accelera, ſpargas hîc, dum potes, certa
Et ſic revera ſecurè cœlica ſpera.
O ſi tu ſcires, quantum data proſit ibi res,
Tu juxta vires donares, quod dare quires.
Te miſer à pœna, dum tempus habes, aliena,
Ut tibi ſit pœnæ venia, ſit aperta crumena:
Conſors cœleſtis fabricæ, qui porrigit, eſt is,
Crede mihi, crede, cæli donaberis æde:
Nam pro mercede Chriſto dices mihi cede.
Hic datur exponi Paradiſus venditioni,
Currant ergo boni rapientes culmina throni

Vis

Vis retinere forum,mihi tendas pauca obolorum
Pro ſumma quorum reſerabitur aula Polorum:
Hîc ſi largè des, in cœlo fit tua Sedes:
Qui ſerit hîc parcè,parcè comprendet in arce
Cur tardas? Tantùm numi mihi des aliquantum,

Pro ſummo ſolo nummo, gaudebis in æthere. *Chemnit.* P. IV. Exam. Concil. Trid. p. 361. Ita Indulgentias commendabant, qui Chriſtianiſmum in Simoniacum verterant monopolium. Neq; n. aliud gratiæ habebant pondus Pontificiæ, quàm quod ex analogia dati & accepti ſperari poterat. *Ex parte*(ita ante conflictû liberè & ἀνεπαισχύντως loquebatur author *Big. Salut. Serm.* 12.)*requiritur ut faciat id pro quo datur Indulgentia, ſecundùm formam conceſſionis, & ſi ſic datur, quòd viſitet Eccleſiam, hic faciat, vel quòd det unum denarium, vel candelam, &c. Nam Fratres Minores nunquam (NB.) conſequantur illam Indulgentiam, quæ ſic dicatur:* Quod quicunque dabit unum denarium ad fabricam, &c. Excipit ergo in caſu liberalitatis Franciſcanos ἀκτήμονας. Verùm, quid erat neceſſe? Chriſtus; ſi fabulatori Bern-

 har-

hardino, in *R.ſario* adhibenda fides; hunc pridem defectum compenſaverat. Cum enim (ita Bernhardinus) Franciſcus in cella ſua oraret, apparuit ei Angelus, dicens, ut iret ad Eccleſiam (Sanct. Mariæ de Angelis apud Aſſiſium intelligit) quoniam Chriſtus, & B. Virgo, cum Angelis expectarent eum. Chriſtus autem dixit: *Franciſce, poſtula; quid circa ſalutem animarum, quia datus es in lucem Gentium. Franciſcus dixit: ſupplico, ut digneris facere hanc gratiam generi humano, concedere ſcil. omnibus & ſingulis venientibus ad locum iſtum, & in Eccleſiam illam introeuntibus veniam & Indulgentiam omnium peccatorum ſuorum univerſaliter & generaliter: & ſupplico Beatæ Virgini, Advocatæ generis humani, ut pro hac petitione impetranda me adjuvari dignetur &c. Chriſtus verò reſpondit, dicens: Satis grande eſt quod petiſti: Sed majoribus dignus es, frater Franciſce. Admitto igitur ſupplicationem tuam; ſed volo, ut vadas ad meum Vicarium, cui dedi poteſtatem ligandi & ſolvendi in cœlo & in terra, & petas ab eo ex parte mea (NB.) dictam Indulgentiam. Franciſcus manè ſe contulit ad Papam Honorium, & petiit, ut ad honorem Virginis Mariæ dignaretur in ipſa Eccleſia Portiunculæ ponere indulgentiam plenariam ſine oblationibus. Papa reſpondit: Se non poſſe hoc facere, quia oportet, ut qui vult Indul-*

gen-

gentiam, eam mereatur ponendo manus adjutrices. Interrogavit autem Pontifex Franciſcum, quot annos vellet ibi poni de Indulgentia: Qui reſpondit, ſe non velle annos, ſed animas, ut quicunque dictam Eccleſiam intrarent contriti & confeſſi, plenam conſequerentur remiſſionem omnium peccatorum ſuorum à culpa & à pœna, quæ peccata commiſiſſent à die Baptiſmi, usque ad diem & horam introitus in Eccleſiam: Addens, quòd non ex ſe hoc peteret: ſed ex parte Chriſti, qui eum miſerat. Tunc Papa annuit, & quod poſtulaverat conceſſit. Egrediente autem Franciſco Papa dixit: Ubi habes Bullam? At ille reſpondit: Nullum de hac re volo inſtrumentum, ſed ſit B. Virgo Charta; Notarius ſeu Plumbator Chriſtus, Angeli teſtes; Sigilla ſtigmata Franciſci. Poſtmodum ad petitionem Cardinalium Papa Indulgentiam illam ad unam diem naturalem ſingulis annis in perpetuum extendi declaravit, prima ſcil. Auguſti. Sed ad rem. Omnino, non ut olim Prophetæ, ita Inſtitores, Romani: *Hui, omnes, qui ſititis, venite ad iſtas aquas, & cui nulla eſt pecunia, venite, comparate &, comedite, venite, inquam, & comparate absque pecunia, & absque pretio, vinum & lac: Jeſ.* cap. 55. v. 1. Nam quantum *ad remiſſionem pœnæ* (ita Aug. de Ancon. de Poteſt. Pap. q. 30.) *quæ acquiritur per Indulgentiam, in tali caſu non eſt inconveniens*

niens, quod dives ſit melioris conditionis, quàm pauper. Notare enim jubent diligenter Papæ collybiſtæ ex *Tax. Cancell.* Tit. de matrim. fol. 23. *quòd hujusmodi gratiæ non conceduntur pauperibus, quia non ſunt, ideo non poſſunt conſolari.* Hinc Sanſonii noſtri famulus, iis primũ, quibus non obſtaret res anguſta domi, aditum patere voluit. Unde & factum, quòd Jeſuitæ Indulgentiam nullius eſſe valoris ſtatuant, ſi magna concedatur pro parva cauſa, id eſt, ſi pro Seſtertio, vel alio parvi momenti pretio detur Indulgentia pro decem annis; *Bellar.* de Indulg. l. 1. c. 12. Niſi hæc Emulgentia, ut ingenioſè à magno Theologo vocatur, in univerſi populi gratiam à Rege, Principe, Republica, juſto pretio redemta ſit. *Nam* (ita *Angles* Hiſpan. Quæſt. de Indulg. in 4. Sentent. Artic. 2. difficult. in Conclus.) *conceditur toti Hiſpaniæ, & omnibus regnis inviĉtiſſimi Regis noſtri Philippi, pro ingenti theſauro, qui explicatione diplomatis ad expugnandos Turcas aggregatur: Et cùm tantus theſaurus non poſſit ab uno offerri, hac de cauſa omnibus, qui partem illius theſauri ſolverint, conceditur. Quemadmodum eſſet ſufficiens cauſa, ſi Rex centum mille Ducatos Romano Pontifici offerret, ut illas Indulgentias omnibus Regnis Hiſpaniæ conferret, etiamſi Rex poſtea à ſingulis civibus partem iſtius ſum-*

us ſummæ exegerit. Mirum, Jeſuitam hypotheſeos ſuæ immemorem, à *ſolvendi* & *exigendi* voculis non abſtinuiſſe! *Eleemoſyna* enim id etiam eſt, quod præſenti pecuniâ emitur & venditur. Unde non modò ægrè ferunt, ſi eos, qui ſolvunt, emere dicamus; ſed & *Sanſonius* prudenter cavit, ne qui XIII. floren. *Rhenenſes pro diplomate ſuo penderet, vel emiſſe, vel ſuper eis cum aliquo conveniſſe, & compoſuiſſe præſumeret aſſerere.* Ex recentionibus tamen in pauperes nonnulli benigniores ſunt, ceu diximus in *Primit. Heidelb.* p. 33. Modeſtiſſimi ergo divitibus legem ſolutionis datam volunt, pauperibus non item: Den Reichen umb das Gelt; den Armen umb ſonſt. Sed de his Cadmæorum fratrum contentionibus poſtea. Φεῦ τῆς ἀγχινοίας: Ubi vel in Veteri, vel Novo Teſtamento ſive peccatorū remiſſio, ſive pœnarum relaxatio pretio venditur? *Fratrem nullo modo redimere poteſt quisquam, non dare Deo redemturam*; verba ſunt Viri ad voluntatem Dei, *Pſalm.* 49. 8. Et Papæ liceat omni, etiam leviſſimo modo, aliquot Solidis, florenis, coronatis redemturam illam offerre? *Quam dabit compenſationem animæ ſuæ*, quærit ipſe Chriſtus, Marc. 8. v. 37. Negátq; vel univerſum mundum unius animæ dari poſſe ἀντάλλαγμα. Quid ni cum Propheta

niens, quod dives ſit melioris conditionis, quàm pauper. Notare enim jubent diligenter Papæ collybiſtæ ex *Tax. Cancell.* ❡ Tit. de matrim. fol. 23. *quòd hujusmodi gratiæ non conceduntur pauperibus, quia non ſunt, ideo non poſſunt conſolari.* Hinc Sanſonii noſtri famulus, iis primù, quibus non obſtaret res anguſta domi, aditum patere voluit. Unde & factum, quòd Jeſuitæ Iudulgentiam nullius eſſe valoris ſtatuant, ſi magna concedatur pro parva cauſa, id eſt, ſi pro Seſtertio, vel alio parvi momenti pretio detur Indulgentia pro decem annis; *Bellar.* de Indulg. l. 1. c. 12. Niſi hæc Emulgentia, ut ingenioſè à magno Theologo vocatur, in univerſi populi gratiam à Rege, Principe, Republica, juſto pretio redemta ſit. *Nam* (ita *Angles* Hiſpan. Quæſt. de Indulg. in 4. Sentent. Artic. 2. difficult. in Conclus.) *conceditur toti Hiſpaniæ, & omnibus regnis invictiſſimi Regis noſtri Philippi, pro ingenti theſauro, qui explicatione diplomatis ad expugnandos Turcas aggregatur: Et cùm tantus theſaurus non poſſit ab uno offerri, hac de cauſa omnibus, qui partem illius theſauri ſolverint, conceditur. Quemadmodum eſſet ſufficiens cauſa, ſi Rex centum mille Ducatos Romano Pontifici offerret, ut illas Indulgentias omnibus Regnis Hiſpaniæ conferret, etiamſi Rex poſtea à ſingulis civibus partem iſtius ſum-*

us ſummæ exegerit. Mirum, Jeſuitam hypotheſeos ſuæ immemorem, à *ſolvendi* & *exigendi* voculis non abſtinuiſſe! *Eleemoſyna* enim id etiam eſt, quod præſenti pecuniâ emitur & venditur. Unde non modò ægrè ferunt, ſi eos, qui ſolvunt, emere dicamus; ſed & *Sanſonius* prudenter cavit, ne qui XIII. floren. *Rhenenſes pro diplomate ſuo penderet, vel emiſſe, vel ſuper eis cum aliquo conveniſſe, & compoſuiſſe præſumeret aſſerere.* Ex recentionibus tamen in pauperes nonnulli benigniores ſunt, ceu diximus in *Primit. Heidelb.* p. 33. Modeſtiſſimi ergo divitibus legem ſolutionis datam volunt, pauperibus non item: Den Reichen umb das Gelt; den Armen umb ſonſt. Sed de his Cadmæorum fratrum contentionibus poſtea. Φεῦ τῆς ἀγχινοίας: Ubi vel in Veteri, vel Novo Teſtamento ſive peccatorū remiſſio, ſive pœnarum relaxatio pretio venditur? *Fratrem nullo modo redimere poteſt quiſquam, non dare Deo redemturam*; verba ſunt Viri ad voluntatem Dei, *Pſalm.* 49. 8. Et Papæ liceat omni, etiam leviſſimo modo, aliquot Solidis, florenis, coronatis redemturam illam offerre? *Quam dabit compenſationem animæ ſuæ*, quærit ipſe Chriſtus, Marc. 8. v. 37. Negátq; vel univerſum mundum unius animæ dari poſſe ἀντάλλαγμα. Quid nî cum Propheta

pheta exclamare nobis liceat: *Cur expenditis pecuniam pro nullo cibo, & laborem veſtrum pro re minimè ſatiatura? Auſcultate continenter mihi, & comedite bonum*; Jeſ. 55. v. 2 De Confeſſione & pœnitentia multos Muhammedani hactenus injecerunt ſcrupulos, quos nondum video exemtos à Calviſtis: Quòd ſi hæc mercatura iis innoteſceret, quantum inde, ſanctiſſimum nomen Chriſti blaſphematum iri exiſtimamus? Quàm ſedulò & religiosè caverunt Apoſtoli, ne videremur ἀργυρώνητοι? Num & Romæ qui ſucceſſorem ſe jactat Petri, hodie dicere poſſit, quod ſuo tempore ipſe Petrus ſcripſit fidelibus: *Scitis vos non caducis rebus, auro vel argento fuiſſe redemtos ſed pretioſo ſanguine agni immaculati*? 1. Pet. 1. 18. *Pretio redemti eſtis*, inquit Paulus, *glorificate igitur Deum, in corpore veſtro, & in ſpiritu veſtro*. 1. Cor. 6. 20. Hæc à nobis exigit Paulus: laudem & celebrationem Redemtoris; non ut pecuniâ jam emamus, quod nulla pecunia acquiri olim potuit. Quàm malè de Lazaro, & qui deinceps ejuſdem duræ ſortis vixerunt ſocii, actum fuiſſet, ſi, qui non habuerunt unde latrantem compeſcerent ſtomachum, difficilibus Romæ Bullivendis lautam injicere debuiſſent offam! Sed plura de his poſtea.

D. Qui-

D Quin & *cauſa finalis* à Sacræ Scripturæ Sanctuario tota aberrat. *Quid ſentis* (quærit *Cathechiſta Bailius* Summ. Controv. P. II, q. 13.) *de Indulgentiis*: Et reſpondet Cathechumenus: *Eſſe relaxationes & remiſſiones pœnarum temporalium, quæ nos in hoc mundo, vel in Purgatorio maneant. Et iterum: Dicimus igitur, Indulgentias eſſe pœnarum temporalium condonationes aut relaxationes (quas ob peccata noſtra debemus ſubire) theſauri Eccleſiæ applicatione, factas, qui præcipuè conſiſtit in meritis Jeſu Chriſti, & communione Sanctorum, qui ſunt membra capiti Servatori, omnisque virtutis fonti, unita & conjuncta, quique in nos, ejusdem corporis membra influunt.* Nonne verò hoc eſt in Idea philoſophari? Quis, quæſo, in penetrale Dei aſcendit, ut adeò exactè pœnarum peccatis cujuslibet debitarum quantitatem noverit? Quis Propheta, quis Apoſtolorum unquam docuit, Sanctorum paſſiones meritorias eſſe & ſatisfactorias? *Meritorias* tantùm pro ſe; *ſatisfactorias* etiam pro aliis. *Si ſapias*, ait Salomo; *Sapies tibi*; Proverb. 9. v. 12. *Unusquisque ſuum onus portabit*, Gal. 6. v. 5. *Et unusquisque reportabit, quæ in corpore ſuo fecerit, congruenter ad id quod fecerit, ſive bonum, ſive malum.* 2 Cor. 5. 10. Virgines prudentes, ſtultis denegant oleum ſuum, veritæ ne & ipſæ ſi defrau-

defraudarent, & his non ſufficerent, *Matth.* 25. 9. Daniel, Noe, Job nec proprios quidem infantes redimunt, *Ezech.* 14. 6. Et quemadmodum anima peccans morietur, ita anima juſtè agens vivet; *Ezech.* 18. v. 4. 5. Longè candidiores, *Tertullianus*, de pud. c. 22. *Auguſtinus* in Joh. tract. 84. *Leo*, Epiſcop. Roman. Epiſt. 83. ad Palæſt. qui, ut diximus in *Primit.* p. 39. negant, *peccatorem peccatoris faculam olei accendere poſſe*; *aut Martyrum ſanguinem fundi in fraternorum peccatorum remiſſionem*; *quenquam ſuo ſine alterius debitum perſolvere* Ubi Deus hanc nos Oeconomiam docuit; quòd Sanctorum afflictiones majorem illis gloriam mereantur; eorum verò, quibus Papa applicabit, pœnas compenſent? *Accepere juſti*, Leonis verba ſunt l. c. *non dedere coronas, & de fortitudine fidelium nota ſunt exempla patientiæ, non dona juſtitiæ.* Unde negotiationes illæ, & permutationes pœnarum æternarum in temporales? Ubi Deus ſuo ceſſit jure, ut nobis liberum relinquat de Chriſti paſſionibus ità ludere? Quis juſſit vel Pontificem, vel alium mortalem infligere pœnam, ubi Deus ipſe remittit? *Si*, Deo ipſo judice, *nulla in iis* relinquitur *condemnatio, qui ſunt in Chriſto Jeſu*, cur homines rigidiores; ſupereſſe eâ fingant, ut crumenam farciant? Luculenta

lenta Dei eſt promiſſio, *quòd non recordaturus, ſit amplius peccatorum noſtrorum*; Mich. 7. 19. *quòd jacturus* ſit *ea in profundiſſimum maris; adeo, ut ſi quæratur iniquitas Iſraëlis, non ampliùs ſit extitura, & peccata Juda non ampliùs reperienda, quia Deus condonaverit iis, quos fecerit reliquos,* Jerem. 50. 20. Si nulla reperiantur peccata, quomodo pœnas eorum Deus exiget? Suas quidem Eccleſia ſemper habuit ſatisfactiones *Eccleſiaſticas* & *Politicas*, ſæpe etiam *Academicas*, habet etiamnum (& fortè inter Reformatos ſtrictiores quàm Pontificios) ut qui publicum læſerunt, publicè etiam reconcilientur. Quid verò illæ ad forum Poli, ubi unus eſt, qui pleniſſimè pro nobis fecit ſatis, & cujus unius anima eſt ἀντίλυτρον pro peccatis noſtris? Qui quicquàm præter vel extra Eum quærunt, vel neſciunt in ipſius ſolius nomine ſalutem propoſitam, *Act.* 4. v. 12. vel ſacrificium ejus inſufficientiæ accuſant; quod ipſum Chriſtianiſmi eſt convellere fundamentum.

E. *Subjectum* tandem determinant, quod, inconſultâ Scripturâ, ipſi ſibi fingunt. Scriptura iis, qui ſunt juſtificati, adeóque in gratia Dei, *pacem cum Deo annunciat*, Ro. 5. 1. At ubi Deo ſumus reconciliati, ubi Deus nobiſcum eſt, quis erit contra nos *Ro.* 8. v. 13

verſ. 3. Romanæ verò Indulgentiæ neminem admittunt, niſi qui ſit in gratia. Quod ſe ipſum planè deſtruit, abſurdum dogma. Quem enim ipſe, gratiâ ſuâ, Deus amplectitur, num metuet ille hominis mortalis pœnam? Eſſe in gratia Dei, & tamen exquiſitis Purgatorii cruciatibus obnoxium, ſunt ἀσύστατα. Scriptura à remiſſione peccatorum neminem, qui credit & reſipiſcit, excipit. At per Eccleſiæ Romanæ definitionem hæc clavis nec mutis, nec amentibus uſui eſſe poteſt: *Jacob. de Graff.* App. l. 2. c. 16. §. 11. Peccatorum remiſſio non operantem; ſed credentem requirit. *Ei qui non operatur, ſed credit in eum, qui juſtificat impium, imputatur fides ſua pro juſtitia*, Rom. 4. v. 5. At in Eccleſia Romana hodierna ne Indulgentiæ quidem proſunt, niſi operandi inſtitutum proprium accedat. Unde *Cajetanus*, & quidam alii, apud *Bellar.* de Indulg. l. 1. c. 13. requiri ſtatuunt, *ut qui vult conſequi indulgentias, habeat propoſitum ſatisfaciendi de Deo propriis laboribus, quo ad poterit, iis autem qui nolunt pro ſe ipſis ſatis facere cùm poſſint, negat prodeſſe Indulgentias*: Ex quo etiam colligit, *paucos admodum revera frui Pontificiis Indulgentiis ex tanto numero adeuntium Eccleſias temporibus ſtationum. Quæ ſententia*, pergit Bellarminus, *utilis quidem eſt & pia;*

ſed

ſed fortaſſe non vera, quia Pontifices deciperent populum, ſi indulgentias cum ea conditione proponere vellent, quam nunquam explicarent. Scriptura vocationis gratiam ſoli Deo fert acceptam. Ille ſolus poteſt nos trahere, *Joh. 6.* v. 44 Ad ſe convertere, *Ezech. 36. v. 26. 27.* Sed qui Indulgentiis bene volunt, ſuadent, ut ab iis etiam qui non ſunt in gratia, ſed mortalis peccati nexu detenti, conquirantur. *Quamvis enim* (verba extant apud Jacob. de Graff. lib. 2. c. 4. §. 2.) *non proſint ad merendum vitam æternam, proſunt tamen ad facilius obtinendam à Deo gratiam converſionis qua citius reſipiſcant.* Atque ſic, ut cætera ad compendium referamus, omnino in hac mercatura οὐδὲν ὑγιές. Non modò, plerorumque Theologorum conſenſu dogma eſt ἄγραφον; ſed ex omnibus ſuis cauſis ἀντίγραφον. Scriptura facultatem ſolvendi & ligandi omnibus ex æquo tribuit Miniſtris: Roma, per Indulgentias, primariò & independenter Pontifici; ſecundariò dependenter, & per ſubdelegationẽ ad inferiores ordines transfert. Scriptura unius tantùm oſtendit ſanguinem meritorium, propitiatorium; Medicum unum, unam viam, unam clavem, unum clavigerum. At Eccleſiæ theſaurus Romanæ in mentem noſtris revocat picturam illam, de qua Horatius:

Humano capiti cerviccm pictor equinam
Jungeret ſi velit.

Abhorret ſacra Scriptura à Simonia, nihilque veræ pietati, aut reverentiæ religionis, inimicum magis, quàm ubi pretio venduntur ſpiritualia & æterna. At Roma nihil promittit, nec promittenti etiam adhibita fuiſſet fides, niſi pecuniâ expugnatæ. Ignorant ſacræ Literæ, ita hominem liberari à culpa, ut exigenda tamen maneat pœna *ſatisfactoria:* Nam de *caſtigatoria* & *exploratoria* litem hactenus ne movere quidem cuiquam noſtratium fuit prolubio. Sed ſi hæ Romanis non placerent fabulæ: Si cum Paulo, nullam iis, qui in Chriſto Jeſu ſunt, metuendã eſſe condemnationem, concederent, nequidem locus Indulgentiis ſupereſſet. Eadem reliquorum capitum eſt ratio.

XVI. Antiquitatem, *ejúsque conſenſum de eſſe Indulgentiis, adverſariorum etiam plerorumque facilè obtinemus ſuffragiis.*

a. Dedimus quædam ſup. p. 26. 31. Quibus addi poſſunt nonnulla alia. *Petrus à Soto* Inſtruct. Sacerdot. Lect. 1. de Indulg. p. 243. ultrò concedit, *non ſolùm non eſſe aperta Scriptura teſtimonia de Indulgentiis, ſuósque*

monet

monet Catholicos, ne minùs certis innitantur; Sed addit inſuper, *ſe antiqua & primitivæ Eccleſia non habere certa teſtimonia, traditionem Apoſtolicam ſe in hac re non habere.* Durand. in VI. ſentent. dict. 20. q. 3. *De Indulgentiis pauca dici poſſunt per certitudinem, quia nec Scriptura expreſsè de iis loquitur.* Quod enim dictum eſt Petro Matth. 16. Tibi dabo claves regni cœlorum, & quodcunque ligaveris &c. *intelligitur de poteſtate ei data in foro pœnitentiæ. De collatione autem Indulgentiarum non eſt quomodo debeat intelligi. Sancti enim, Ambroſius, Hilarius, Auguſtinus, Hieronymus minimè loquuntur de Indulgentiis.* Et certè nimium adhuc eſt, quòd, cum nonnullis aliis, ad Gregorii M. ætatem hanc reprobam mercem *Bailius* refert: Ita enim, Summ. Controverſ. T. 3. q. 13. *Primi Chriſtiani variis ſeveris pœnitentiis exercebantur, quò has pœnas evitarent: Nec tam facilè ipſis concedebantur Indulgentiæ. Verùm devotione paulatim langueſcente Sancti noſtri Patres Papæ poſt S. Gregorium M. qui vixit anno circiter 590. ſæpius Eccleſiæ theſaurum aperuerunt.* Hæc Adverſarii, qui tamen, quòd novitatem hanc, tot incommodis laborantem, omnique religionis Chriſtianæ myſteria peſſundantem, è medio ſublatam volumus, *Novatorum* nos onerare audent exoſo convitio. , Si-

noſtræ nobis fidei ratio tam eſſet incerta, tam recenter producta, tam apertè Scripturæ authoritati oppoſita, quot non adverſariorum extimeſcenda nobis eſſent tonitrua? Quàm vellemus, cogitarent tandem, quibus fortè de re ſuperiori ſeculo impudenter & imprudenter geſta non ſatis conſtare videntur, non novaturiendi pruritu, ſed reſtituendæ veræ antiquitatis ſtudio hoc Majores noſtros purgâſſe ſtabulum Simoniacum!

XVII. *Sed & ipſa ex S. Scriptura rectè informata* ratio *has merces multis de cauſis merito improbat.*

Videamus ſtrictim, quàm ne quidem *ſobria ratio*, propter tot ἀλλόκοτα, ἀσύστατα, καὶ ἀστήρικτα, Indulgentiarum novo fœtui obſtetricari poſſit. Et A. quidem: Si, per Indulgentias, pœnæ peccatis debitæ omnes tolluntur: Si per Indulgentias illa, quæ in ipſo à Pontificiis agnoſcitur, Baptiſmo, redit ſanctitas; adeóq; ipſi, Bulliphoris, cœli pateant & Paradiſus, quæ Deo ſupereſt in ejusmodi ſanctos, innocentes animadvertendi cauſa? Nec tamen à bello, peſte, aut fame illos, qui Indulgentiis ſunt muniti, hactenus immunes fuiſſe, obſervavimus. An ergo inſontes puniat Deus? Imò, juſtiſſimus judex, in hac fori Pontificii concambitione; ut ve-

ut veterũ retineã vocabulũ; non acquieſcit.

B. Aut plenè ſatisfecit Chriſtus pro noſtris peccatis, eorúmque pœnis, aut alius expectandus Servator. Neque enim ille Redemtor eſt, qui redimendos in carcere relinquit. Hoc relinquimus impiæ Judæorũ apellarum Synagogæ: Illud ſacræ Literæ tam Veteris quàm N. Teſtamenti diſertè docent. *Unus eſt Mediator* (ſatisfactionis cum primis) *Dei & hominum, homo Jeſus, qui ſe ipſum dedit ἀντίλυτρον pro quibusvis*, 1. Tim. 2. 5. 6. *Filius hominis venit, ut daret animam ſuã in λύτρον pro multis*, Matt. 20. 28. *Torcular ſolus* Chriſtus *calcavit*, id eſt laborem redemtionis ſolus tulit, Jeſ. 63. 3. Ille non tantùm ἁμαρτία peccatum ſive, victima, pro peccato pro nobis factus eſt, 2. *Cor.* 5. 21. ſed & morbos, dolores noſtros, ut medicinam nobis afferret, ſuſtinuit, *Jeſ.* 53. Ipſi, rogamus, expendant Theologi Pontificii, qui præ cæteris pietatem commendaturi, Chriſti dolores, paſſiones, convitia, ludibria mortem deniq; ipſam adeò graphicè depingunt, an hæc vel cũ juſtitia Dei, vel infinitæ perſonæ valore conciliari poſſint, ſinó plura ſanctum & innocentẽ noſtrum Sacerdotem, ſui corporis oblatione impetrâſſe, quàm ut communẽ cum aliis ſanctis haberet virtutem ſatisfactoriam, dicamus; adeóque

ex parte ſexta redemtor ſolùm noſter eſſet. Nonne, qui negant imputatione paſſionis Dominicæ à culpa & à pœna nos abſolvi, mortem Domini impiè evacuant; quaſi ſcopum, ad quem tot calamitatibus & paſſionibus contendit, non fuiſſet aſſecutus? Si noſtro non tantùm bono, ſed etiam loco, tot ærumnas & miſerias Chriſtus ſuſtinuit, quâ ratione, ſalvâ fide Chriſtianâ, uſum & effectū, i. e. omnimodā à malis pœnæ (quatenus ſatisfaciendi habebant χρέιαν) per Chriſtum exanlatis, redemtionē inficiari poterimus? Aut noluit ſuâ paſſione Chriſtus gregem ſuum à condemnatione liberare totaliter, aut non potuit. Utrumq; verò abſurdum eſt. *Voluit*; voluntaria enim ejus victima fuit expiatoria, *He*. 10. v7 *Potuit* etiā, quia Deus erat, qui proprio ſanguine, ipſo actu, acquiſivit Eccleſiam, *Act*. 20. 28. Dominus gloriæ, Flius Dei, unigenitus filius, proprius, innocens & impollutus, juſtus, qui non fecit peccatum, & in cujus ore non fuit dolus; factus fuerit vermis; ludibrium hominum, & nobis reſtet expiandu, quod ille luit?

B. Si theſaurus datur Eccleſiaſticus, ex Sanctorum etiam ſuperfluis collectus meritis, tum aut veterum Sanctorum merita ſunt intelligenda, aut recentiorum. Illorum non poteſt huc trahi exemplum. 1 Quia ipſi

ipſi talia ſupererogationum ἐπιμέλεια neq; jactârunt, peccatorum ſuorum ingenui Confeſſores, neque alios eò rejecerunt. Et adverſariorum, & ipſorum Patrum mentem ſuprà jam expreſſimus. 2. Etiam veteres conqueſti ſunt dẹ collapſa diſciplina Eccleſiaſtica. Inſignis extat locus apud *Cyprianum* ſermon. de lapſis, qui legitur T. I. *Hiſt. Eccleſ.* pag. 93. Quando verò hoc palmarium eorum, qui vel in mediocri antiquitate præſidium quærunt, telum eſt, videamus, quàm ſit illud infirmum. Veteres certè, & de crẹbris queri ſolent Dei caſtigationibus, immaniſſimis perſecutionum, Barbarorum incurſionibus, & ingenuè fateri, ſuo ſe jumento, peccatis ſuis, tantam malorum accerſiviſſe Iliadem. Ubi ergo tot pro aliis meritorum plauſtra? *Euſeb.* Hiſt. Ecc. l. VII. c. I. enarrat quæ perſecutionē Diocletiani præceſſerint, & inter alia: Ὡς δὲ ἐκ τῆς ἐπὶ πλεῖον ἐλευθερίας ἐπὶ χαυνότητα καὶ νωθείαν τὰ καθ' ἡμᾶς μετηλλάττετο, ἄλλων ἄλλοις διαφθονουμένων, καὶ διαλοιδορουμένων, καὶ μονονουχὶ ἡμῶν αὐτῶν ἑαυτοῖς προσπολεμούντων ὅπλοις, εἰ οὕτω τύχοι, καὶ δόρασι τοῖς διὰ λόγων ἀρχόντων τε ἄρχουσι προσρηγνύντων, καὶ λαῶν ἐπὶ λαοὺς καταστασιαζόντων. Τῆς τε ὑποκρίσεως ἀφάτου. καὶ τῆς εἰρωνείας ἐπὶ πλεῖστον ὅσον κακίας προϊούσης, ἡ μὲν δὴ θεία κρίσις, οἷα φίλον αὐτῇ πεφεισμένως τῆς ἀ-

ρυσμάτων ἔτι συγκροτουμένων ἠρέμα καὶ μετρίως τῆς αὐτῆς, ἐπισκοπὴν ἀνεκίνει, ἐκ τῶν ἐν στρατείαις ἀδελφῶν καταρχομένου τοῦ διωγμοῦ, ὡς δ' ἀνεπαισθήτως ἔχοντες, οὐχ ὅπως εὐμενὲς, καὶ ἵλεω καταστήσασθαι τὸ θεῖον προυθυμούμεθα, εἶα δέ τινες ἄθεοι ἀφρόντιστα, καὶ ἀνεπίσκοπα τὰ καθ' ἡμᾶς ἡγούμενοι, ἄλλας ἐπ' ἄλλαις προσετίθεμεν κακίας. Ὅτε δοκοῦντες ἡμῶν ποιμένες. Τὸν τῆς θεοσεβείας θεσμὸν παρωσάμενοι ταῖς πρὸς ἀλλήλοις ἀνεφλέγοντο φιλονεικίαις· αὐτὴ δὴ ταῦτα μόνα, τὰς ἔριδας, καὶ τὰς ἀπειλὰς, τόν τε ζῆλον, καὶ τὸ πρὸς ἀλλήλους ἔχθος, καὶ μῖσος ἐπαύξοντες, οἷά τε τυραννίδας τὰς φιλαρχίας ἐκθύμως διεκδικοῦντες, τότε δὴ τό τε κατὰ τὴν φάσκουσαν τοῦ Ἱερεμίου φωνὴν, ἐγνόφωσεν ἐν ὀργῇ αὐτοῦ Κύριος τὴν θυγατέρα Σιών. Id eſt, *Verùm, cùm nos præ nimia quadam licentia in mollitiem delicatam & diſſolutam ſegnitiem eſſemus prolapſi, cúmque alij aliis invidere, maledictis inſectari, & propè nos ipſi petulantibus linguis tanquam mutuis armis oppugnare; & caſu aliquando verborum contumelias velut haſtas unus in alium intorquere, & Præſides Eccleſiarum alter alterius vires infringere, & populus in populum ſeditionem concitare occiperent: Cúmque ficta & adumbrata ſanctitatis ſpecies, quæ oratione nequit exprimi, & ſimulatio fronte occultata ad immenſam quandā pravitatē ſerpſiſſet, divina ultio, dū permagna adhuc Chriſtianorum ubiq; verſabatur frequentius, parcius aliquando remiſſius & modera-*

deratius, ut ſolet primò perſecutione ex fratribus, qui militiam exercebant, inchoata, cœpit in nos animadvertere. Sed ubi, veluti ſenſibus orbati, & præſtricti mente, nulla cura aut cogitatione incubuimus, ut divinum Numen in nos incenſum, benevolum & placatum efficeremus; ſed tanquam impii noſtras res à Deo curari, nec animadverti arbitrati, alia vitia aliis accervatim adjecimus; & Paſtores noſtri, depulſa repudiatáque pietatis regula, diſſidio & contentione inter ſe exarſerant: quin etiam nullas alias res præter quam diſcordiam, minas, æmulationem, inimicitias & odium inter ipſos mutuo adaugere ſtuduerunt; & animis ambitionis æſtu incenſis, tyrannorum more principatum obtinere laborarent; tunc demum juxta illam Hieremiæ ſententiam, obſcuravit in ira ſua Dominus filiam Sion &c. Et cap. 2. meminit διαστάσεων εἰς ἀλλήλους, καὶ ἀτοπιῶν *diſſidiorum erga ſe invicem, & abſurditatis.* Ubi, hoc flore Eccleſiæ primitivæ, fervor? Ubi pietatis exſuperantia ſtudia? Ubi Theſaurus Eccleſiaſticus? Cur tot non fuerunt averruncata mala, ſi Eccleſiæ balſamo vulnus curari potuiſſet? Cum *Vandalicis* poſtea irruptionibus omnia vaſtarentur, unde tum Eccleſiæ Theſauri, quibus expiari potuiſſet Numen, collecti fuerunt? Non ab iis certè, qui vindicem Dei oculum adeó contumaciter provocârunt. Peccatis enim

enim meruiſſe Gallias, adeòque Orbem Romanum, noſtram etiam Helvetiam & Valleſiam (quam ne prærupta quidem montium poterant ab illuvie illa præſtare immunes; *Guillim.* l. 11. p. 197.) ſuis ſceleribus tradi prædæ, pœnæque ac ſupplicio Barbaris, Hieronymus & Salvianus prodidêre. *Noſtris*, inquit Hieronymus, *peccatis Barbari fortes facti ſunt, noſtris vitiis Romanus ſuperatur Exercitus:* Epiſt. 3. *Salvianus* verò lib. III. de vero judicio: *Ipſa Eccleſia Dei, quæ in omnibus debet eſſe placatrix Dei, quid eſt aliud quàm exacerbatrix Dei? Aut præter pauciſſimos quosdam, qui mala fugiunt, quid eſt aliud omnis cœtus Chriſtianorum, quàm ſentina vitiorum? Quotum enim quemque invenies in Eccleſia aut non ebrioſum, aut non helluonem, aut adulterum, aut fornicatorem, aut raptorem, aut ganeum, aut homicidam? Et, quod his omnibus pejus eſt, præter hæc, cuncta ſine fine: Interroga enim Chriſtianorum omnium conſcientiam ex his vel flagitiis, vel ſceleribus, quæ nunc diximus, quotusquisque hominum non aliquid eſt eorum? Aut quotus quisque non? Facilius quippe invenies, qui totum ſit, quàm qui nihil. Et, quod diximus, nihil, nimis fortaſſe gravis videatur eſſe cenſura, plus multò dicam. Faciliùs invenies, reos malorum omnium, quàm non omnium. Faciliùs majorum criminum, quàm mino-*

minorum. Faciliùs, qui & majora crimina cum minoribus, quàm qui minora tantùm, ſine majoribus perpetrârint: In hanc enim probroſitatem morum, propè omnis Eccleſia plebs redacta eſt, ut in cuncto populo Chriſtiano genus quoddam ſanctitatis ſit, minus eſſe vitioſum. Hæc & plura alia Salvianus, tanquam alter Hieremias, peccata populi deplorans, ſtilóque lugubri in memoriam revocans. Ubi ergo tum juſtitiarii illi? Hoc videlicet præmium eorum eſt, qui veluti θεομαχοῦντες Apoſtolo contradicere audent. Ita enim ille: *Concluſit Deus omnes in contumacia, ut omnium miſereretur*, Rom. 11. verſ. 32. Et cap. 3. verſ. 19. *Scimus autem quæcunque Lex dicit, iis, qui in Lege ſunt, dicere, ut omne os obthuretur, & obnoxius fiat totus mundus condemnationi Dei.* Sed è diverticulo. 3. Etſi veterum mantiſſæ profuiſſent; utique pridem jam illarum promptuaria fuiſſent exhauſta Quæcunque enim ipſo primo uſu remuneratæ ſunt, eæ nullæ ſunt in theſauro; & quæ in ſingulis Indulgentiarum nundinis impenduntur, fugitivæ, non redeunt, itaque tanto theſaurus minuitur. Quod miror equidé nondum fuiſſe ſatis animadverſum. Poterant n. inde Papiſtæ cauſam petere, cur olim & ab initio tam novus, imò tam nullus fuerit Indulgentiarũ uſus: nem-

nempe, quia tum tota Eccleſia in theſauro colligendo eſſet occupata; qui labor non ſucceſſiſſet, ſaltem in tantam amplitudinem, ſi quem una manus colligebat, altera ſparſiſſet. Etſi verò Pontifices (velut Dardanarij, qui in abundantiſſima meſſe triticum undique coacervant, quod non niſi extremo vendant anno) omnes primorum ſeculorum theſauros collegiſſent, pridem tamen ſua Indulgentia, nimiáque effeciſſent liberalitate, ut nihil ſupereſſet: Niſi majus pondus, majoremque virtutem Sanctorum meritis tribuant, quàm Chriſti paſſioni: qua de re poſtea. Quot quæſo ſola Roma proſtituit Indulgentiarum plauſtra? Pleno illa horreo emtoribus admetitur. *De Stationibus* poſtea loquemur. An ergo novæ Sanctulorum Collegiorum mantiſſæ in hanc coactæ ſunt Eccleſiaſtici theſauri maſſam? Scilicet! Cùm ipſi ubique querantur Pontificii de languore ſtudii bonorum operum; de mutata diſciplina Monaſtica; de converſa veterum Eremitarum ſolitudine in ampliſſima dominia? Cùm voluntaria paupertas eſt, ex infima familia ſupremæ authoritatis & plus quàm Regiæ dignitatis conſcendere culmen? cùm non ex Rhetoribus Conſules tantùm; ſed ex Monachis, paupertatis ſuæ voto aliis etiam

tiam vitam merituris, Principes factos, ſtupemus? Cum videmus majora jam Collegiorum eſſe horrea, & cellas vinarias, quàm veterum Monachorum cellulæ fuerunt, vel hoſpitia; ſæpe cavernæ? Non noſtra hæc verba ſunt, non noſtræ querelæ, ſed eorum, qui ante Reformationem nos præceſſerunt; quâ de re in *Anal.* Par. 4. I. pag. 25. Non invidemus cuiquã honeſtas recreationes: Eos interim, qui intra votorum etiam cancellos, & tot divitias adeò avidè corradunt, & in vivendo ſumma libertate fruuntur; ſibi & aliis mereri cæleſtia gaudia, oculatiores viderint: Nos ſtupidiores hactenus fuimus. Incidi hiſce diebus in *Gold.* Alam. rer. T.I.P.I. p. 155. in Ephemer. S. Galli Monaſt. 1272. ſcriptas ubi ad Feſtũ Andreanũ. d. 2. Novẽ. *Eodẽ feſto, dat Hoſpitarius ferculax. ſcilicet bis carnes, bis piſces, bis caſeos, bis ova, duos ciathos, & unam ſtoupum, maximum leibonem, & minorem leibunculum, & in veſpera ſtoupum, lunulas, & oblatas de Linckenvveiler.* Vide etiam feriam S. Thomæ, m. Decemb. Quid hîc, vel devotionis, vel meritoriæ ſatis factionis? Neque verò exempli hujus vel meminiſſe prodeſſet, niſi de Jejuniorum abuſu & defectu querela occurreret & antiqua ſatis, & univerſalis. Bernhardi & Pereſii verba dedimus in Hodeg. P. III. pag. 282. D.

Abſur-

Abſurdiſſimum eſt, aliquam ſaltem ſatisfa-ctionis partem eſſe ſatisfactoriam, pro pœnis peccatis noſtris debitis. Totus enim noſter Chriſtus eſt ſponſor, totus Redemtor. Quicquid & fecit, & paſſus eſt, vel loco, vel bono ſaltē noſtro feciſſe eum, & paſſum eſſe, tradit Scriptura. *Chriſtus*, inquit Paulus, *mea vita eſt*; Philipp. 1.21. Chriſtus amavit me, & tradidit ſe pro me, ejusdem verba ſunt, *Gal*.2.v.20. Chriſtus ſemel pro peccatis paſſus fuit, juſtus pro injuſtis, ut nos ad Deum adduceret, mortificatus quidem carne, vivificatus autem Spiritu: Ita ipſe Petrus, *Ep*. 1. c.3.v.18. Si Chriſtus pro peccatis noſtris eſt paſſus: Si ipſe nos Deo adducit; quorſum aliorum requiratur ſubventanea, non rogata opera? An non hoc imprudenter eſſet Oceano ſuggerere aquam, aut Crœſi divitiis adjicere teruncium? Si Chriſtus totâ ſuâ paſſione noſter eſt, non uni tantùm Mundo redimendo ſufficit; quod ne ipſi quidem negant Adverſarii; ut quid auro pretioſiori theſauro lutum admiſcemus? Ipſi, in Indulgentiarum Diplomatibus Δώσοντες, & pollicitis divites, multa de Eccleſiaſtico theſauro garriunt, in abſolutionis verò formula, quaſi in pudorem converſi, *ſolius Chriſti*, non Sanctorum mentionem faciunt meritorum.

Vide ſuprà. Et certè quid ſubtiles illi diſputatores (qui conviciis agunt, & probris, vel, jocis, ſi moderati ſint, cum unâ eadémq; Chriſti juſtitiâ, non putativa, ſed imputata nos juſtificari, juſtos à culpa & pœna pronunciari docemus) ſibi velint, neſcio; quando ipſi, non ſine magno paſſionis Dominicæ dedecore, imputationē ſive applicationem quidem negare non audent; ſed ſuperfluam tantū, excipiunt, ex eâq;, cum Sanctorū meritis confuſa, medicinam parant. Credere, Chriſti juſtitiam totam imputatione noſtram eſſe, deridiculo ab iis habetur, imò vel dicere, piaculum eſt. At à ſanctis, eorúmque ſupererogatis operibus ſatisfactionem expectare, applicationem, redemtionem à pœna Purgatorii, id verò Eccleſiæ dogma eſſe debet. Horreſco profectò, ſtantque comæ, quoties expendo, ſalutiferam Evangelii doctrinam adeò perversè ab illis, qui Chriſtiano gaudent nomine, tradi. Jure, cum ſummo tamen ςυμπαθείας affectu, Chriſti repetimus quæſtionem dicam an querelam? *Quid vocatis me Domine, Domine, & non facitis quæ dico*, Luc. 6. verſ. 46.

XVIII. *Ad* peccandum *Indulgentias* invitare, *tum ex ipſa manifeſtum (a) eſt Pontifi-*

 cio-

ciorum confeſſione, tum (b) Indulgentiarum varia vel oblatione vel acquiſitione patet.

a. Prodiit jam ante Reformat. deſcriptio reliquiarum Urbis & Indulgentiarum, ubi in ipſo ſtatim veſtibulo: *Indulgentias S. Johannis in Laterano nemo numerare poteſt niſi ſolus Deus.* Item, *ſi homines ſcirent Indulgentias illius Eccleſiæ, multa mala ex eo venirẽt. Matthæus Patris*, Monach Albanens. Hiſt. Anglic. p. 935. *Tempore ſub eodem* (regnante Henrico III.) *venit in Angliam quidam Frater de ordine Minorum, nomine Manſuetus, à Papa, Rege procurante, miſſus, ſequens Magiſtri Herloti veſtigia, maxima roboratus poteſtate, in tantum, ut votis mutatis abſolveret, ut dicebant, regales, quoscunque pro libitu, vel excommunicatos, & falſidicos & perjuros juſtificaret. Unde multi rei audaciam delinquendi ſumſerunt. Nam facilitas veniæ, peccandi parit occaſionem, ſed prudentibus ſibilum & deriſum, ſicut ſequens ſermo plenius declarabit.*

b. *Primò* enim, ipſæ abſolutionis formulæ ita erant liberales, ut vel graviſſimi peccatores per Indulgentias in meliori certiorique gratiæ ſtatu fuerint poſiti, quàm qui à gravioribus abſtinentes, exceſſibus, veniæ Pontificiæ remigio, ad ſubvolandum in cæleſtes ſedes, non habebant opus. Exempla magno ſatis numero ſuprà dedimus, ad cal-

cem

cem ſingularum Indulgentiarum ; quædam etiam collegit *Chemnitius* Exam. Concil. Trid. p. 356. *Hæc*, inquit ille, *quæ prolixè alibi diſputata ſunt, breviter & ſummatim hoc loco annotare volui, ut lector varietatem & impudentiam impoſturarum ob oculos ſibi ponere poſſet. Noſtris enim hominibus, qui ſub Papatu non vixerunt ; talia vix de nomine nota ſunt ; & prodeſt, memoriam talium impoſturarum ad poſteritatem propter multas cauſas conſervare. Adſcribam autem formam talis Indulgentiæ. Raimundus* (idem qui ſupra. p. 41. niſi quòd hæc formula à ſuperiori nonnihil differat) *ad Almaniam Orator, Nuncius & Commiſſarius Apoſtolicus. Notum facimus, quatenus Pontifex N. cunctis utriusque ſexus Chriſti fidelibus, pro tuitione fidei contra Turcas, juxta ordinationem noſtram, manus adjutrices porrigentibus, conceſſit Indulgentias, gratias, & facultates, quas obtinerent*, ſi viſitâſſent Eccleſias Urbis tempore jubilæi : Et præterea conceſſit, ut poſſint eligere Confeſſorem idoneum, ſecularem vel regularem, qui eos vita comite, ab omnibus exceſſibus & delictis, præterquam Sedi Apoſtolicæ reſervatis, toties quoties opus fuerit, abſolvere poſſit. Et inſuper, toties, quoties ad talem ſtatū devenerint, ut veriſimiliter de eorum morte dubitetur, etiamſi tunc eos ab hac luce

P 2 dece-

decedere non contingat,atq; in vero mortis articulo plenariam omnium ſuorum peccatorum remiſſionem eis impertire, de ſuæ plenitudine poteſtatis facultatem conceſſit. Indulſit præterea, & ipſos, & parentes, & benefactores eorum defunctos, qui cum charitate deceſſerunt, in omnibus ſpiritualibus bonis, quæ fiunt, & fieri poterunt, in tota univerſali Chriſti Eccleſia militante, & omnibus membris ejusdem inperpetuum participes fieri. *Alia formæ habent.* Ut poſſit abſolvere ab aliis,etiam caſibus ſpecialiter vel generaliter, Romano Pontifici & Sedi Apoſtolicæ quovismodo reſervatis,& propter quæ ipſa Sedes meritò eſſet conſulenda. Item à peccatis confeſſis, & oblitis. Item in articulo mortis plenariam omnium peccatorum, etiam exceptorum, remiſſionem impendere poſſit. Quòd ſi tunc non obierint, illam, quotiens in tali ſtatu conſtitutus fuerit, recitare poſſint vel idem,vel alius Confeſſor. *Forma abſolutionis in Raimundi Bullis hæc eſt*: Dominus noſter Jeſus Chriſtus per meritum paſſionis ſuæ Te abſolvat. Et ego authoritate ipſius, & Apoſtolica authoritate,mihi in hac parte commiſſa, & tibi conceſſa,te abſolvo, primò ab omni ſententia Excomunicationis,majoris vel minoris,quam incur-

incurriſti, deinde ab omnibus peccatis Tuis, contritis, confeſſis & oblitis, conferendo Tibi plenariam omnium peccatorum tuorum remiſſionem, remittendo tibi pœnas Purgatorii, in nomine Patris &c. *Alia forma habent:* Ego authoritate Chriſti, & Beatorum Petri & Pauli, & Domini noſtri Papæ, mihi in hac parte commiſſa, & Tibi conceſſa, abſolvo te plenariè ab omnibus peccatis tuis, contritis, confeſſis & oblitis, & caſibus etiam Sedi Apoſtolicæ reſervatis, in quantum claves ſanctæ matris Eccleſiæ ſe extendunt, ac tibi conceſſum, & mihi commiſſum eſt: remittoque Tibi omnes pœnas in Purgatorio debitas, claudo Tibi portas inferni, & januas aperio Paradiſi: bona per te facta & fienda, ſint in augmentum tuæ ſalutis & gratiæ divinæ. *Vel,* remitto, per plenariam Indulgentiam omnem pœnam in Purgatorio tibi debitam, ac reſtituo te illi innocentiæ & puritati, quam in Baptiſmo accepiſti, ita quòd decedenti tibi ab hoc ſeculo clauſæ ſint portæ pœnarum, & apertæ Januæ delitiarum Paradiſi. Et ſi hac vice non morieris, ſalva ſit tibi nihilominus iſta gratia, quando aliâs fueris in articulo mortis &c. *Alia etiam forma uſitata fuit, quando Hoſpitalia & Fraternitates participationem omnium bonorum operum*

enim meruiſſe Gallias, adeóque Orbem Romanum, noſtram etiam Helvetiam & Valleſiam (quam ne prærupta quidem montium poterant ab illuvie illa præſtare immunes; *Guillim.* l. 11. p. 197.) ſuis ſceleribus tradi prædæ, pœnæque ac ſupplicio Barbaris, Hieronymus & Salvianus prodidêre. *Noſtris*, inquit Hieronymus, *peccatis Barbari fortes facti ſunt, noſtris vitiis Romanus ſuperatur Exercitus:* Epiſt. 3. *Salvianus* verò lib. III. de vero judicio: *Ipſa Eccleſia Dei, quæ in omnibus debet eſſe placatrix Dei, quid eſt aliud quàm exacerbatrix Dei? Aut præter pauciſſimos quosdam, qui mala fugiunt, quid eſt aliud omnis cœtus Chriſtianorum, quàm ſentina vitiorum? Quotum enim quemque invenies in Eccleſia aut non ebrioſum, aut non helluonem, aut adulterum, aut fornicatorem, aut raptorem, aut ganeum, aut homicidam? Et, quod his omnibus pejus eſt, præter hæc, cuncta ſine fine: Interroga enim Chriſtianorum omnium conſcientiam ex his vel flagitiis, vel ſceleribus, quæ nunc diximus, quotusquisque hominum non aliquid eſt eorum? Aut quotus quisque non? Facilius quippe invenies, qui totum ſit, quàm qui nihil. Et, quod diximus, nihil, nimis fortaſſe gravis videatur eſſe cenſura, plus multò dicam. Faciliùs invenies, reos malorum omnium, quàm non omnium. Faciliùs majorum criminum, quàm mino-*

minorum. Facilius, qui & majora crimina cum minoribus, quàm qui minora tantùm, ſine majoribus perpetrârint: In hanc enim probroſitatem morum, propè omnis Eccleſiæ plebs redacta eſt, ut in cuncto populo Chriſtiano genus quoddam ſanctitatis ſit, minus eſſe vitioſum. Hæc & plura alia Salvianus, tanquam alter Hieremias, peccata populi deplorans, ſtilóque lugubri in memoriam revocans. Ubi ergo tum juſtitiarii illi? Hoc videlicet præmium eorum eſt, qui veluti θεομαχοῦντες Apoſtolo contradicere audent. Ita enim ille: *Concluſit Deus omnes in contumacia, ut omnium miſereretur*, Rom. 11. verſ. 32. Et cap. 3. verſ. 19. *Scimus autem quæcunque Lex dicit, iis, qui in Lege ſunt, dicere, ut omne os obthuretur, & obnoxius fiat totus mundus condemnationi Dei.* Sed è diverticulo. 3. Etſi veterum mantiſſæ profuiſſent; utique pridem jam illarum promptuaria fuiſſent exhauſta. Quæcunque enim ipſo primo uſu remuneratæ ſunt, eæ nullæ ſunt in theſauro; & quæ in ſingulis Indulgentiarum nundinis impenduntur, fugitivæ, non redeunt, itaque tanto theſaurus minuitur. Quod miror equidē nondum fuiſſe ſatis animadverſum. Poterant n. inde Papiſtæ cauſam petere, cur olim & ab initio tam novus, imò tam nullus fuerit Indulgentiarū uſus: nem-

tiam vitam merituris, Principes factos, ſtupemus? Cum videmus majora jam Collegiorum eſſe horrea, & cellas vinarias, quàm veterum Monachorum cellulæ fuerunt, vel hoſpitia; ſæpe cavernæ? Non noſtra hæc verba ſunt, non noſtræ querelæ, ſed eorum, qui ante Reformationem nos præceſſerunt; quà de re in *Anal.* Par. 4. I. pag. 25. Non invidemus cuiquã honeſtas recreationes: Eos interim, qui intra votorum etiam cancellos, & tot divitias adeò avidè corradunt, & in vivendo ſumma libertate fruuntur; ſibi & aliis mereri cæleſtia gaudia, oculatiores viderint: Nos ſtupidiores hactenus fuimus. Incidi hiſce diebus in *Gold.* Alamrer. T.I. P.I. p. 155. in Ephemer. S. Galli Monaſt. 1272. ſcriptas ubi ad Feſtũ Andreanũ. d. 2. Novẽ. *Eodẽ feſto, dat Hoſpitarius ferculax. ſcilicet bis carnes, bis piſces, bis caſeos, bis ova, duos ciathos, & unam ſtoupum, maximum leibonem, & minorem leibunculum, & in veſpera ſtoupum, lunulas, & oblatas de Linckenvveiler.* Vide etiam feriam S. Thomæ, in. Decemb. Quid hîc, vel devotionis, vel meritoriæ ſatisfactionis? Neque verò exempli hujus vel meminiſſe prodeſſet, niſi de Jejuniorum abuſu & defectu querela occurreret & antiqua ſatis, & univerſalis. Bernhardi & Pereſii verba dedimus in Hodeg. P. III. pag. 282. D.

Abſur-

Abſurdiſſimum eſt, aliquam ſaltem ſatisfactionis partem eſſe ſatis factoriam, pro pœnis peccatis noſtris debitis. Totus enim noſter Chriſtus eſt ſponſor, totus Redemtor. Quicquid & fecit, & paſſus eſt, vel loco, vel bono ſaltē noſtro feciſſe eum, & paſſum eſſe, tradit Scriptura. *Chriſtus*, inquit Paulus, *mea vita eſt*; Philipp. 1. 21. Chriſtus amavit me, & tradidit ſe pro me, ejusdem verba ſunt, *Gal.* 2. v. 20. Chriſtus ſemel pro peccatis paſſus fuit, juſtus pro injuſtis, ut nos ad Deum adduceret, mortificatus quidem carne, vivificatus autem Spiritu: Ita ipſe Petrus, *Ep.* 1. c. 3. v. 18. Si Chriſtus pro peccatis noſtris eſt paſſus: Si ipſe nos Deo adducit; quorſum aliorum requiratur ſubventanea, non rogata opera? An non hoc imprudenter eſſet Oceano ſuggerere aquam, aut Crœſi divitiis adjicere teruncium? Si Chriſtus totâ ſuâ paſſione noſter eſt, non uni tantùm Mundo redimendo ſufficit; quod ne ipſi quidem negant Adverſarii; ut quid auro pretioſiori theſauro lutum admiſcemus? Ipſi, in Indulgentiarum Diplomatibus Δώσοντες, & pollicitis divites, multa de Eccleſiaſtico theſauro garriunt, in abſolutionis verò formula, quaſi in pudorem converſi, *ſolius Chriſti*, non Sanctorum mentionem faciunt meritorum.

Vide

Vide ſuprà. Et certè quid ſubtiles illi diſputatores (qui convitiis agunt, & probris, vel, jocis, ſi moderati ſint, cum unâ eadémq; Chriſti juſtitiâ, non putativa, ſed imputata nos juſtificari, juſtos à culpa & pœna pronunciari docemus) ſibi velint, neſcio; quando ipſi, non ſine magno paſſionis Dominicæ dedecore, imputationē ſive applicationem quidem negare non audent; ſed ſuperfluam tantū, excipiunt, ex eáq;, cum Sanctorū meritis confuſa, medicinam parant. Credere, Chriſti juſtitiam totam imputatione noſtram eſſe, deridiculo ab iis habetur, imò vel dicere, piaculum eſt. At à ſanctis, eorúmque ſupererogatis operibus ſatisfactionem expectare, applicationem, redemtionem à pœna Purgatorii, id verò Eccleſiæ dogma eſſe debet. Horreſco profectò, ſtantque comæ, quoties expendo, ſalutiferam Evangelii doctrinam adeò perversè ab illis, qui Chriſtiano gaudent nomine, tradi. Jure, cum ſummo tamen ζυμπαθειᾶς affectu, Chriſti repetimus quæſtionem dicam an querelam? *Quid vocatis me Dominè, Domine, & non facitis quæ dico*, Luc. 6. verſ. 46.

XVIII. *Ad* peccandum *Indulgentias* invitare, *tum ex ipſa manifeſtum (a) eſt Pontifi-*

ciorum confeſſione, tum (b) Indulgentiarum varia vel oblatione vel acquiſitione patet.

a. Prodiit jam ante Reformat. deſcriptio reliquiarum Urbis & Indulgentiarum, ubi in ipſo ſtatim veſtibulo: *Indulgentias S. Johannis in Laterano nemo numerare poteſt niſi ſolus Deus.* Item, *ſi homines ſcirent Indulgentias illius Eccleſiæ, multa mala ex eo venirẽt. Matthæus Patris*, Monach Albanens. Hiſt. Anglic. p. 935. *Tempore ſub eodem* (regnante Henrico III.) *venit in Angliam quidam Frater de ordine Minorum, nomine Manſuetus, à Papa, Rege procurante, miſſus, ſequens Magiſtri Herloti veſtigia, maxima roboratus poteſtate, in tantum, ut votis mutatis abſolveret, ut dicebant, regales, quoscunque pro libitu, vel excommunicatos, & falſidicos & perjuros juſtificaret. Unde multi rei audaciam delinquendi ſumſerunt. Nam facilitas veniæ, peccandi parit occaſionem, ſed prudentibus ſibilum & deriſum, ſicut ſequens ſermo plenius declarabit.*

b. *Primò* enim, ipſæ abſolutionis formulæ ita erant liberales, ut vel graviſſimi peccatores per Indulgentias in meliori certiorique gratiæ ſtatu fuerint poſiti, quàm qui à gravioribus abſtinentes, exceſſibus, veniæ Pontificiæ remigio, ad ſubvolandum in cæleſtes ſedes, non habebant opus. Exempla magno ſatis numero ſuprà dedimus, ad cal-

cem

cem ſingularum Indulgentiarum; quædam etiam collegit *Chemnitius* Exam: Concil. Trid. p. 356. *Hæc*, inquit ille, *quæ prolixè alibi diſputata ſunt, breviter & ſummatim hoc loco annotare volui; ut lector varietatem & impudentiam impoſturarum ob oculos ſibi ponere poſſet. Noſtris enim hominibus, qui ſub Papatu non vixerunt; talia vix de nomine nota ſunt; & prodeſt, memoriam talium impoſturarum ad poſteritatem propter multas cauſas conſervare. Adſcribam autem formam talis Indulgentiæ. Raimundus* (idem qui ſupra. p. 41: niſi quòd hæc formula à ſuperiori nonnihil differat) *ad Almaniam Orator, Nuncius & Commiſſarius Apoſtolicus. Notum facimus, quatenus Pontifex N. cunctis utriusque ſexus Chriſti fidelibus, pro tuitione fidei contra Turcas, juxta ordinationem noſtram, manus adjutrices porrigentibus, conceſſit Indulgentias, gratias, & facultates, quas obtinerent*, ſi viſitâſſent Eccleſias Urbis tempore jubilæi: Et præterea conceſſit, ut poſſint eligere Confeſſorem idoneum, ſecularem vel regularem, qui eos vita comite, ab omnibus exceſſibus & delictis, præterquam Sedi Apoſtolicæ reſervatis, toties quoties opus fuerit, abſolvere poſſit. Et inſuper, toties, quoties ad talem ſtatû devenerint, ut veriſimiliter de eorum morte dubitetur, etiamſi tunc eos ab hac luce

decedere non contingat, atq; in vero mortis articulo plenariam omnium ſuorum peccatorum remiſſionem eis impertire, de ſuæ plenitudine poteſtatis facultatem conceſſit. Indulſit præterea, & ipſos, & parentes, & benefactores eorum defunctos, qui cum charitate deceſſerunt, in omnibus ſpiritualibus bonis, quæ fiunt, & fieri poterunt, in tota univerſali Chriſti Eccleſia militante, & omnibus membris ejuſdem inperpetuum participes fieri. *Alia formæ habent.* Ut poſſit abſolvere ab aliis, etiam caſibus ſpecialiter vel generaliter, Romano Pontifici & Sedi Apoſtolicæ quovismodo reſervatis, & propter quæ ipſa Sedes meritò eſſet conſulenda. Item à peccatis confeſſis, & oblitis. Item in articulo mortis plenariam omnium peccatorum, etiam exceptorum, remiſſionem impendere poſſit. Quòd ſi tunc non obierint, illam, quotiens in tali ſtatu conſtitutus fuerit, recitare poſſint vel idem, vel alius Confeſſor. *Forma abſolutionis in Raimundi Bullis hæc eſt*: Dominus noſter Jeſus Chriſtus per meritum paſſionis ſuæ Te abſolvat. Et ego authoritate ipſius, & Apoſtolica authoritate, mihi in hac parte commiſſa, & tibi conceſſa, te abſolvo, primò ab omni ſententia Excomunicationis, majoris vel minoris, quam incur-

incurriſti, deinde ab omnibus peccatis Tuis, contritis, confeſſis & oblitis, conferendo Tibi plenariam omnium peccatorum tuorum remiſſionem, remittendo tibi pœnas Purgatorii, in nomine Patris &c. *Alia forma habent:* Ego authoritate Chriſti, & Beatorum Petri & Pauli, & Domini noſtri Papæ, mihi in hac parte commiſſa, & Tibi conceſſa, abſolvo te plenariè ab omnibus peccatis tuis, contritis, confeſſis & oblitis, & caſibus etiam Sedi Apoſtolicæ reſervatis, in quantum claves ſanctæ matris Eccleſiæ ſe extendunt, ac tibi conceſſum, & mihi commiſſum eſt: remittoque Tibi omnes pœnas in Purgatorio debitas, claudo Tibi portas inferni, & januas aperio Paradiſi: bona per te facta & fienda, ſint in augmentum tuæ ſalutis & gratiæ divinæ. *Vel*, remitto, per plenariam Indulgentiam omnem pœnam in Purgatorio tibi debitam, ac reſtituo te illi innocentiæ & puritati, quam in Baptiſmo accepiſti, ita quòd decedenti tibi ab hoc ſeculo clauſæ ſint portæ pœnarum, & apertæ Januæ delitiarum Paradiſi. Et ſi hac vice non morieris, ſalva ſit tibi nihilominus iſta gratia, quando aliâs fueris in articulo mortis &c. *Alia etiam forma uſitata fuit, quando Hoſpitalia & Fraternitates participationem omnium bonorum operum*

ſuorum & Indulgentiarum à Pontificibus ſibi conceſſarum, illis communicabant, qui manus adjutrices porrigebant, & in fraternitatem recipiebantur, ut: Teſtamur, nos haſce perſonas ad almam Fraternitatem S. Antonii recepiſſe, dantes eis plenam participationem omnium bonorum operum, quæ à principio fundationis, usque ad finem prædicti ordinis die noctúque in trecentis ſexaginta quatuor Monaſteriis & Hoſpitalibus, per fratres exercentur. Alia forma: Qui in libro ad hoc deputato ſcripti ſunt, meritò conſequuntur omnes gratias, facultates, plenariásque peccatorum remiſſiones, juxta privilegia atque indulta per ſummos Romanos Pontifices N. fratribus, Confratribus, & benefactoribus Hoſpitalis noſtris S. Spiritus in urbe conceſſas, confirmatas, extenſas. Quinquagenariæ videlicet pleniſſimi jubilæi Romani, Bonifacii octavi. Nec non omnium & ſingularum ſtationum urbis, quibus continentur plus quàm decies centena millia annorum Indulgentiarum, & quadraginta duæ plenariæ Indulgentiæ, & dedicationis S. Romanæ Eccleſiæ, ac peregrinationis terræ Sanctæ, tam in vita, quàm poſt mortem in æternum, ac etiam benedictionum Papalium, atque omnium & ſingularum Indulgen-

gentiarum, tam plenariarum, quàm temporalium quarumcunque gratiarum ſpiritualium, confratribus & benefactoribus ſacri & Apoſtolici Hoſpitalis S. Spiritus, in Saxia, de urbe à Pontificibus conceſſarum, ac omnium vigiliarum, orationum, Jejuniorum, eleemoſynarum, diſciplinarum, Miſſarum, divinorum officiorum, & præcipuè triginta duorum millium Miſſarum & totidem Pſalteriorum, quolibet anno atque omnium & quorumcunque aliorum bonorum pietatis & Charitatis operum, quæ in eodem Hoſpitali & toto ordine quotidie fiunt, & fient, dicuntur & exercentur in perpetuũ. *Hæc ibi.* Nonne hinc peccãdi creſceret libido? Negant, hominem, ne Johannem quidem Baptiſtam (eò enim usque impudentiæ nemo progreſſus eſt) de ſalute ſua ex Evangelio poſſe eſſe certum. At Romanæ chartæ, fiduciariæ erant, quæ de ingreſſu in Paradiſum certiſſimos, ſuos eſſe volunt. Purgatorii nõ dolores tantùm exaggerabant; ſed & temporis terminum ad aliquot annorum centurias extendebant. At per Indulgentias & portæ tam Purgatorii, quàm inferorum, claudebantur; & Paradiſus reſerabatur; ea, quàm in Baptiſmo acceperant, integritate & perfectione reſtituta. Qui tan-

tam felicitatem vili acquirere numo ſe poſſe videbant, conjicere facile poterunt, non Glauci & Diomedis hanc eſſe mutationem, tantòque ſibi in peccatorum conſuetudine diutiùs blandiri poterant, quantò promtiores erant mercatores qui ἀποκαραδοκοῦντες expectârunt gratiæ Pontificiæ emtores. Quàm ingens illud fuit pretium, quo à mala noſtra converſatione fuimus liberati! Sanguis agni immaculati: Et nobis jam integrum ſit φθαρτῷ χρυσῷ καὶ ἀργυρίῳ eam addicere? Addantur juſtiſſimæ & prolixæ querelæ, *Johannis Monachi Vitodurani*, ex Anal. P. I. p. 43.

Sed & ipſæ deinde, *peccatorum expreſſæ ſpecies* peccandi licentiam induxerunt. Nihil prorſus adèo erat impium (videantur e. g. prolixi Catalogi ſup. p. 70. 75. 78. & apud *Cham*. T. III. p. 1063.) adeò abſurdum, adeò invium, cui aurum & argentum viam nõ ſterneret. Si quando reſtrictiores fuerũt Indulgentiæ primæ, per exceptiones caſuũ reſervatorum, ſucceſſerunt ſecundæ liberaliores. Quod Pontifex per Indulgentiarum diplomata noluit offerre, id ſine rubore petitum fuit per Confeſſionalia. Si & *Confeſſionalia* paulò viſa fuerunt generaliora, Diſpenſationes in promtu erant ad ſingulares tum caſus, tum perſonas eroga-

tæ. Qui dubii fuerunt de pretio, illis per tabulas *Taxæ pœnitentiariæ* ſcrupulus eximebatur. Ne pœniteat Lectorem ea repetere beneficia, quæ ſuperiores pollicentur gratiæ Pontificiæ, & mirari deſinet, cur tot ubiq; veterum de uſurariis, Simoniacis, impuris &c. extent querelæ. Sed de hoc apoſtemate conſuli poſſunt, quæ diximus in *Hodeg*.P.III.p.419.&c. Quantæ molis erat homicidium voluntarium expiare, Turonenſibus 12. Ducat. 3. Carol.6. Si nempe homicida in minoribus ordinibus fuerit conſtitutus; ſed ſi Epiſcopus fuerit, Abbas, aut Generalis ordinis, vel militiæ S. Johannis, taxabatur (retineo ipſius Taxæ vocabulum) Turronenſ. 50. duc. 12. Carol. 6. Si unus in pluribus homicidiis intervenerit, eodem tempore, & eodem conflictu, taxatur Turone. 36. duc. 9. Presbytericidium redimebatur Tur. 6. ducat. 2. Epiſcopicidium Tur. 36. duc. 9. Diſpenſatio pro Presbytericida, ut poſſit obtinere beneficia Eccleſiaſtica, Tur. 2. duc. 2 Parricidiū, matricidium Fratricidium, ſororicidium, taxatur pro uno tantum, Tur. 4. duc. 1. Carol. 8. Pro muliere, quæ cepit potum, ad enecandum fætum, vel Patre, qui dedit potum matri, Tur. 4 duc. 1. Carol. 8. Abſolutio à ſacrilegio, furto, incendio, rapina, perjurio & ſi-

milibus, cum rehabilitate in ampla forma, cum inhibitione, in quolibet dictorum criminum, Turon. 36. duc. 9. Abſolutio ſimplex pro Simoniaco; ſeu mediatore laico, vel clerico, Turon. 36. duc. 9. Abſolutio verò à lapſu carnis, ſuper quocunque actu libidinoſo commiſſo per clericum, etiam cum monialibus, intra & extra ſepta Monaſterii, aut cum conſanguineis vel affinibus, aut filia ſpirituali, aut quibusvis aliis, ſive ab unoquoque de per ſe, ſive ſimul ab omnibus abſolutio petatur, cum diſpenſatione, ad ordines & beneficia cum inhibitione Tur. 36. duc. 3. Si verò petatur tantùm abſolutio criminis contra naturam, vel cum brutis, cum diſpenſatione & cum inhibitione, Turron. 36. duc. 9. Ab adulterio cum inceſtu pro una perſona tantùm 6 Tur. Eodem modo cætera etiam, ſive Naturæ ſive Eccleſiæ præcepta *in Taxa pœnitentiaria* licitantur.

Illud *inſuper* eorum, qui laxis cæteroquin habenis in omnem præcipites ruebant peccandi libidinem, facem ad impietatem ſubdere poterat, quòd non præteritis tantùm; ſed & omninò futuris quibuscunque peccatis Indulgentiarum φάρμακον applicaretur. Et his tum *Confeſſionalia*, ad vitam duratura, tum Sanſonii Diplomata præ cæteris

ris erant turgida. Unde pœnarum relaxationes non unius tantùm vel diei, vel anni; ne decem quidem; vel etiam trecentorum, (quibus pœnam Purgatorii nonnulli determinabant) ſed multorum Chiliadum. Sola Roma ejusque ſtationes plura annorum millia numerat, quàm ipſis placeat Romanenſibus Theologis. Non repetemus, quæ ex *Eichorni*, hominis Pontificii, *itinerario* nuper Romano, alio item libello an. Ch. 1500. impreſſo, de Urbis Indulgentiis inſeruimus *Hodeg.* P. III. pag. 399. &c. Ex alio tantùm de ſtationibus Romanis anno Ch. 1475 Romæ, Latina Lingua, poſtea 1491. Norinbergæ, Germanica, edito tractatu ſpecimen, unde de univerſa poſtea tela judicare liceat, dabimus. Ferunt igitur 1500. Romæ fuiſſe Eccleſias, inter quas ſeptem ſunt principales, privilegiatæ majori privilegio. *Prima* Lateranenſis, in qua quotidie diſtribuuntur 48. añi Indulgentiarũ, & totidem quadragenæa, c remiſſio tertiæ partis omnium peccatorum, Unde Bonifacius: *Si quis ad ſedem noſtram Lateranenſem, devotionis, orationis aut peregrinationis cauſa, veniret, ille abſolvetur ab omnibus ſuis peccatis.* In Capella, quæ vocatur Sanctum Sanctorum, quàmque mulieribus non licet ingredi, eſt vera & plenaria remiſſio omnium peccatorum

torum. In eadem Capella ſunt gradus 28. qui ſteterunt ante domum Pilati in Hieruſalem, & quicunque hos gradus aſcenderit, cum devotione, habet pro quolibet gradu novem annos Indulgentiarum, & totidem quadragenas, ac remiſſionem tertiæ partis omnium peccatorum. *Qui verò geniculando, gradus illos aſcendit, unam animam, pro qua orat liberat ex purgatorio.* In die dedicationis, qui vocatur dies Salvatoris, eſt ibi plenaria remiſſio omnium peccatorum, à culpa & à pœna. Cúmque Papa primùm Indulgentiam illam largiretur, Angeli, præſente populo, dixerunt Amen. Item, quando capita Petri & Pauli ibi oſtenduntur, tunc Romani habent Indulgentias 3000. annorum: Vicini 6000. qui è longinquo venerunt 12000. In illa Eccleſia eſt aurea porta, quæ tantùm in anno Jubilæo aperitur. Sunt autem tres portæ, per quarum unam Chriſtus Hieroſolymis ad mortem ſuam ivit: Cúmque non certò conſtet, quæ ex iſtis tribus illa ſit, itur per omnes tres. Et qui devotione per illas tranſit, *liber fit à peccatis non aliter atque homo cùm primum baptizatur. Etiam pro animabus itur per illas portas.* Cùm Gregorius Eccleſiam illam Lateranenſem denuo dedicaret, dedit tot *dierum Indulgentias, quot guttæ cadunt, ſi per tres dies & noctes continuè pluat.*

pluat. Hyperbole Romana! *Cumque Gregorius metueret, ne Theſaurus gratia, profuſione illa evacuaretur, Chriſtus apparuit ei, & dixit, ſe concedere, ut plures det Indulgentias, populum enim his opus habere.*

Secunda Eccleſia eſt ad S. Petrũ in Vaticano, in qua quotidie ſunt 48. anni Indulgentiarum, & totidẽ quadragenæ, ac remiſſio tertiæ partis omnium peccatorũ. Pro quolibet altari, quæ fuerunt 109. dantur 18. anni. In feſto annunciationis Mariæ ſunt ibi 1000. anni Indulgentiarum. Qui aſcendit gradus Petri, cum devotione (ſunt autem 28.) pro quolibet conceduntur 7. anni. Alexander poſtea ad ſingulos gradus dedit mille annos. Quando Veronica ibi oſtenditur, tunc Romani habent Indulgentias 3000. annorum; Itali 6000. longinqui 12000. In omnibus feſtis, Chriſti, Mariæ & Petri ſunt ibi 1000. annorum Indulgentiæ. Ad ſummum altare, omni die, ſunt 18. anni. Pro peregrinis eſt ibi plenaria remiſſio, *etiamſi quis (NB.) patrem & matrem verberâſſet.* Sub altari ſunt corpora Petri & Pauli: Ibidem ſunt 4000. annorum. Apud altare, ante Chorum, ſunt 14000 annorum, & liberatio unius animæ ex Purgatorio.

Tertia Eccleſia principalis eſt ad S. Paulum

lum, in qua ſunt omni die 48. anni Indulgentiarum & totidem quadragenæ, ac remiſſio tertiæ partis omnium peccatorum. In converſione Pauli ſunt ibi *centum anni* Indulgentiarum : *In dedicatione Eccleſiæ* 1000. *anni :* In feſto Innocentium 48. anni.

Quarta eſt ad S. Mariam majorem, in qua ſunt omni die 48. anni, totidem quadragenæ, & remiſſio tertiæ partis omnium peccatorum à pœna & à culpa. *In omnibus feſtivitatibus Mariæ ſunt ibi duodecim millia annorum.* In die dedicationis *mille anni & duodecim.*

Quinta Eccleſia eſt ad S. Laurentium, in qua ſunt omni die 48. anni, totidem quadragenæ, & remiſſio tertiæ partis omnium peccatorum. Qui lapidem, ſuper quo aſſatus fuit Laurentius, viſitaverit, & ſepulchrum ejus, *habet ſeptem millia annorum.* Qui omni quarta feria per annum unum Eccleſiam illam intraverit, liberat unam animam ex Purgatorio.

Sexta Eccleſia eſt ad S. Sebaſtianum, in qua, præter generales Indulgentias 48. annorum, *ſunt omni die mille anni.* In menſe Majo eſt ibi *vera & plenaria remiſſio omnium peccatorum.* Similiter etiam in Cœmiterio Calixti. Varii demum Pontifices viſitantibus

bus dederunt 48. *millia annorum*. Ibi eſt locus, ubi Angelus aparuit Gregorio, dicens: *In hoc loco poteſt unus quisque contritus & confeſſus remiſſionem omnium peccatorum à culpa & pœna promereri.*

Septima Eccleſia principalis eſt ad S. Crucem, in qua ſunt omni die 48. anni. Omni die Dominica ſunt ibi 300. anni. In Capella Jeruſalem eſt ibi plenaria remiſſio omnium peccatorum. *Deinde ſex Pontifices fuerunt, quorum quilibet mille annos dedit.* In die dedicationis eſt ibi plenaria remiſſio.

In Eccleſia Mariæ ad Aram Cæli ſunt *omni die mille anni*; In feſto aſſumtionis ſunt 6000. *annorum*. In feſto annunciationis plenaria remiſſio.

In Eccleſia S. Sylveſtri ſunt 400. anni. In Eccleſia S. Praxedis 300. anni. In Capella Mariæ; quæ vocatur libera nos à pœnis inferni; ſunt omni die 12000. annorum. In Eccleſia Johannis ante portam Latinam poteſt *quis liberare unam animam de Purgatorio, dicendo, vel faciendo dicere unam Miſſam*. In Eccleſia Mariæ novæ ſunt omni die 1200. anni Indulgentiarum. Ad Mariam Tranſtyberinam omni die 1200. anni.

Ad Chryſogoni omni die 100. anni. Ad Bartholomæi omni die 1000 anni, & in die Bar-

Bartholomæi plenaria remiſſio. Ad Johannis de Inſula, *quotidie mille anni*. Ad Gregorii totidem. Ad Anaſtaſii quotidie *quadraginta millia annorum*. Ad Mariæ ad ſcalam Cæli quotidie ſeptingenti anni. Singulis feſtivitatibus Mariæ 4000. annorum. Die dedicationis plenaria remiſſio. Ad Sixti quotidie ſeptem anni. Ad Clementis quotidie 40. anni. Ad Coſmæ & Damiani quotidie 1000. anni. Ad Ariani totidem. Ad Mariæ rotundæ, ſingulis Dominicis, & quartis feriis triginta anni. In feſto omnium Sanctorum plenaria remiſſio. Ad Barbaræ mille anni. Ad Jacobi quotidie 1500. anni. Ad S. Spiritus quotidie undecim millia. Quæſtores autem Hoſpitalis S. Spiritus in urbe, ſubducta ratione invenerunt Indulgentias omnium & ſingularum ſtationum urbis exurgere *ad ſummam ultra decies centena millia annorum, & plusquā quadraginta duas plenarias Indulgentias, præter animas, quæ ex Purgatorio liberantur*. Nonne hæc cautela ſuperabundans fuerit? illis ergo quod noceret, niſi pridem & ſapientum judicio, & quotidiana didiciſſemus experientia, licentiâ nos deteriores fieri. Si enim ſuperfluum Sanctorum Theſaurum Eccleſia relinquere religioni duxerit, cur cui tot annorum gratia parabilis eſt, fruſtra eam rede-

redemti præſertim, cùm nullum ſit periculum, vel hujus vitæ tempore, vel præfinito Purgatorii termino, locupletiſſimum illud cornucopiæ evacuari poſſe.

Denique; ſi facile parta dilabuntur, & otium, luxuria &c. cæterorum quaſi peccatorum ſunt mater; quid de Indulgentiis, quas in rem familiarem, ut plurimis vitiis alimenta ſubminiſtrarent, à Pontificibus ſparſas, pecuniasque inde collectas, compertum eſt, ſperandum exiſtimamus? His Bonifacius IX. *Platina* teſte, ſuos locupletavit agnatos, vide *Anal.* P.I. p. 169. Hoc pecuniæ aucupio conſultum ſuis voluit Leo X. ipſo teſte P. *Paulo Veneto* in Hiſt. Concil. Trident. p. 5. *Anno*, inquit, 1517. *ſtatim poſt promulgatam generalem Indulgentiarum conceſſionem, Leo partem pecuniarum ante diſtribuit, quàm aut commodè in vulgus ſpargerentur, aut colligerentur, diverſarum provinciarum reditibus diverſimodè tributis, & parte aliqua in uſum ſuæ Cameræ reſervata. Sed nominatim Saxoniæ proventum, & totius ejus tractus Germaniæ, qui Saxoniam & Mare interjacet, Magdalenæ Sorori dono dederat; Franciſco Cibo, Innocentij VIII. Pontificis ſpurio, connubio junctæ. Cujus matrimonij aſpectu Leo annum adhuc agens* 14. *in Cardinalium Collegium coptatus, dignitatum Eccleſiaſtica-*

 rum

rum in Medicea gente inuta poſuit. Atque hanc liberalitatem exercuit Leo non fraterno magis affectu, quàm reſarciendis ſumtibus à familia Ciborum factis, quo tempore ipſe Florentià ejectus Genuam ſe ſubduxerat, ſibi parùm tutum exiſtimans Romæ commorari, Pontifice Alexandro VI. cum Florentinis, Familiæ Mediceæ tum juratis hoſtibus, confœderato, At Magdalena Soror, ut ex dono Pontificio fructum caperet uberiorem, cum Indulgentiarum prædicandarum, tum pecuniæ conquirendæ curam committit Aremboldo (qui à Maximiliano facultatem & colligendi, & deportandi ex Germania, pecunias impetravit; *Primit. Heidelb.* p. 30.) *Epiſcopo: qui, aſſumta Præſulis dignitate, nullam tamen periti mercatoris, & quidem Genuenſis, artem exuerat. Is verò explendæ mulieris cupiditati, quàm expendendis hominum meritis magis intentus, harum publicandarum poteſtatem fecit iis, qui eis plurimo licitarentur, nullo mediocris fortunæ hominibus ad contrahendum relicto loco, ſed his ſolùm, qui ſui ſimiles per ſordes & avaritiam omnia adminiſtrarent.* Ita nempe Germanorum peccata Italia conſumſit! Ut aperta hinc Simonia, ſacrilegium, pluráque alia; velut ex equo Trojano; prodiiſſe conſtet ſcelera. Et certè, Indulgentias farraginem eſſe multorum vitiorum, non noſtri demum ſeculi obſer-

vatio

vatio eſt. Non ſine graviſſima cauſa *Weſſel.* de Indulg. p. 106. b. *Quantos errores in materia Indulgentiarum Romana Curia temerè præſumſerit, & peſtilenter publicaverit, & hodie noxiæ pullularent, niſi ſana paucorum verorum Theologorum ſeveritas obſtitiſſet, non opus eſt omnia commemorare. Tu, tibi teſtis, & argumento es in his quæ vel Pariſiis vidiſti, vel, inde regreſſus, in patria feciſti & pertuliſti. Tu noſti, ſi tuis adverſariis fundata ſupra firmam petram pietas in cauſa fuit.* Nec malè ex noſtris *Ameſius*, Bellarm. enervat. T. III p. 231. *Indulgentias*, ait, *ſentinam eſſe totius ferè myſteriy iniquitatis, & proinde memorandam fuiſſe divinam illam Providentiam, qua factum eſt, ut purgatio ſtabuli Papæ inceperit ab iſtarum Indulgentiarum impugnatione.*

XIX. *Fomentum etiam* ſuperſtitionum *eſſe Indulgentias, notius eſt, quàm quod prolixè à nobis debeat probari.*

Superſtitioſa impietas eſt, 1. *quòd Pontifex ſuas maioris facit ſanctiones Eccleſiaſticas, quàm expreſſa ſupremi Legislatoris mandata.* Diplomata reperias Indulgentiarum, quæ omnium, graviſſimorum etiam, peccatorum, in Deum immediatè commiſſorum, largiuntur veniam: At qui manus in hominem, fortè etiam meritum, injecerit, vel in mortis articulo hanc ægrè expiare ille poteſt pal-

 matam.

tam. Qui Deo vovit, parum refert, utrùm reddat; poſſunt enim *talia vota in alia exercitia aut opera commutari*; ſed qui Jacobo Compoſtellano, Petro Romano, Franciſco, Benedicto, aliisve Ordinum authoribus votum fecerit, ſtrictè tenetur, nec abſolvi poteſt. Neque attenditur ſemper, qua cum gratia aut conſenſu eorum, quorum intereſt, vota ejusmodi emiſſa ſint ἕρκος ὀδόντων: quaſi redivivi, noſtrâ iterum turbarent ætatem, illi, de quibus Servatoris notiſſima ἐπίπληξις: *Quare vos tranſgredimini mandatū Dei per traditionem veſtram? Nam Deus mandavit dicens: Honora patrem tum & matrem &c. vos a. dicitis &c. & irritum feciſtis mandatum Dei, per traditionem veſtram. Hypocritæ! Bene de vobis prophetavit Eſaias, dicens: Appropinquat mihi populus hic ore ſuo, & labiis me honorat: Cor autem eorum procul abeſt à me: Sed fruſtra me colunt, docentes doctrinas, quæ ſunt mandata hominum*, Matth. 15.3.8.

II. *Luculentiſſima ſunt tot diſtincta eum in finem Indulgentiarum erogata diplomata*; quæ *Theologicarum* nomine ſuprà, p. 86. &c. venerunt. Ubi diligenter notandum, Sedem Romanam ad ejuſmodi fomenta recurriſſe, quoties tepor metum incuſſit expiraturæ vel peregrinationis religioſæ, vel tædii ſucceſſuri; ſacrorum ſolitorum. Neque diſſe-

diſſimulare poterant Antiſtites, veternum ita ſuis excutiendum; *& ejusmodi allectivis muneribus, Indulgentiis videlicet & remiſſionibus, populum invitandum:* pag. 90. Quin & Epiſcopos, Abbates, Curatos, cæteròsque obſervamus Indulgentiarum vehiculo inferre conatos, quicquid creſcenti in dies ceremoniarum laciniæ attexere, conſultum videbatur, & culinæ proficuum. Unde, ut ſupra oſtendimus, incrementa ſua habuiſſe conſtat *Comitativa Miſſæ, dies feſtos, viſitationes ſepulchrorum & Templorum religioſas, vota pro Eccleſiæ Romanæ ſalute, cultum reliquiarum, Pontificis Monarchiam, ſplendorem Templorum, reditus Monaſteriorum*, & ſi quæ ſunt alia, vel aris, vel focis Romanis inſervientia. *Romam* cumprimis hinc reddere ſtudebant & venerabilem, & locupletem. Editi ſunt, ante Reformationem, *libelli*, quibus tam reliquias, quàm Indulgentias ſingulorum templorum ad digitum fortè numerâſſent; ſiquidem numerum inire quiſquam potuiſſet; facilius ut indigenas in obſequio continerent. Vidimus quoſdam ſupra ex *Norimbergenſibus* & *Romanis* Indulgentiarum præconibus; quando verò ipſos deprehendo inter ſe certâſſe ſuperſtitionis patronos impudentiâ, omnino è re eſſe videtur, ut nihil eorum-

quod tum ad neceſſitatem Reformationis, tum ſuperioris ſeculi plenius cognoſcendam barbariem & ἀναισθησίαν, facere poteſt, omittatur. Scriptum ergo, quod Bibliothecæ Carolinæ, veluti ſuæ ætatis teſtem relinquere voluit *Petrus Numagen*, Trevirenſis natione, ſed Sacellanus Tigurinus, cujus alibi jam meminimus, de reliquiis & Indulgentiis Romanis, hoc loco inſeremus. De variis, quibus plebs tum alibi, tum in Helvetia circumventa fuit fraudibus, alibi, C. 6. differẽdi patebit amplior campus. Quamvis parùm noſtræ relictum ſit induſtriæ. Incerta enim pleraque eſſe, & ſuppoſititia, reliquiarum feretra, prolixè oſtendit *Calvinus*, doctiſſimo de reliquiis tractatu. Nuper etiam apud *Goldaſt*. in Barthol. Schobingeri querelã incidi. Ita ille ad verba *Vadiani*, de Collegiis Germaniæ Veterib. l. 11. *Sæpe in antiquis chartis, & omnibus ferè, quas ſupra poſuimus, quum Monaſterij S. Galli mentio fit, additur, quòd in eo ipſo corpore requieſcat, tanto aſſeverationis ſtudio, ut videri queat, dubitatum de ea re fuiſſe: Nam Fuldæ dormire Gallum Vinentius affirmat, Volateranus autem in Gallia: &c.* T. III. Alamman. rer. p. 147. *Nec injuriâ. Nam, cùm anno* 1529. *Senatûs decreto, cui etiam ipſe Vadianus interfuit, præſentibus Confœderatorum Legatis, nempe Tiguro*

Die-

Diethelmo Roeſtio Conſule, & Jacobo VVertmyllero Quæſtore, & Glaronâ Conrado Schindlero, & Fridolino Klinio, loculus S. Galli adaperiretur, nihil in eo repertum fuit, præter imagunculas ligneas, linteamina vetuſtate putrida, calvariam, & ingentem quendam dentem. Nec alias reliquias in Othmari repertas ipſe Vadianus oculatus μάρτυς, *in ſchedis ſuis teſtatum reliquit. Uterque autem loculus erat admirandi pretio & artificio operis, ex auro, argento & cupro inaurato, unionibus & margaritis pretioſiſſimis ornato, ex ebore anaglyphico &c. Has Galli & Othmari reliquias majoribus noſtris impudentiſſimi illi Hypocritæ adorandas oſtentârunt, his tot divitias, ac innumeros fundos concumulârunt. Erat præter hos loculos ingens quædam crucifixi imago, quæ in Litaniis & orationum indictionibus olim circumferebatur. In ea itidem nihil repertum, præter veteres quoſdam nummos Santgallenſes: Ipſa autem crux ex ligno tiliaco fabricata, ſimulacrum autem crucifixi pice & bitumine fartum. Quam rem magnæ fuiſſe circumſtantibus admirationi, memoriæ reliquit idem Vadianus; quoniam Monachi ſuperſtitioſæ plebi neſcio quas pretioſas reliquias in ea cruce aſſervari pro concione ſemper perſuaſerunt. Erat conſuetudo Majoribus noſtris, tempore Litaniarum & ſolemniũ feſtivitatum, panes & alia edulia cruci admovere, perſuaſi, ex ejus tactu benedici &*

 ſan-

ſanctificari. Confer. Hiſt. Eccleſ. P. V. p. 674. Sed hæc alius ſunt loci. Addere hæc, ἐν παρόδῳ, placuit, ne hoc nomine Majores noſtri feliciores fuiſſe viderentur, quàm alii, fraudulento hoc mangonio miſere decepti. Repetimus, Romam ex reliquiis, famam, venerationem & divitias ſperâſſe; ut ne ſpes decollaret, & reliquiæ magnificæ erant oſtentandæ, & Indulgentiæ viſitatoribus promittendæ: Ita neq; Romanis civibus hoſpites deerât, nec Pontificibus liberales emtores. Avocamur ejusmodi digreſſionibus nonnunquam à viâ compendiaria; ſed, ut ingenuè, quod ſentio, fatear, vix aliunde Evangelicæ veritatis lux, clariùs, quàm ex tenebris illis Ægyptiacis elucеſcit. Nec verbis quidem noſtris opus eſt, ubi hæc rerum teſtimonia adſunt. In ſeriis profectò ita ſæpe apertè luditur, ut feriò non agi, vel Catones ſe prodant. Dabimus hoc impudentiæ ſpecimen, tum capitibus diſtinctum, tum etiam brevi ſubinde κρίσει illuſtratum, omnia n emuſcare nolumus.

Caput I. de *Eccleſia Lateranenſi.* Rationabilis creatura, lauda tuum Creatorem, qui pro Te, una cum ſuis ſanctis *(fons omnis ſuperſtitionis, & illicitæ Sanctorum venerationis, quod, qui coronas per Chriſti paſſionem acceperunt, paſſionis ſemper ſocii conſtituuntur)* paſſus eſt. Seque-

Sequere veſtigia ipſius matris (*imò Patris, qui filiū audire jubet, Matth.*17.v.5.) ac omnium ſanctorum ejus fundamentum, Petrum in urbe Roma, pretioſiſſimo Chriſti ſanguine, & inumerabilium Martyrum ac ſanctorum aſperſam atque ornatam. Scribas vitas ac doctrinam (*cur ergò qui jam Romæ veterum illorum doctrinam repetunt Martyrum, Martyrio & ipſi afficiuntur.?*) illorum in ſcrinio pectoris tui. Conſolaberis devotiſſima loca in ruinam lapſa: Aliqua in ruinam lapſa, aliqua reparata. Qualis vita iſtorum (*confeſſio non abludens ab illorum judicio, qui hodiernam Romam vocârunt* חמץ בן יין optimi vini peſſimum acetum) erga præſentem vitam noſtram, Deus novit. Sunt in urbe Romana plures innumerabiles Eccleſiæ, & Capellæ (*cui verò bono, pauperes emunguntur pecunia; templa lapidibus ornare inauratis, ut vivi contabeſcant?*) & multa antiqua, fulgentibus Chriſti, Virginis Mariæ, ac ſanctorum reliquiis, miraculis, ac Indulgentiis quamplurimis: Inter quas Eccleſias ſive Capellas ſeptem eſſe dicuntur Capitales, ſive principales. Et ſunt præ aliis privilegiatæ gratia & ſanctitate, & dicuntur Regales, quia à ſummis Pontificibus ſunt conſtructæ & dotatæ. Qaurum prima di-

citur. S. Johannis Lateranenſis, de qua legitur in Chronicis, quòd Papa Gregorius & Silveſter, qui eandem Eccleſiam conſecraverunt, conceſſerunt *tantas Indulgentias, quod numerari non poſſunt ab aliquo*, (nimis abſurda hyperbole!) *niſi à ſolo Deo, teſtante Bonifacio Papa, qui dicit: Indulgentias S. Johannis in Laterano nemo numerare poteſt niſi ſolus Deus. Item: Si homines ſcirent, Indulgentias illius Eccleſiæ, multa* (nonne hoc eſt petulanter populum ad peccandum, Jeroboami exemplo, impellere?) *mala ex eo venirent. Verſus:*

Dogmate Papali ſimul datur ac Imperiali
Quòd ſi cunctarum mater caput Eccleſiarum
Hinc Salvatoris cæleſtia regna datoris
Nomen ſanxerunt, cum cuncta parata fuerunt,
Sic ſcimus ex toto quaſi ſimplici nato.

Iſti verſus ſculpti ſunt in introitu Eccleſiæ prædictæ in marmore. Item dicit B. Bonifacius Papa: Qui devotè veniret ad vocandum in dicta Eccleſia, & ad confitendum &c. in die Salvatoris, *qui viſibiliter apparuit omni populo Romano, haberet remiſſionem omnium peccatorum.* Et ſic ſimiliter ſecunda die ante feſtum S. Martini Epiſcopi. Nota, quòd infra ſcriptæ reliquiæ Sanctorum reconditæ ſunt in Eccleſia Lateranenſi in diverſis

verſis locis, quæ omnia inſcripta ad conſolationem fidelium extracta ſunt, & copiata de antiquiſſima Chronica ipſius Eccleſiæ, quæ in capſa trium claviũ clauſa eſt, quam Chronicam ſi quis legere, videre, & audire deſiderat, eat ad vicarium & officiales dictæ Eccleſiæ. In eadem latè ſcripta ſunt honores & privilegia, & ornamenta dictæ Eccleſiæ: Quæ Conſtantinus Imperator primus Chriſtianus, & alii ſummi Pontifices in ea recondiderunt. Sciendum eſt, hanc Lateranenſem eſſe matrem & caput (ita definientibus Pontificibus. *Caſal.* de ritib. vet. p. 176) omnium Eccleſiarum Urbis & Orbis; & ideo dicitur Eccleſia (*quaſi ædificio latericio hoc competat axioma, & non potius Templis Spiritus S. primæ Eccleſiæ fidelibus?*) primitiva. Et eſt tamen ex privilegio Conſtantini Imperatoris, & aliorum ſummorum Pontificum dicta *Domus miſericordiæ*, vocatúrque Sedes prima, ſcilicet S. Petri (quam tamen à Conſtantino demum à ſqualore Idolorum mundatam ipſi tradunt Pontificii: *Caſal.* l. 1. p. 131.) quia per Vicarium ſuum (*Si Petri Vicarius eſt Pontifex, utique non erit Chriſti:*) ipſemet ſedit ibi. Vocatur Eccleſia *Romana*, ab urbe Romana. Vocatur Eccleſia Lateranenſis, quia ibi Lateranus dicebatur Johannes (*Johannem Bap-*

Baptiſta intelligitur; *juxta Pſeud-Euſeb. in vita Conſtantini:* In Lateranenſi Palatio Eccleſiam Salvatori dedicavit, & ei continentem Baſilicam, nomine S. Johannis Baptiſtæ condidit &c. *Caſal.* l.c.) quod ibi laterina, id eſt de lateribus omnia erant ædificata. Hæc itaque Eccleſia ab Imperatore Conſtantino mirificè conſtructa permanſit usque ad tempus Stephani Papæ VI. quo tempore etiam iſta ruit, atque in ruina ſtetit per annos 12. & menſes 9. usq; ad tempus Sergii Papæ, qui eam reſtauravit, reſtituit, & relevavit, & in ea multa ornamenta obtulit, Quæ Eccleſia per prædictum Papam Sergium tertium reparata, permanſit usque ad tempus A. D. 1308. m. Maij, quo tempore prima vice igne fulguris incenſa; atque in tectis totaliter cremata: Reliquiæ a. ſacræ, quæ eo tempore in Sacriſtia ſervabantur, omnes manibus clericorum ablatæ intactæ permanſerunt. *Euchariſtia, quæ tunc, ſicut & nunc in ſacriſtia repoſita erat, ſicut à Senioribus hujus Eccleſiæ affirmatur, manibus Angelorum extra tecta hujus Eccleſiæ in pariete ſuper porticum hujus Eccleſiæ collocata fuit, deinde per populum Romanum conſumta, revelata, eſt.* Item A. D. 1321. in Auguſto ex negligentia magiſtri portantis ignem, ut tegulas plumbeas tecti repa-

rare

raret, incenſa eſt prædicta Eccleſia & combuſta, etiam in columnis marmoreis, ut hodie apparet, & iterum per felicis memoriæ Urbanum Papam V. & populum Romanum reparata fuit, ſicut & hodie cernitur.

Nulli mirum exiſtat, in hanc almam Urbem Romanam, in hac ſacra Lateranenſi Eccleſia, tot Sanctorum reliquias perveniſſe. Fuerunt namque in ea viri præclariſſimi, Principes (*dignum patella operculum! Dignum à Romanis, Gentilibus, hujus apparatus initium & authoritatem accerſi*) Romani, Titus Veſpaſianus, qui omnia Sanctuaria, quæ ante incarnationem Chriſti, & poſtea in Hieruſalem repoſita, devicta ipſa Hieruſalem, & deſtructa, omnes reliquias (*at de iis Hebræi colligendis ne in fames haberentur τυμβωρύχοι, effodiendis non erant ſoliciti, inter Dei beneficia referentes, ſi Patribus ſuis aggregari, & in tumulis eorum quieſcere potuerunt*) omnes divitias Hebræorum, ipſos Hebræos captivos Romam abduxerunt; qui etiam integris corporibus (*unde verò Sanctorum potiùs, quàm Chriſti perſecutorum fuiſſe conſtat?*) in quadam arca videatur. Quo tempore Clemens, primus Papa poſt S. Petrum electus eſt. Poſtea verò Helena, beatiſſima mater Conſtantini

tini Imperatoris, rogatu filii, ad Hieroſolymam acceſſit, ubi quæreret crucem Chriſti, quam invenit, & eam demum, cum omnibus, quæ ibi erant reſiduæ, poſt Titum Romam transportavit. Et hæc omnia in Lateranenſi Eccleſia, tanquam in capite, & matre fidei Eccleſiarum poſitæ ſunt: Et ſemper poſtmodum Romani Pontifices in hac Eccleſia adjunxerunt reliquias Sanctorum, Indulgentias, (*hæc enim, ut manus manum fricaret, ſororio ſemper jungenda erant nexu*) ornamenta, atque privilegia. In tribuna hujus Eccleſiæ Lateranenſis eſt ſacra facies Salvatoris, quæ dum D. Sylveſter VI. Id. Novemb. ipſam Baſilicam Lateranenſem dedicaret atq; conſecraret, in honorem Salvatoris Mundi, & S. Johannis Baptiſtæ & Evangeliſtæ, & de omnipotentis Dei miſericordia præſumens ordinâſſet, omnibus verè pœnitentibus Confeſſis, & ad hoc templum venientibus magna fieret remiſſio peccatorum, atque orâſſet Salvatorem, ut hæc accepta haberet; apparuit tunc ipſa facies Salvatoris infixa parietibus viſibilis, omni populo Romano; ſicut in Legenda dedicationis hujus Eccleſiæ, & in geſtis S. Silveſtri (*nempe hæc Legenda majorem meretur fidem, quàm vivæ vocis Dominicæ oraculum, ubi, ut diſcrimen*

inter

inter V. & N. Teſt. oſtenderet, Joh. 4. verſ. 23. *hunc oratoriorum adeóque & Templorum ſelectum planè ſuſtulit. Et quo tandem judice & indice hæc Salvatoris potiùs quàm alius fuit facies?)* legitur: Et quem vultum beatiſſimum ſive ſacratiſſimum Salvatoris Nicolaus P. IV. auferri fecit cum pariete, qui apparuit, & honorificè collocavit in tribuna hujus Eccleſiæ, ſicut hodie cernitur: Quod factúm idem Papa Nicolaus in tribuna literis ſcribi fecit ſeu notari. Super altare primum ſive ſupremum prædictæ Eccleſiæ in quo nullus celebrat, nec celebrare poteſt, niſi ſolus Papa, quod altare eſt, & eſſe debet ligneum, (*alia requirit, ubi neceſſaria erant, Scriptura ſacra, Exod.* 20. v. 25.) ex rationibus aſſignatis. Etiam ſunt ſuper prædictum altare in quodam tabernaculo poſita capita Sanctorum Petri & Pauli glorioſiſſimorum Apoſtolorum, quæ ante erant in oratorio S. Laurentii, ad Sancta Sanctorum, & B. Urbanus P. V. coram omni populo Romano in die abſtulit, & mirificè, & pretioſis gemmis, & auro ornavit, & die Lunæ poſt Paſcha reſurrectionis Domini poſuit in prædicto tabernaculo marmoreo, cancellatis ferreis circumdato: Impenſæ ſive expenſæ prædicti tabernaculi & ornamenta gemmarum & auri ſunt (*num illius capi*

cuſtos eſſe debeat tam precioſi tabernaculi defuncti; qui ſuperſtes dixit: Aurum & argentum non habeo: *Act.* 3. v. 6.) centū & viginti millium florenorum. Statuit deinde prædictus Papa Urbanus, ut eadem die Lunæ poſt Paſcha, ſingulis annis, prædicta capita oſtenderentur: *Et poſuit, ea venientibus videnda, eandem, & ſingulis aliis diebus tantam remiſſionem peccatorum, quanta eſt in viſione Veronicæ.* Aliqui Canonici ejusdem Eccleſiæ tempore Martini V. Papæ volebant furari illa ſacra; ſed miraculosè (*feliciùs conatus in Helvetia illis ſucceſſit, qui ex Eremo Helvetiorum reliquias abſtulerunt, de quibus Anal.* P. I. pag. 55.) apud tabernaculum remanſerunt, nec ab inde recedere potuerunt, donec capti tandem, puniti morte crudeli &c. Subtus prædictum Altare primum & majus, eſt quædam imago aurea tota, D. N. J. Ch. dedicata & S. Mariæ Virgini, & S. Johannis Baptiſtæ, & S S. Apoſtolorum Petri & Pauli, & S. Johannis Evangeliſtæ imagines aureæ, & aliorum Apoſtolorum imagines argenteæ, quas Conſtantinus Imperator fecit fieri, & in cavernam ſub ipſo altari ita recondidit, ut nullus poſſit ibi accedere, & ante prædictam imaginem Jeſu Chriſti eſt illud candelabrum habens ſeptem ramos, quod Solomon tenebat in Templo

plo Hieruſalem. Titus Veſpaſianus, devicto Hieruſalem, deportavit Romam, cum cæteris multis reliquiis Chriſtianorum (*porci nempe gemmas curant, & canes ſanctuarium!* Matth.7.v.6.) & Judæorum; & Templi Hieruſalem utenſilibus, ſicut in triumphali arcu Titi Veſpaſiani, juxta S. Mariam novam in marmore ſculptum, & hodie apparet. Etiam ſubtus prædictum altare majus ſunt hæ ſacratiſſimæ reliquiæ Antiqui & Novi Teſtamenti, & tabulæ Moſis (*cur ergo non inſpexerunt hactenus, utrum præceptum ſecundum de imaginibus impune eradere, planéque in recitatione Decalogi ex libris Symbolicis proſcribere liceret?*) & urna aurea plena Mannæ, & thuribulum aureum, quo offerebatur incenſum in Templo Solomonis in Hieruſalem, quæ erant in ſecreto, ad ſancta Sanctorum apud Hebræos, & propoſitio panis, quæ dicitur ſancta, de quinq; panibus hordeaceis, & duobus piſcibus, de loco aſcenſionis Chriſti in cœlum, & veſtimentum Domini ſortitum, & non ſciſſum. Cilicium S. Johannis Baptiſtæ de pilis Camelorum factum, ampulla plena manna, ſepulturæ S. Johannis Baptiſtæ. Subtus, ſecundum altare S. Mariæ Magdalenæ, quod eſt propè primum, reconditum eſt corpus S. Mariæ Magdalenæ

lenæ ſine capite, per manus Honofrigii Papæ tertii, qui ipſum altare conſecravit. Super prædicto altari eſt marmoreum ciborium ſive tabernaculum muſiuis depictum, in quo ſunt reliquiæ. Hæ reliquiæ auro & argento, & gemmis pretioſis ornatæ, videlicet, caput Zachariæ, patris S. Johannis Baptiſtæ. Caput S. Pancratii Martyris, de quo emanavit ſanguis, tempore, quo Eccleſia iſta Lateranenſis prima vice fuit combuſta. Spatula S. Laurentii Martyris. Vas plenum de crinibus S. Johannis Baptiſtæ. Capſa argentea plena reliquiis S. Mariæ Magdalenæ. Dens S. Petri Apoſtoli. Catena, qua fuit ligatus S. Johannes Evangeliſta, ab Epheſo Inſula uſque ad Romam. Cor. Damiano Imperatore. Crater, ſeu coppa, in qua S. Johannes Evangeliſta bibit venenum, quod ei non nocuit, de quo tamen alii prius biberunt, & ſtatim mortui ſunt. Tunica, quam idem Johannes Evangeliſta juſſit poni ſupra corpora illorum trium, qui mortui fuerunt ex veneno, & ſtatim vivi reſurrexerunt. Capſa argentea, in qua eſt illud linteum, in quo D. Jeſus Chriſtus abſterſit pedes diſcipulorum, in die Cœnæ. Forcipes, quibus Johannes Evangeliſta tonſus fuit, & vituperoſus ,. & inhonorabilis apparet: Et de illa arundine,

cum qua Dominus noſter percuſſus fuit in palatio Pilati: Et eſt ibi de ligno ſanctæ crucis: Vas, in quo eſt de lacte, de capillis, de veſtimentis glorioſæ Virginis Mariæ; Capſa argentea, in qua eſt prima camiſia, quam B. V. Maria fecit filio ſuo, Jeſu Chriſto, in ſua pueritia. Capſella argentea, in qua eſt ille pannus, ſeu linteamen, quod B. Virgo de ſuo capite depoſuit, & fecit poni circa fæmoralia filii, Jeſu Chriſti, quando pendebat nudus in cruce. Capſella argentea, in qua eſt pannus ſeu ſudarium, quod Joſeph de Arimathea poſuit ſupra faciem Domini, quando fuit ſepultus. Capſella argentea, quam duo Angeli argentei tenent, in qua eſt ampulla criſtallina, ornata gemmis pretioſis, & in ea eſt de ſanguine & aqua, qui exiverunt de latere Chriſti. Hanc capſellam cum ornamentis ſuis fecit fieri Bonifacius Papa VIII. & expoſuit 20000. ducat. Tabula argentea, & lapidibus pretioſis ornata, continens reliquias Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, & Virginum, & in medio eſt de ligno S. crucis. In Sacriſtia verò illius Eccleſiæ S. Johannis eſt parva Capella, in qua conſervatur corpus Chriſti: Sunt hæ reliquiæ, ſcilicet arca V. T. qualiter fuit importata, latiùs in Chronica dictæ Eccleſiæ invenitur. Et eſt

 illa

illa arca, quam Judæi tenebant in ſecreto Sancto Sanctorum, & de qua legitur 1. Reg. XV. Et hi, qui abſconderunt iſtam arcam Judæis ſive Hebræis, percuſſi ſunt infirmitatibus & morte, quousque redderent iſtam arcam Judæis, ſive Hebræis, & de qua iterum IV. Reg. XV. quòd Oza, extendens manus ſuas ad hanc arcam, ne caderet, morte percuſſus eſt ſubitò, eò quòd in præcedenti nocte luxuria fuit pollutus. Hanc verò arcam cum candelabro, & tabulis Teſtamenti, & cæteris reliquiis Judæorum, & ornamentis Templi, & totius Civitatis Hieruſalem, Titus Veſpaſianus apportaverunt Romam (*credunt hoc Judæi apellæ, qui reſtitutionem hujus arcæ tempore Meſſiæ expectant, utrumque ſine ratione, ceu prolixè docet Buxt.* de Arca fœd. pag. 202. &c.), quam etiam arcam hodie veniunt Judæi ad videndum, ad valde eam venerantur. Juxta iſtam arcam eſt poſita menſa Domini, in qua D. noſter Jeſus Chriſtus cœnavit cum diſcipulis, ante paſſionem, in die Jovis ſancta, ponitur ad ſummum altare S. Johannis Lateranenſis, ut omnes cauſa devotionis cum ore oſculentur, aut manibus, ſive pedibus tangant: Per totum annum aliâs reſervatur, ſed interdum videri poteſt per ferreamenta. Et eſt ibi Virga Moſis; cum

cum qua percuſſit ſilicem, & exivit aqua in deſerto cum Virga. Summi Pontifices addiderunt caput in modum crucis epiſcopalis. Et etiam ibi in quadam capſa veſtimentum purpureum Salvatoris, quo ſpiciendo induit eum Herodes, in quo adhuc apparent guttæ ſanguinis Domini noſtri. Eſt etiam ibi crux argentea magna, in cujus medio eſt de ligno S. crucis, & de ſanguine capitis S. Johannis Baptiſtæ, & de crinibus corporis ejus. Sunt etiam in iſta ſacriſtia reliquiæ Sanctorum, quæ olim in Eccleſia S. Stephani erant, ſcilicet capita Sanctorum, Primi & Feliciani, & de reliquiis S. Stephani Protomartyris, multorúmque aliorum Sanctorum, & crux parva argentea, in cujus medio eſt de ligno S. Crucis. Sunt præterea in dicta ſacriſtia tres capſæ ligneæ magnæ, in quibus poſitæ & conſervatæ ſunt reliquiæ multorum ſanctorum, *quorum nomina (NB.) ignoramus, ſemper tamen ab Anteceſſoribus hujus Eccleſiæ cum veneratione illius Eccleſiæ & honore ſervata ſunt, & adhuc ſervantur.*

Caput II. *De oratoriis, & eius Sanctuariis, quæ ſunt ad fontes dictæ Eccleſiæ S. Iohannis.* Retro autem Baſilicam Salvatoris, quatuor ſunt oratoria: Primum eſt, quod habet duas tribunas muſinis depictas: ſub una eſt altare

ſanctarum Virginum Rufinæ & Secundæ, ſub quo recondita ſunt corpora earundem Virginum,quæ inventa ſunt ab Anaſtaſio Papa IV. quod & ipſe propriis manibus conſecravit. Sub alia tribuna,in aſpectu iſtius,eſt altare S. Andreæ Apoſtoli, & S. Luciæ Virginis,quod prædictus Papa Anaſtaſius conſecravit, & in eo recondidit de reliquiis utriusque, S. Andreæ & Luciæ, ac etiam implico marmoreo. Sub eodem altare locavit corpora ſanctorum & ſanctarum, ſcil. Cypriani,Epiſcopi & Martyris, Juſtinæ Virginis. Secundum verò oratorium huic prædicto contiguum, quod ſub una tribuna unam habet aram, ſunt recondita ſanctorum pretioſa corpora Venantii, Anaſtaſii, S. Mauritii,Amſterii,Septricelii, S. Anachani, Pauliniani, & S. Gajani. Tertium oratorium eſt poſtea, ubi ſunt fontes, & ſunt ibi duo altaria, unum S. Johannis Baptiſtæ. Mulieres ibi non ingrediuntur, niſi ſemel in anno: aliud S. Johannis Evangeliſtæ. Fontes ſunt rotundi & inter columnas. Pariſeritas ponitur in medio Eccleſiæ,quæ rotunda eſt, ubi Conſtantini Imperatoris fuit camera tabulis marmoreis, & perfurnis (prophyreis) orta (ornata) ac muſino. Oratorium verò Latinorum Johannis Baptiſtæ, & Evangeliſtæ mutuo

tuo aſpectu conſtruxit Hilarius Papa, & ornamenta, quæ ibi poſuit, latiùs in Chronica continentur. *Poſuit tamen principaliter multas reliquias & Indulgentias.* Quartum oratorium eſt S. Crucis, in quo eſt multum ſanctuarium, dicente Angelo, B. Gregorius Papa Antiphonas, & multa alia ſcripſit, ut patet in Chronica Latina. Eſt igitur hoc oratorium ſatis proximum alii, ſcil. Gregorii Papæ, & ſtudium, ubi usque hodie lectulum, in quo ipſe ſolebat quieſcere, videtur, juxta aram, permanere: omnia quaſi deſolata. Ibidem ab Eugenio V. & Paulo II. Pontificibus propter devotionem, venerationem præſcriptorum, inſtituti Canonici regulares, defunctis præfatis Pontificibus vi & violenter dejecti.

Caput III. *De oratorio ſancti Laurentij in Palatio, quod dicitur Sancta Sanctorum.*

In Sacro namque & Apoſtolico Palatio S. Laurentii eſt quoddam oratorium, quod ſancta ſanctorum dicitur. Sub altari ipſius oratorii ſunt carbones aſperſi in ſanguine S. Laurentii, & de arvina corporis ejus. Etiam eſt ibi ex deſpiſſo & de puriſſimo auro, adornato gemmis & lapidibus pretioſis, quam Leo Papa IV. condidit: In ea certè eſt umbilicus D. noſtri Jeſu Chriſti, de ſuper eſt inuncta balſama. Item eſt

ibi una alia crux de finalco dejecta, in quo eſt de ligno S. Crucis. Item ſunt ibi calceamenta D. noſtri Jeſu Chriſti. Item eſt ibi capſa deaurata, ubi eſt de illo ligno S. Crucis, quam Heraclius, devicto Decoſdre (Coſroe) ſecum detulit de Perſia, cum corpore S. Anaſtaſii Martyris, quod eſt ſub prædicto altari. Ibi etiam brachium S. Cæſarii Martyris; Oſſa duo S. Johannis Baptiſtæ, & os unum S. Hieronymi. Et ſpatula S. Dionyſii: & de cruce S. Stephani Papæ, & S. Damaſi, & ſanctorū, Primi & Feliciani, & caput S. Braxedis, & *S.* Anaſtaſiæ cum multis aliis reliquiis ſanctorum Agapechiane, & Hyreneæ, & Piſcis, & Helpis Virginum, Nerei & Achillei, & Preſtæ, & Aquilæ & Degemi, S. Tiburtii, Silii, Cremacus. Item ſunt ſanctarum Agnetis & Euphemiæ virginum. Eſt etiam ibi unus pannus Cœnæ Domini, & tredecim uaſa de lenticulis ejuſdem Cœnæ; & de arundine & ſpongia, de aceto ad os Domini poſito; & lignum de ſicamera (Sýcomero) ubi Zacheus aſcendit. Et fuerunt etiam ibi capita Sanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum; quæ capita B. Urbanus Papa V. inde abſtulit, poſuit ſuper altare majus, ut ſupra. Cæteris autem reliquiis ſtare permiſit in eodem oratorio. Et ſuper hoc Altare S. Laurentii juxta parietem

tem eſt imago Salvatoris mirabiliter depicta, in quadam tabula, quam S. Lucas deſignavit; ſed virtute Angelorum (*mirum ergo, Pictores & ſculptores ex hoc Archetypo ſua non formare ectypa, ne tam impudentes in ſuis picturis & ſculpturis eſſent, & profani*) perfecta eſt, ſub cujus pedibus in quodam pretioſo lapide linea pinguea hujus ſanctuarii recondita, quorum iſta ſunt nomina: Lapis, in quo conſedit S. Maria, lapis de S. Gordano (*fluvium Jordanem appellare voluit, ita ex quolibet ligno illi Mercurios, & ex fluminibus ſanctos ſculpunt*) ubi ſedit Dominus, dum baptizaretur. Lapis de S. Bethlehem, lapis de monte oliveti, ubi Dominus oravit ad Patrem. Sancta Petra, in qua ſedit Angelus ad S. Sepulchrum, de ſancta columna, ubi Dominus fuit ligatus, & flagellatus, de ſulchro Domini, de lancea, qua fuit latus Domini perforatum, de ligno S. Crucis Domini, de loco, qui dicitur locus ſacratus: Sancta ſilex, ubi Dominus abſconditus eſt, ne lapidaretur, de monte Sion; Lapis, in quo Dominus transfiguratus eſt in monte Thabor. Lignum de ſancto præſepe Domini, in quo puer natus fuit poſitus: de monte Sinai, ubi Lex fuit data, & modò ibi eſt ſepulta S. Catharina. Sunt etiam in eodem loco reliquiæ ſanctorum ſexaginta

ta Martyrum, multorumque aliorum. Capella verò iſta ſita eſt in ſancto Lateranenſi palatio, ita quòd ſit aſcenſus per viginti gradus, *& quilibet homo confeſſus & contritus aſcendens iſtos gradus, & in quolibet gradu dicat unum Pater noſter, & nonies aſcenderit, penitus eſt ſolutus à pœna (NB.) & à culpa.* Item ante Capellam eſt una facies Salvatoris depicta ad unam tabulam ligneam, de qua legitur, quòd quidam Chriſtianus, homo depauperatus, domum ſuam vendidit uni Judæo, & hanc ſacram imaginem poſt ſe dereliquens, ita Judæus hanc imaginem reperiens, cum cæteris Judæis incepit martyrizare: *Valde monſtroſum vocabulum, ad rem veteribus inauditam exprimendam.* Veniens autem Judæorum unus accipiens lapidem unum, projicit in eandem faciem, *ita quòd cepit cruentare, quòd non potuerunt abſcondere ſanguinem, projiciebant eandem faciem in puteum: Ibi verò ſanguis adhuc emanat de puteo iſto. Videntes Chriſtiani miracula, convenerunt, & Judæos igne cremaverunt. Macula verò projecta cum lapide ad huc apparet.* Prædictam Capellam, niſi ſemel in anno, ingrediuntur mulieres. Item in dicta Eccleſia Lateranenſi eſt quædam porta, quæ dicitur aurea porta, & iſta aperitur in anno jubilæo: *Ibi cuilibet pœnitenti remittuntur omnia pecca-*

peccata ſcil. à parte pœnæ & culpæ. Item in tranſitu, ſicut itur de Eccleſiâ Lateranenſi ad ſancta ſanctorum, ſunt duæ campanæ primæ totius Mundi, ac prima pictura imaginis ſalvatoris. *Satis hæc, ſine teſte, confidenter.*

. Caput IV. *De Eccleſia, quæ vocatur ad S. Crucem in Hieruſalem.* Hanc venerabilem ac nobiliſſimam Eccleſiam ad *S.* Crucem in Hieruſalem B. Conſtantina, filia Conſtantini Imperatoris ædificavit ad honorem *S.* Crucis, in qua Dominus noſter Ieſus Chriſtus fuit affixus, ad preces Helenæ, matris Conſtantini Imperatoris. *S. S*ylveſter Papa Urbis Romæ eam conſecravit die 13. m. Martii, poſt feſtum B. Gregorii Papæ. Et ſunt infra (*ita author loquitur*) ſcripta reliquia recondita in hac concha. Et primò de Altari majori & principale ſunt corpora ſanctorum Anaſtaſii, & Cæſarii Martyrum, *& eſt ibi Indulgentia ſexaginta annorum, & totidem quadragenarum. Item in feſto conſecrationis Eccleſiæ prædictæ, ſcil. S. Crucis, quæ eſt 13. die Maij incipit Indulgentia 22. annorum, & totidem quadragenarum, durans per totum annum. Ita in inventione & exaltatione S. Crucis ſunt Indulgentiæ 24. annorum & totidem quadragenarum. Item in omni Dominica & quarta feria totius anni Sylveſter Papa ad preces*

ces B. Helenæ duplicavit dictas Indulgentias. Item tantas conceſſit Indulgentias, & duplicavit omnes prædictas. Summa omnium Indulgentiarum, & omnibus diebus Dominicis, & feriis quartis, videlicet tredecim anni, & totidem quadragenæ, exceptis Indulgentiis, quæ conceſſæ in feſto Inventionis & exaltationis, quæ durant per totas illas octavas, excepta remiſſione omnium peccatorum tertiæ partis, ut ſupra dictum eſt. Gregorius Papa, Alexander Papa, Nicolaus Papa, Pelagius Papa, & Honorius dederunt quocunque tempore anni, omnibus venientibus cauſa devotionis & peregrinationis, ad multas Eccleſias in Roma, inter quas eſt iſta venerabilis Eccleſia Sancta Crucis, pro Indulgentiis, mille annos, & venientibus, in via morientibus, remiſſionem omnium peccatorum. Item in feſto Cæſarij & Anaſtaſii eſt remiſſio quartæ partis omnium peccatorum. Vade ad altaria, quæ ſunt à lateribus iſtius Eccleſiæ & lege cedulas affixas, *invenies Indulgentias ſpeciales.* Sed ne tardes ire iſtius Eccleſiæ Hieruſalem Sanctam: *Ibi, ſi ingredieris, omnium Indulgentiarum theſaurum invenies, titulum Dominicæ Crucis, ſcilicet:* Jeſus Nazarenus, Rex Judæorum: Eſt reconditus in illa feneſtra cancellata, quæ eſt ſupra arcam in medio Eccleſiæ in exteriori facie depicta: Et ibidem eſt brachium crucis cum clavo uno, cum

cum quo D. Jeſus Chriſtus affixus fuit in cruce, cum reverentia recondita ſunt in oratorio, ubi Fratres Carthuſienſes, ſervitores iſtius Eccleſiæ, quotidie divina celebrant. Et oſtenduntur dictæ reliquiæ quinquies in anno, videlicet in Paraſceve, in feſto inventionis & exaltationis crucis, & dedicationis ſive conſecrationis ſanctiſſimæ Capellæ Hieruſalem. *Et in die ſtationis*, ad Altaria collateralia, de quibus mentio facta eſt ſupra, *ſunt ſeptem anni & ſeptem quadragenæ Indulgentiæ*: Et ſunt ibi reliquiæ multorum ſanctorum reconditæ: In dextro Altari ſunt hæ reliquiæ, ſcil. digitus B. Viridarii, & duo dentes S. Ullaſii, de tibia B. Mariæ Magdalenæ: Quod Altare ad honorem S. Michaelis Archangeli, & aliorum ſanctorum ſupra ſcriptorum conſecratum. *Et ſunt ibi Indulgentiæ ſeptem annorum, & totidem quadragenarum.* Item in ſiniſtro Altari ſunt iſtæ reliquiæ, videlicet S. Gregorii, B. Hilarii, B. Johannis Baptiſtæ, multorum aliorum ſanctorum. Hanc venerabilem Capellam, quæ vocatur, ædificavit B. Helena, mater Conſtantini Imperatoris, in qua, ante ædificationem cubiculum S. Helenæ, quam conſecravit, decoravit, & ſanctificavit S. Sylveſter Papa die 15. m. Martii in vigilia B. Benedicti: Et ſunt recon-

conditæ in Altari dictæ Capellæ Hieruſalem infra ſcriptæ nobiles reliquiæ, per manus B. Sylveſtri, Preſilii, B. Helenæ, quas detulit B. Helena ab Hieroſolymis ad partes Papæ prædicti, in primis ſuis (*funis*) quo ligatus fuit Chriſtus in Cruce: Saphiri duo, quorum unus plenus ſanguine Chriſti, alter lacte virginis glorioſæ: Item pars magna veſtis Jeſu Chriſti: Item pars de velo virginis glorioſæ: Item ſeptem crines capitis B. Virginis: Item ſpongia cum felle, & aceto, quo Chriſtus fuit potatus: Item 12. ſpinæ (cum) carne Domini: Item clavus, cum quo Chriſtus fuit affixus in cruce: Item pars magna veſtimenti S. Johannis Baptiſtæ: Item duo dentes beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli: Item una maſſa ſicut unus panis de cineribus, carbonibus, & de pinguedine B. Laurentii Martyris: Item lampas plena balſamo, in quo notat (natat) caput S. Laurentii Martyris. *Et eſt Indulgentia dicta Capellæ 28. annorum, & totidem quadragenarum, quæ incipit in quarta feria, ante Dominicam paſſionis, & ibi durat per totum annum. Item Papa Stephanus, qui ſepultus fuit ibidem, venientibus dedit Indulgentiam omnium peccatorum, Item in die conſecrationis dictæ Capellæ eſt vera, (NB.) æternaque remiſſio omni-*

omnium peccatorum, & omnibus diebus Veneris, ſcil. ſexta feria totius anni ſingulariter continetur cum vera pœnitentia, Indulgentia à pœna & à culpa, ſingulariter in ſexta feria Paraſceves, ſicut patebat, & adhuc in parte patet in literis muſinis depictum ſuper Altare. Item in iſta Capella Hieruſalem non debent intrare mulieres per totum annum, niſi excepto die conſecrationis ejuſdem Capellæ, quæ eſt dies 20o. menſis Martii, ſeu in vigilia B. Benedicti Abbatis. Item in Altari iſto nemo poteſt celebrare, niſi ſolus Papa. Item eſt ibi una longa capſa, continens in ſe quatuor alias capſas, in quibus ſunt multæ aliæ reliquiæ, videlicet S S. Martyrum, Confeſſorum, atque Virginum, quorum nomina cauſa brevitatis omittuntur. In eadem Eccleſia quidam, qui aſpiraverat ad Papatum pacto inito cum maligno, quando Hieruſalem perveniret, ſuus eſſet, ibidem publicè confoſſus in Adventu cervorum (*an corvorum*) inciſus, & omnia fruſta portaverat, præter cor.

Caput. V. *de Eccleſia S. Laurentii extra muros.* Reliquiæ, quæ continentur in Eccleſia S Laurentii extra muros Urbis Romæ his verſibus ſubſequentibus continetur.

Con-

Continet hoc templum Sanctorum corpora plura,
In quibus auxilium (NB.) ſupplex homo ponere cura:
Cum Sexto iacet hic Laurentius igne crematus,
Et Protomartyr Stephanus Levita beatus:
Poſthunc Hippolytus collis religatus equorum
Cum mitteret ſuos, cum cuncta plebe ſuorum
Romanus miles: reforma virgo Cyrilla,
Et quadraginta, quos paſſio continet illa,
Iſtiusque ſacer defunctósque tumulabat,
Cyrearcha vidua, qua ſanctos olim recreabat.
Huius matrona fuit hac paſſio capta,
Ipſius nomen ſpecialiter continet ara,
Martyr Hyronaus, qui tecum Martyr Abunde,
Sedens ſprevit fallacia gaudia mundi
Hilarius, Conſinus, Pelagius hoc retinentur
Tertius, Sextus, cum multis retinentur.

Summa Indulgentiarum poſitarum per B. Sylveſtrum Papam, tempore Conſtantini Imperatoris, & per B. Pelagium, qui hanc Eccleſiam conſecravit, ſunt quotidie ſeptem anni, & tot quadragena, & tertia partis omnium peccatorum remiſſio. Et ha duplicantur in quadrageſima: Et in omnibus feſtivitatibus B.B. Martyrum, Stephani & Laurentij, omnium Sanctorum; & in dedicatione hujus templi, & quis etiam viſitaverit hanc Eccleſiam omnibus diebus Mercurij per totum annum, à Deo & ſanctis ſuis iſtam gratiam extrahendi unam animam de Purgatorio. Item in monte, qui jacet in oppo-

oppoſito monte Majoris, eſt quoddam Monaſterium Monialium, & vocatur ad S. Laurentium in Ponisperna, & ibi fuit S. Laurentius in craticula aſſatus, ubi locus adhuc ſatis lucidè apparet, & eſt fornax. Et ibidem eſt corpus S. Brigittæ monialis, & multorum aliorum Sanctorum, Item ad *S.* Laurentium extra muros eſt lapis, in quo ſteterat craticula *S.* Laurentii, ſanguine adſperſus, dummodo fuit igne crematus. Item in valle *S.* Mariæ majoris in *S.* Laurentii, in Paniſperna eſt quoddam Monaſterium monialium, quod vocatur *S.* Laurentius in fontana, ubi eſt carcer, in quo detentus fuit *S.* Laurentius, & ibidem baptizavit S. Lucillum, & Hippolytum milites & Martyres, & ibi adhuc apparet fons, in quo ipſos baptizavit. Item in Eccleſia S. Laurentii extra muros, ubi ſepulta ſunt corpora S S. Laurentii & Stephani, *juxta Summum altare ſunt omni die quadraginta octo anni, & tot quadragenæ Indulgentiarum. Item, qui devotè viſitaverit ſepulchrum dictorū Martyrum, & lapidem, ſuper quo aſſatus fuit S. Laurentius, habet omni die mille annorum Indulgentias, & in feſto eorundem centum annos. Et in dedicatione templi* 400. *annos. Item Papa Pelagius conceſſit, qui dictam Eccleſiam viſitaverit, in quatuor temporibus, trecentos annos, &*

ibi una alia crux de finalco dejecta, in quo eſt de ligno S. Crucis. Item ſunt ibi calceamenta D. noſtri Jeſu Chriſti. Item eſt ibi capſa deaurata, ubi eſt de illo ligno S. Crucis, quam Heraclius, devicto Decoſdre (Coſroe) ſecum detulit de Perſia, cum corpore S. Anaſtaſii Martyris, quod eſt ſub prædicto altari. Ibi etiam brachium S. Cæſarii Martyris; Oſſa duo S. Johannis Baptiſtæ, & os unum S. Hieronymi. Et ſpatula S. Dionyſii: & de cruce S. Stephani Papæ, & S. Damaſi, & ſanctorū, Primi & Feliciani, & caput S. Braxedis, & *S.* Anaſtaſiæ cum multis aliis reliquiis ſanctorum Agapechiane, & Hyreneæ, & Piſcis, & Helpis Virginum, Nerei & Achillei, & Preſtæ, & Aquilæ & Degemi, S. Tiburtii, Silii, Cremacus. Item ſunt ſanctarum Agnetis & Euphemiæ virginum. Eſt etiam ibi unus pannus Cœnæ Domini, & tredecim uaſa de lenticulis ejuſdem Cœnæ; & de arundine & ſpongia, de aceto ad os Domini poſito; & lignum de ficamera (Sycomero) ubi Zacheus aſcendit. Et fuerunt etiam ibi capita Sanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum; quæ capita B. Urbanus Papa V. inde abſtulit, poſuit ſuper altare majus, ut ſupra. Cæteris autem reliquiis ſtare permiſit in eodem oratorio. Et ſuper hoc Altare S. Laurentii juxta parietem

tem eſt imago Salvatoris mirabiliter depi-
cta, in quadam tabula, quam S. Lucas de-
ſignavit; ſed virtute Angelorum (*mirum
ergo, Pictores & ſculptores ex hoc Archetypo
ſua non formare ectypa, ne tam impudentes in
ſuis picturis & ſculpturis eſſent, & profani*) perfe-
cta eſt, ſub cujus pedibus in quodam pretio-
ſo lapide linea pinguea hujus ſanctuarii re-
condita, quorum iſta ſunt nomina: Lapis,
in quo conſedit S. Maria, lapis de *S.* Gor-
dano (*fluvium Jordanem appellare voluit, ita
ex quolibet ligno illi Mercurios, & ex flumini-
bus ſanctos ſculpunt*) ubi ſedit Dominus, dum
baptizaretur. Lapis de *S.* Bethlehem, la-
pis de monte oliveti, ubi Dominus oravit
ad Patrem. *S*ancta Petra, in qua ſedit An-
gelus ad *S.* *S*epulchrum, de ſancta colu-
mna, ubi Dominus fuit ligatus, & flagella-
tus, de ſulchro Domini, de lancea, qua fuit
latus Domini perforatum, de ligno *S.* Cru-
cis Domini, de loco, qui dicitur locus ſacra
tus: *S*ancta ſilex, ubi Dominus abſconditus
eſt, ne lapidaretur, de monte *S*ion; Lapis, in
quo Dominus transfiguratus eſt in monte
Thabor. Lignum de ſancto præſepe Do-
mini, in quo puer natus fuit poſitus: de
monte *S*inai, ubi Lex fuit data, & modò
ibi eſt ſepulta *S.* Catharina. *S*unt etiam
in eodem loco reliquiæ ſanctorum ſexagin-

ta Martyrum, multorumque aliorum. Capella verò iſta ſita eſt in ſancto Lateranenſi palatio, ita quòd ſit aſcenſus per viginti gradus, *& quilibet homo confeſſus & contritus aſcendens iſtos gradus, & in quolibet gradu dicat unum Pater noſter, & nonies aſcenderit, penitus eſt ſolutus à pœna (NB.) & à culpa.* Item ante Capellam eſt una facies Salvatoris depicta ad unam tabulam ligneam, de qua legitur, quòd quidam Chriſtianus, homo depauperatus, domum ſuam vendidit uni Judæo, & hanc ſacram imaginem poſt ſe dereliquens, ita Judæus hanc imaginem repe-riens, cum cæteris Judæis incepit martyrizare: *Valde monſtroſum vocabulum, ad rem veteribus inauditam exprimendam.* Veniens autem Judæorum unus accipiens lapidem unum, projicit in eandem faciem, *ita quòd cepit cruentare, quòd non potuerunt abſcondere ſanguinem, projiciebant eandem faciem in puteum: Ibi verò ſanguis adhuc emanat de puteo iſto. Videntes Chriſtiani miracula, convenerunt, & Judæos igne cremaverunt. Macula verò projecta cum lapide ad huc apparet.* Prædictam Capellam, niſi ſemel in anno, ingrediuntur mulieres. Item in dicta Eccleſia Lateranenſi eſt quædam porta, quæ dicitur aurea porta, & iſta aperitur in anno jubilæo: *Ibi cuilibet pœnitenti remittuntur omnia pecca-*

peccata ſcil. à parte pœnæ & culpæ. Item in tranſitu, ſicut itur de Eccleſiá Lateranenſi ad ſancta ſanctorum, ſunt duæ campanæ primæ totius Mundi, ac prima pictura imaginis ſalvatoris. *Satis hæc, ſine teſte, confidenter.*

. Caput IV. *De Eccleſia, quæ vocatur ad S. Crucem in Hieruſalem.* Hanc venerabilem ac nobiliſſimam Eccleſiam ad *S.* Crucem in Hieruſalem B. Conſtantina, filia Conſtantini Imperatoris ædificavit ad honorem *S.* Crucis, in qua Dominus noſter Ieſus Chriſtus fuit affixus, ad preces Helenæ, matris Conſtantini Imperatoris. *S. S*ylveſter Papa Urbis Romæ eam conſecravit die 13. m. Martii, poſt feſtum B. Gregorii Papæ. Et ſunt infra (*ita author loquitur*) ſcripta reliquia recondita in hac concha. Et primò de Altari majori & principale ſunt corpora ſanctorum Anaſtaſii, & Cæſarii Martyrum, *& eſt ibi Indulgentia ſexaginta annorum, & totidem quadragenarum. Item in feſto conſecrationis Eccleſiæ prædictæ, ſcil. S. Crucis, quæ eſt 13. die Maij incipit Indulgentia 22. annorum, & totidem quadragenarum, durans per totum annum. Ita in inventione & exaltatione S. Crucis ſunt Indulgentiæ 24. annorum & totidem quadragenarum. Item in omni Dominica & quarta feria totius anni Sylveſter Papa ad preces*

ces B. Helenæ duplicavit dictas Indulgentias. Item tantas conceſſit Indulgentias, & duplicavit omnes prædictas. Summa omnium Indulgentiarum, & omnibus diebus Dominicis, & feriis quartis, videlicet tredecim anni, & totidem quadragenæ, exceptis Indulgentiis, quæ conceſſæ in feſto Inventionis & exaltationis, quæ durant per totas illas octavas, excepta remiſſione omnium peccatorum tertiæ partis, ut ſupra dictum eſt. Gregorius Papa, Alexander Papa, Nicolaus Papa, Pelagius Papa, & Honorius dederunt quocunque tempore anni, omnibus venientibus cauſa devotionis & peregrinationis, ad multas Eccleſias in Roma, inter quas eſt iſta venerabilis Eccleſia Sanctæ Crucis, pro Indulgentiis, mille annos, & venientibus, in via morientibus, remiſſionem omnium peccatorum. Item in feſto Cæſarij & Anaſtaſii eſt remiſſio quartæ partis omnium peccatorum. Vade ad altaria, quæ ſunt à lateribus iſtius Eccleſiæ & lege cedulas affixas, *invenies Indulgentias ſpeciales.* Sed ne tardes ire iſtius Eccleſiæ Hieruſalem Sanctam: *Ibi, ſi ingredieris, omnium Indulgentiarum theſaurum invenies, titulum Dominicæ Crucis, ſcilicet:* Jeſus Nazarenus, Rex Judæorum: Eſt reconditus in illa feneſtra cancellata, quæ eſt ſupra arcam in medio Eccleſiæ in exteriori facie depicta: Et ibidem eſt brachium crucis cum clavo uno, cum

cum quo D. Jeſus Chriſtus affixus fuit in cruce, cum reverentia recondita ſunt in oratorio, ubi Fratres Carthuſienſes, ſervitores iſtius Eccleſiæ, quotidie divina celebrant. Et oſtenduntur dictæ reliquiæ quinquies in anno, videlicet in Paraſceve, in feſto inventionis & exaltationis crucis, & dedicationis ſive conſecrationis ſanctiſſimæ Capellæ Hieruſalem. *Et in die ſtationis,* ad Altaria collateralia, de quibus mentio facta eſt ſupra, *ſunt ſeptem anni & ſeptem quadragenæ Indulgentiæ*: Et ſunt ibi reliquiæ multorum ſanctorum reconditæ: In dextro Altari ſunt hæ reliquiæ, ſcil. digitus B. Viridarii, & duo dentes S. Ullaſii, de tibia B. Mariæ Magdalenæ: Quod Altare ad honorem S. Michaelis Archangeli, & aliorum ſanctorum ſupra ſcriptorum conſecratum. *Et ſunt ibi Indulgentiæ ſeptem annorum, & totidem quadragenarum.* Item in ſiniſtro Altari ſunt iſtæ reliquiæ, videlicet S. Gregorii, B. Hilarii, B. Johannis Baptiſtæ, multorum aliorum ſanctorum. Hanc venerabilem Capellam, quæ vocatur, ædificavit B. Helena, mater Conſtantini Imperatoris, in qua, ante ædificationem cubiculum S. Helenæ, quam conſecravit, decoravit, & ſanctificavit S. Sylveſter Papa die 15. m. Martii in vigilia B. Benedicti: Et ſunt recon-

conditæ in Altari dictæ Capellæ Hieruſalem infra ſcriptæ nobiles reliquiæ, per manus B. Sylveſtri, Preſilii, B. Helenæ, quas detulit B. Helena ab Hieroſolymis ad partes Papæ prædicti, in primis ſuis (*funis*) quo ligatus fuit Chriſtus in Cruce: Saphiri duo, quorum unus plenus ſanguine Chriſti, alter lacte virginis glorioſæ: Item pars magna veſtis Jeſu Chriſti: Item pars de velo virginis glorioſæ: Item ſeptem crines capitis B. Virginis: Item ſpongia cum felle, & aceto, quo Chriſtus fuit potatus: Item 12. ſpinæ (cum) carne Domini: Item clavus, cum quo Chriſtus füit affixus in cruce: Item pars magna veſtimenti S. Johannis Baptiſtæ: Item duo dentes beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli: Item una maſſa ſicut unus panis de cineribus, carbonibus, & de pinguedine B. Laurentii Martyris: Item lampas plena balſamo, in quo notat (natat) caput S. Laurentii Martyris. *Et eſt Indulgentia dicta Capella 28. annorum, & totidem quadragenarum, qua incipit in quarta feria, ante Dominicam paſſionis, & ibi durat per totum annum. Item Papa Stephanus, qui ſepultus fuit ibidem, venientibus dedit Indulgentiam omnium peccatorum. Item in die conſecrationis dicta Capella eſt vera, (NB.) aeternaque remiſſio omni-*

omnium peccatorum,& omnibus diebus Veneris, ſcil. ſexta feria totius anni ſingulariter continetur cum vera pœnitentia, Indulgentia à pœna & à culpa, ſingulariter in ſexta feria Paraſceves, ſicut patebat,& adhuc in parte patet in literis muſinis depictum ſuper Altare. Item in iſta Capella Hieruſalem non debent intrare mulieres per totum annum, niſi excepto die conſecrationis ejuſdem Capellæ, quæ eſt dies 200. menſis Martii, ſeu in vigilia B. Benedicti Abbatis. Item in Altari iſto nemo poteſt celebrare, niſi ſolus Papa. Item eſt ibi una longa capſa, continens in ſe quatuor alias capſas, in quibus ſunt multæ aliæ reliquiæ, videlicet S S. Martyrum, Confeſſorum, atque Virginum, quorum nomina cauſa brevitatis omittuntur. In eadem Eccleſia quidam, qui aſpiraverat ad Papatum pacto inito cum maligno, quando Hieruſalem perveniret, ſuus eſſet, ibidem publicè confoſſus in Adventu cervorum(*an corvorum*) inciſus, & omnia fruſta portaverat, præter cor.

Caput. V. *de Eccleſia S. Laurentii extra muros.* Reliquiæ, quæ continentur in Eccleſia S Laurentii extra muros Urbis Romæ his verſibus ſubſequentibus continetur.

Con-

Continet hoc templum Sanctorum corpora plura,
In quibus auxilium (NB.) ſupplex homo ponere cura:
Cum Sexto iacet hic Laurentius igne crematus,
Et Protomartyr Stephanus Levita beatus:
Poſthunc Hippolytus collis religatus equorum
Cum mitteret ſuos, cum cuncta plebe ſuorum
Romanus miles: reforma virgo Cyrilla,
Et quadraginta, quos paſſio continet illa,
Iſtiusque ſacer defunctósque tumulabat,
Cyrearcha vidua, quæ ſanctos olim recreabat.
Huius matrona fuit hac paſſio capta,
Ipſius nomen ſpecialiter continet ara,
Martyr Hyronæus, qui tecum Martyr Abunde,
Sedens ſprevit fallacia gaudia mundi
Hilarius, Conſinus, Pelagius hoc retinentur
Tertius, Sextus, cum multis retinentur.

Summa Indulgentiarum poſitarum per B. Sylveſtrum Papam, tempore Conſtantini Imperatoris, & per B. Pelagium, qui hanc Eccleſiam conſecravit, ſunt quotidie ſeptem anni, & tot quadragenæ, & tertia partis omnium peccatorum remiſſio. Et hæ duplicantur in quadrageſima: Et in omnibus feſtivitatibus B.B. Martyrum, Stephani & Laurentij, omnium Sanctorum: & in dedicatione hujus templi, & quis etiam viſitaverit hanc Eccleſiam omnibus diebus Mercurij per totum annum, à Deo & ſanctis ſuis iſtam gratiam extrahendi unam animam de Purgatorio. Item in monte, qui jacet in oppo-

oppoſito monte Majoris, eſt quoddam Monaſterium Monialium, & vocatur ad S. Laurentium in Ponisperna, & ibi fuit S. Laurentius in craticula aſſatus, ubi locus adhuc ſatis lucidè apparet, & eſt fornax. Et ibidem eſt corpus S. Brigittæ monialis, & multorum aliorum Sanctorum. Item ad S. Laurentium extra muros eſt lapis, in quo ſteterat craticula S. Laurentii, ſanguine adſperſus, dummodo fuit igne crematus. Item in valle S. Mariæ majoris in S. Laurentii, in Paniſperna eſt quoddam Monaſterium monialium, quod vocatur S. Laurentius in fontana, ubi eſt carcer, in quo detentus fuit S. Laurentius, & ibidem baptizavit S. Lucillum, & Hippolytum milites & Martyres, & ibi adhuc apparet fons, in quo ipſos baptizavit. Item in Eccleſia S. Laurentii extra muros, ubi ſepulta ſunt corpora S S. Laurentii & Stephani, *juxta Summum altare ſunt omni die quadraginta octo anni, & tot quadragenæ Indulgentiarum. Item, qui devotè viſitaverit ſepulchrum dictorū Martyrum, & lapidem, ſuper quo aſſatus fuit S. Laurentius, habet omni die mille annorum Indulgentias, & in feſto eorundem centum annos. Et in dedicatione templi 400. annos. Item Papa Pelagius conceſſit, qui dictam Eccleſiam viſitaverit, in quatuor temporibus, trecentos annos, &*

tot quadragenas , & tertiæ partis omnium peccatorum ſuorum remiſſionem , & durat per octavam. Item ad S. Laurentium in Lucia, prope Campum Flori eſt magna pars craticulæ, & catena, quâ fuit ligatus S. Laurentius, cum multis & diverſis reliquiis, quæ cauſa brevitatis ommittuntur.

Caput VI. *De Eccleſia S. Mariæ Maioris.*

Iſta qualiter Baſilica Salvatoris S. Mariæ majoris de Urbe ad ſignum nivis cælitus oſtenſum ædificata fuit. Cùm ad omnium Sanctorum reverentiam Chriſtianorum cunctorum debeat devotio excitari ad B. Mariæ Virginis laudes & præconia extollenda, eò magis debet ſe humanus ſenſus erigere, quantò magis certum eſt per ipſam nobis reparationis inter remedia perveniſſe, & cæleſtis regni aditum, reſeratum fuiſſe, quæ primi parentis culpa, ſæva morte obſtruxerat. Nam quanta nobis, ipſius meriti interceſſionibus, beneficia perveniant, nullis unquam poterit ſermonibus explicari. Verum eſt, qualiter in Roma, intra Urbis mænia, B. Maria Dei genitrix ſibi ſpecialem & ſingularem domum elegerit, atq; patrocinium ſuæ dignationis, almæ Urbis præſtare voluerit, quod illud nomen flagitat, dignum duximus, ignora-

norantibus reſerare: Sic n. in geſtis antiquioribus legitur, & reperitur, à temporibus Conſtantini, qui primus inter Auguſtos pro conſtruendis Eccleſiis licentiam relaxavit, usque ad tempora junioris Papæ Liberii, in honore B. Mariæ Virginis nulla unquam (*ingenua pro novitate hujus inſtituti Confeſſio*) intra urbem fuerat Eccleſia fabricata. Igitur, cùm Papa præfatus Liberius ſancti Petri Sedem provida gubernatione regebat, quidam, Johannes nomine, almæ Urbis patronatus curam gerens, tam morum, quàm nobilitatis generoſitate præclarus, poſſeſſione ac multarum divitiarum opulentia locuples, cùm filium non haberet, una cum conjuge ſua, quæ ſibi divinæ providentiæ cauſa, moreque nobilitatis ſimilitudinariæ fuerit aſſociata, Beatiſſimam Dei genitricem ſibi in præcipuam ac ſpecialem Dominam præelegerunt, hæc ſimul, unâque cum pari devotione Beatiſſimæ V. Mariæ vota ſolventes: Accipe ſanctiſſima regina cœlorum, quæ tibi ſincera donatione perſolvimus, & ita vitam noſtram, & omnia quæ in terris, ut homines poſſidemus, ſoluta miſerationis diſpoſitione, quatenus tibi noſtra deſerviet actio, & noſtræ facultates tibi in aliquo obſequio beneplacito expendentur. Erat quip-

pe menſis Auguſt. quando acrioribus Solis ardoribus telluris germina exſiccantur, & homines Solis aduſtionibus magis decoquuntur. Eo autem tempore volens B. Dei Genitrix locum ædificandi ſibi, licèt hominibus, demonſtrare, quadam nocte dicti menſis Auguſti, ſubitò contra naturam temporis aeream, frigoris conſtringuntur congelatione & nubila conſtipatione denſantur, ut imbre deſuper fuſo, in ipſo caſu nimium multitudo deflueret, quæ ſolum locum ædificandæ Baſilicæ cooperiens miraculum pariter monſtravit. In ipſa denique nocte, prænominato Pontifici, atque jam dicto Patricio in uxore, ſuæ ſimilem viſionem *S.* Dei Genitrix voluit monſtrare. *Cùmque confuse deinceps, ſine ordine & Methodo libri editor verba authoris veriùs concepiſſet, quàm recitaſſet, de miraculoſa nive, indeque ſtructo templo, & per Pontificem conſecrato, reliquias ordine recenſet, & indulgentias illius Ædis.* In hac Eccleſia, *inquit*, *S.* Majoris eſt præſepe, incùnabula, videlicet, pannus, & fœnum noſtri Redemtoris. In ejusdem præſepi, Altare numero, ordine cum multis aliis Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Virginum reliquiis; quorum nomina ſuperflua eſſent numerare, ſeu nominare; collocavit. In majori ſiquidem Altar eſt

eſt de lacte Virginis glorioſæ, & de capillis ipſius, & etiam puerperium ſui corporis, una cum veſtimento. Ante quod Altare, ſub lapide Porphyrio B. Matthæi corpus requieſcit, & de brachio & veſtimento Thomæ Apoſtoli. Item eſt ibi una capſa marmorea ad quatuor columnas reverentialiter collocata, & muſinis depicta, in qua eſt facies B. Virginis Mariæ per *S.* Lucam depicta, per quam multa & magna idem operatur miracula. Item in appoſito iſtius capſæ eſt alia capſa marmorea, in qua reconditur præſepe Domini, & alia ſanctuaria multa. Et circa iſtam capſam eſt ſepulchrum, ubi requieſcit corpus *S.* Hieronymi Cardinalis (*ſcilicet! vide Eras. præfat. de vit. in Hieronymi*) Presbyteri. Item iſta ſolennis Eccleſia Beatæ Majoris demum nuncupata, quotidie confeſſis & contritis ad eandem accedentibus ſunt Indulgentiæ 48. annorum & tot quadragenarum. In omnibus feſtivitatibus B. M. Virginis, & Nativitatis & Reſurrectione Chriſti, quando omnia reliquia monſtrantur. Etiam in die *S.* Laurentii ſunt ibi mille *anni Indulgentiarum: Item Papa Nicolaus ſeptem & Papa* ♥. *Gregorius tredecim: Qui eandem Eccleſiam conſecraverunt, conceſſerunt ibi quatuordecim millia annorum Indulgentias. Item ab aſſum-*

tione B. Mariæ Virginis, usque ad diem Nativitatis ejusdem ſunt quotidie 13. *anni, & tot quadragenæ Indulgentiarum, & tertiæ partis omnium peccatorum remiſſio.* Item in eadem Eccleſia requieſcunt iſta corpora Sanctorum, videlicet corpus B. Matthiæ, cum corporibus Romuli, & Redemti ſub majori Altari: Corpus B. Hieronymi reconditum ſub ferrata, ante præſepe. Item præſepe Domini ſub altari, ad præſepe vocatum. Reliquiæ verò, quæ monſtrantur, ſunt hæ, in eadem Eeclefia, videl. puerperiùm, i. e. inveſtitura, qua Chriſtus involutus exivit uterum virginis glorioſæ; Cunabulum, in quo Chriſtus, educatus & de ligno S. Crucis, de capillis, lacte & veſtimentis virginis Mariæ: Caput S. Matthiæ Apoſtoli; brachium S. Thomæ Cantuarienſis, de ſanguine & cerebro ejusdem Thomæ: Manica Zachariæ; Brachium S. Coſmæ & Damiani. Stola, caſula, & manipulum Hieronymi, in quibus Miſſam celebravit in Bethlehem &c. Eadem Eccleſia in pluribus eſt reſtaurata per Cardinalem Rothomagi defunctum.

Caput VII. *De Eccleſia S. Petri.* In Eccleſia S. Petri majoris, ſunt hæ reliquiæ ſubſcriptæ. Etiam poſita eſt in pede montis ubi S. Petrus erat crucifixus, & fit aſcen-

ſus

ſus per 27. vel circiter, gradus: *Et quoties aſcenderit, vel deſcenderit homo, causâ devotionis, orationis & peregrinationis, habet annos Indulgentiarum à Papa Alexandro ſeptem.* Item in introitu Eccleſiæ ſunt ſex portæ, inter quas una dicitur porta ſancta, quæ rarò aperitur; *Sed quando aperitur, eſt ibi remiſſio omnium peccatorum à pœna & à culpa. Item in dicta principali Apoſtolorum Baſilica ſunt nonaginta novem altaria, & in quolibet altari 48. annorum Indulgentiæ, & quadragenæ.* Et ſeptem iſtorum Altarium ſunt privilegiata majori gratia & ſanctitate, videlicet altare S. Sudarii ſeu Veronicæ: Altare B. Mariæ Virginis: Altare S. Leonis Papæ, ubi in Miſſa recepit viſionem Sp. S. Apoſtolorum, Simonis & Judæ corpora ſunt ſepulta, ſupra Altare, in ſummitate Eccleſiæ. Altare S. Andreæ Apoſtoli, nunc caput ibidem, Conſtanſtantinopoli transportatum, tempore Papæ Pii. Altare S. Gregorii, juxtà ſepulchrum ejus: *Quodlibet iſtorum ſeptem annos habet plus de Indulgentiis, quàm alia prædicta. Item Papa Sylveſter indulſit venientibus, cauſa devotionis, ad eandem Eccleſiam S. Petri de injunctis ſibi pœnitentiis 28 annos, & tot quadragenas, & tertiæ partis omnium ſuorum peccatorum remiſſionem. Item Papa Gregorius conceſſit in prædicta Eccleſia ad altare majus remiſſio-*

miſſionem de peccatis oblitis, votis factis, & dejectione (injectione) *manus violentæ* (*NB.*) *in parentes, viginti annos, & tot quadragenas Indulgentias. Item ab aſcenſione Domini usque ad Kalend. Auguſti ſunt quotidie quatuordecim mille anni Indulgentiarum. Item in die jovis ſancti mille anni, ultrà Indulgentias. Item in omnibus feſtivitatibus Petri & Pauli ſunt mille anni, ultra alias Indulgentias. Item in dedicatione hujus Eccleſiæ mille anni & totidē quadragenæ, & tertiæ partis omnium peccatorū remiſſio.* Et hoc eſt in octava S. Martini, Epiſcopi, quod tunc conſecrata erat illa Eccleſia. Item, eſt ibi corpus B. Petronellæ, filiæ B. Petri. Item eſt quædam Capella. S. Crucis, *in qua mulieres non ſunt auſæ intrare, propter ſanctitatem.* Eſt etiam ibi una columna, quæ ſteterat in templo Hieruſalem, ad quam reclinaverat ſe Dominus noſter Jeſus Chriſtus, quando per magnam prædicationem fatigatus fuerat: *Et eandē apud columnam hodierno die expelluntur dæmones ab omnibus obſeſſis.* Item in Eccleſia prædicta ſubtus ſummo altari, ubi nemo poteſt celebrare niſi Papa, corpora Sanctorum Petri & Pauli ſunt ſepulta, cum aliis innumerabilibus reliquiis Sanctorum, & Sanctarum corporibus, quæ ſcribi & numerari non poſſunt. Similiter in capellis collateralibus, quæ

cauâ

cauſâ brevitatis obmittuntur. Item in Capella collaterali S. Johannis Chryſoſtomi corpus requieſcit. Item ibi eſt Altare S. Mauritii in quo coronantur Imperatores. Item eſt ibi prima Cathedra S. Petri Apoſtoli lignea. Item in eadem Baſilica S. Petri eſt ibi ſacratiſſima, & S. facies Chriſti, quæ, cùm iret ad paſſionẽ ſuam, ſic de ſudore Filii Dei iſta facies apparuit, & usque ad hodiernum diem permanſit, ſicque omni die Dominicali quaſi cantatur in Eccleſia Dei: omni terræ reverentialiter demonſtratur, *ac in paſſione Domini, per totam hebdomadam, qui venerit contritus & confeſſus habet ſex milla annorum, circumque ſedentes novem millia annorum de Indulgentiis. Venientes verò ultra mare & montes habent duodecim millia annorum & totidem quadragenas, & tertia partis peccatorum remiſſionem.* Item in eadem Eccleſia pendet laqueus, in quadam columna (*Id quod Germani negabunt*, Hiſt. Eccleſ. P. IV. pag. 64.) quo Judas ſe ipſum ſuffocavit. Item prope eandem Baſilicam eſt ager Acheldemach (*quid, niſi aliud cogitans, hic faciat author, quàm quòd ſcapham appellat ſcapham?*) ubi peregrini ſepeliuntur, de quibus poſt tertium diem nihil reperitur. Et ibi ſunt omni die quinque millia de Indulgentiis. Vocatur in campo Sancto.

Caput VIII. *De Eccleſia S. Pauli.* Ad S. Paulum e tra muros urbis Romanæ introitu, *ubi caput ſanctum ſuum fuit inventum, ſunt quotidie* 48. *anni, & tot quadragenæ de Indulgentiis. Item in die Innocentium ſunt ibi undecim anni. Item in conſecratione ejusdem Eccleſiæ ſunt mille anni, & tot quadragenæ, & tertiæ partis omnium peccatorum remiſſio. Item quicunque devotè viſitaverit illam Eccleſiam omnibus diebus Dominicis per integrum annum habet totam Indulgentiam ac ſi viſitâſſet ſepulchrũ S. Jacobi Apoſtoli in Gallici à* ultra marini, (*ita ſemper ineptè*) Item ibi ſunt quamplura corpora innocentum, quorum nomina dimittuntur cauſa brevitatis.

Caput IX. *De Eccleſia S. Sebaſtiani.* In Eccleſia S. Sebaſtiani & Fabiani ipſum corpus ſuum lucidè revelavit dicens, corpus meum pendens invenies in aëre, ubi Angelus Domini apparuit B. Gregorio. In iſto loco eſt vera promiſſio, ſplendor & lux perpetua, & ſine fine lætitia, *& remiſſio omnium peccatorum, quam meruit S. Sebaſtianus,* Martyr Chriſti. Item Papa Pelagius conceſſit *ibidem* 48. *annos, & tot quadragenas de Indulgentiis.* Item ſubtus altare eſt quidam tranſitus, in quo ſolebant S. Martyres habitare, cùm perſequerentur à Rõmanis: Ibi Indulgentiæ innumerabiles inveniun-

niuntur. *Item ab aſcenſione Domini usque ad Kalendas Auguſti ſunt quotidie* 4000. *annorum de Indulgentiis. Item continuatis omnibus diebus Dominicis Maij habet remiſſionem omnium peccatorum.* Item Bonifacius Papa petiit hoc templum ab Imperarore, cum populo Romano, quam prima die menſis Novemb. dedicavit, & ſtatuit in illa die Romanus Pontifex ibidem Miſſam celebrare, & populus Romanus corpus & ſanguinem Chriſti, ſicut in die Paſchæ, reciperet, & illa die feſtum fieret B. Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum, & in die ſequenti feſtum fieret omnium animarum fidelium. Univerſis & ſingulis pateat Chriſti fidelibus, *quòd in hac Eccleſia S S. Martyrum Fabiani & Sebaſtiani, omni die innumerabiles Indulgentiæ, in primis verò, ubi jacet corpus ſuum, videlicet altare ſummum, ubi S Gregorius celebrans Angelum vidit Dei, qui in miſſarum ſolennibus ſibi ſerviens dixit: Hic eſt locus Sacratiſſimus, in quo eſt vera promiſſio, & omnium peccatorum remiſſio, ſplendor, lux perpetua, & ſine fine lætitia,* quas Chriſti Martyr Sebaſtianus promeruit. Ita quòd, quandocunque, & quocunque tempore anni, qui peregrinus, *causâ devotionis, orationis, peregrinationis hanc Eccleſiam viſitaverit, dictam Indulgentiam veraciter habebit, quæ ab Angelo probata eſt, & à S. Gre-*

Gregorio confirmata. Item Catabuntus (*ita Catatumbas inepte vocat*) eſt puteus, in quo corpora Sanctorum Petri & Pauli per 500. annos ſteterunt abſcondita, *ob quorum reverentiam omni die eſt tanta ibi Indulgentia, quanta in Eccleſia S. Petri per Papam Silveſtrum conceſſa.* Item in Cemiterio S. Calixti Papæ 45. corpora ſummorum Pontificum ſunt ſepulta, quorum quodlibet ſuam amplam benedictionem ibi dereliquit. Etiam ſunt ibi corpora multorum SS. Martyrum, *Confeſſorum atque Virginum ibi ſepulta, videlicet centum millia, quadraginta quatuor millia, ubi omni die, ſicut habetur in Chronica, eſt plena remiſſio à culpa & à pœna* Idcirco legitur in Legenda S. Sebaſtiani; *quòd, quandocunq; aliquis peregrinus ad hanc Eccleſiam veniret, diem ſuum clauderet extremum, obtineret remiſſionem omnium peccatorum ſuorum.* Corpus S. Sebaſtiani jacet ante altare, ubi eſt ferrum, *& habentur ſeptem anni Indulgentiarum, & totidem quadragenæ. Item omnes Indulgentiæ duplicantur in quadrageſima. Item in feſtivitatibus duplicibus & triplicibus, & juxta mene in feſto memoratorum duplicatur.* Item in Chatabuntus eſt quædam Capella ſub terra quatuordecim habens ſepulchra Sanctorum. Juxta Cemiterium S. Calixti Papæ eſt quidam locus ſubterraneus, habens diverſas

verſas Cameras,& ſepulchra &c. Altaria S. S. multorum. Item in Eccleſia SS. prædictorum *ſunt omni die* 14000. *annorum Indulgentiarum.*

Caput X. *De Eccleſia S. Petri in vincula.* In Eccleſia S. Petri ad vincula, ſunt catenæ, cum quibus S. Petrus fuit captus ab Herode, & quas filius Theodoſii Imperatoris portavit de Hieruſalem, quam Eccleſiam conſecravit Pelagius Papa, prima die menſis Auguſti, *& conceſſit inde remiſſionem omnium peccatorum.*

Caput XI. *De Eccleſiis diverſis B. M. Virginis.* Ad S. Mariam in molendinis, juxta flumen, eſt quædam capella, in qua eſt una venerabilis imago refulgens B. M. Virginis, in multis miraculis, non manibus hominum depicta, ſed Angelicis manibus ibidem deducta. *Et ſunt ibi omni die mille anni Indulgentia.*

Caput XII. *De Eccleſia S. Mariæ nova.* In Eccleſia *S.* Mariæ novæ eſt alia imago B. Mariæ Virginis manibus *S.* Lucæ depicta, ibidem portata. *Et ſunt ibidem omni die* 200. *anni de Indulgentiis.* Et in Eccleſia *S.* Mariæ in porticu eſt illa imago M Virginis, non manibus hominum facta; ſed Angelicis manibus ibidem portata, *quæ hodierna die,*

na die, quando oritur peſtilentia , ſolet Roma portari.

Caput XIII. *De Eccleſia S. Mariæ Transpodiana* Ibi ſunt duæ columnæ, ad quas ligatus fuit S. Petrus & Paulus, Et eſt in Burgo S. Petri: *Et ſunt ibi omni die ducenti anni de Indulgentiis.*

Caput XIV. *De Eccleſia S. Mariæ de populo.* Ad honorem omnipotentis Dei, & beatiſſimæ virginis Mariæ hæc ſacratiſſima Baſilica V. Mariæ, à Romano populo, in honorem ejus fuit ædificata, & propter hoc ſancta *Maria de populo* eſt appellata: quæ his ſacro-ſanctis & venerabilibus ſanctuariis inſignita exiſtit, ut poſtea patebit. Cauſa autem ædificationis & conſecrationis ipſius Eccleſiæ, pro ut habetur ex privilegio prædictæ Eccleſiæ, hæc fuit. Tempore Papæ Paſchalis, ubi nunc eſt altare majus, erat quædam arbor nucis, alias arbores in altitudine excellens, *in qua Dæmones, corpus Neronis cuſtodientes, latitabant, qui omnes homines pertranſeuntes per portam iſtam Flaminiam trucidabant penitus.* At audiens hoc Sanctiſſimus Papa Paſchalis omni populo Romano indixit jejunium, & ipſe cum clero Majore perſiſtens devotè ſupplicando, ut Deus & B. Virgo Maria dignaretur populum Romanum in tam terribili peſte

(NB.)

(NB.) liberare, ac cui placeret, quod faciendum eſſet, miſericorditer revelaret. Cui, tertia nocte apparuit Beata primò Virgo Maria, his alloquens verbis: Paſchalis, egredere ad locum, qui Flaminia porta vocatur, juxta quam reperies nucis arborem, in altitudine excellentem, quam præcidere facies penitus & eradicare, & in eodem loco mihi facies Eccleſiam fabricare. Qui cùm evigilâſſet, ad locum prædictum acceſſit, congregata populi multitudine, ac Cleri & Prælatorum, proceſſionaliter ad prædictum locum acceſſit, arborémque incídi præcepit, atque eradicari. Mox ut eradicata excidit, omnis Dæmonum ſpurcitia fugata, excidit, ubi ipſe manibus propriis altare fundavit, & poſtmodum in ſua conſecratione poſtpoſitis reliquiis inſignivit, & Indulgentiis privilegiavit, in primis in majori altari venerabilis Paſchalis qui ipſum altare cum decem Cardinalibus, quatuor Archiepiſcopis, absque Prælatis aliis plurimis, conſecravit, & intus, infra ſcripto altari reliquias, videlicet de muluculo Domini noſtri Jeſu Chriſti, & de lacte, & veſtimentis virginis Mariæ, ac etiam de velo capitis ejus, & prædicta incluſit in capſa eburnea, & deſuper poſuit de ligno S. Crucis. Hæc omnia ſunt in quadam am-

ampulla Criſtallina, in dicta capſa. Item ibidem conſiſtit de oſſibus Sanctorum Petri & Pauli, & de pulvere oſſium S. Johannis Baptiſtæ: De oſſibus S. Andreæ Apoſtoli: De oſſibus *S.* Mariæ Magdalenæ, & S. Sixti Papæ, & *S.* Stephani Protomartyris, *S.* Hippolyti, & ſociorum ejus, *S.* Ceciliæ Virginis, Tyburtii Martyris, Urbani Papæ, Valeriani Martyris, & multorum aliorum Sanctorum. *In cujus Eccleſiæ conſecratione omnibus devotè accedentibus, ſuas Eleemoſynas porrigentibus, juxta ſuarum opū virtutem, conceſſit à ſexta feria, poſt tertiam Dominicam quadrageſimæ, usque ad octavam Paſchæ pro quolibet die* 1000. *annos, & tot quadragenas. Sunt enim Indulgentiæ in toto duo millia octoginta quatuor annorum, & duo millia cum* 13. *quadragenis, juxta numerum Cardinalium; pro quolibet poſuit annos centenos, & totidem quadragenas.* Item nonus ob reverentiam ipſius virginis glorioſæ, propter miraculum Romano populo impenſum, ne ingratus populus exiſteret, & cupiens eundem populum attentius ad ipſius virginis devotionem inducere, Eccleſiam cum multo populo & clero acceſſit, imaginem B. Mariæ Virginis, Beati Lucæ Evangeliſtæ, pulcherrimè in tabula depictam, ibidem apportavit, ubi, ſolenniter celebrans, conceſſit *omnibus ad dictam*

ctam Eccleſiam venientibus, & vere pœnitentibus, & confeſſis, in omnibus feſtivitatibus B. M. virginis, & per octavam eorum; in feſto B. Auguſtini, & per ejus octavam: In feſtivitatibus reſurrectionis, aſcenſionis & Pentecoſtis, & à die conſecrationis Eccleſiæ uſque ad octavum Paſcha 700. *annos, & totidem quadragenas.*

Caput XIV. *De Eccleſia B. Mariæ, quæ dicitur Ara Cœli.* Hæc eſt venerabilis ara cœli, de qua habetur in legenda Nativitatis Domini in hæc verba. Octavianus Imperator, univerſo Orbi, devotioni Romanenſium ſubjugato, multum Senatui placuit, ac eum pro Deo colere volebant. Prudens autem Imperator, ſe mortalem cognoſcens, Deitatis nomen ſibi noluit uſurpare; ſanctam Sibillam, prophetiſſam, ad ſe vocavit, ſcire volens, per ejus oracula, ſi in mundo nunquam major eo naſceretur. *Cùm igitur in die Nativitatis Chriſti, Sibilla in loco iſto, quæ tunc Camera Imperatoris erat, oraret, in meridie circulus aureus apparuit circa Solem, & in medio circuli virgo pulcherrima, puerum habens in brachiis. Tunc Sibylla hæc Imperatori oſtendit, qui admirans de tam inſolita viſione, audivit vocem de Cœlo, dicentem ſibi:* Hæc eſt ara Cœli! Statimque hanc aram conſtruxit, ac Chriſto & matri ſuæ obtulit: Unde ad perpetuam memoriam omnium ſcri-

ptorum, et ut cunctis pateat, hoc fore primum altare Mundi, inter duas columnas in marmore, in eodem altari invenies hos verſus:

Luminis hanc almam Matris quæ
 ſcandit ad aulam
Cunctarum prima quæ fuit orbe ſita:
Hanc aram Cœli Sacra proles tamen
 placet ei.

Poſtmodum Anciklitus (*Anacletus*) Papa, qui fuit quartus poſt B. Petrum, hanc venerabilem aram conſecravit, & dedicavit. In hac itaque ara veneranda jacent corpora Sanctorum & Sanctarum, ſcil. Helenæ Martyris, *(matris)* Conſtantini Imperatoris, quæ invenit crucem Domini, & Sanctorum Martyrum Archenii, & Tribunii, Albundi & Abundantii. Indulgentiæ verò prædictæ Eccleſiæ, pro ut continentur in regiſtro D. noſtri Papæ, quod conſervatur in S. Petro, *in quo ſunt reſcripta omnes Indulgentia Urbis, ſunt tria millia annorum, & in feſto aſſumtionis B. Mariæ Virginis duplicantur, & ſunt ſex millia.*

Caput XV. *De Eccleſia B. Mariæ trans Tiberim.*

In hac venerabili Eccleſia eſt locus ille, de quo, inſtanti; dum de ſacratiſſimo utero virgi-

virginis in Bethlehem natus fuit, Dominus noſter, Jeſus Chriſtus; emanavit oleum decurrens usque ad Tiberim, in ſignum tunc ortæ ſanctiſſimæ pacis (ſicut dicit Pſalmiſta: Orietur in diebus ejus abundantia pacis) tempore Octaviani Auguſti, qui illud à Sibilla, mente corporeo (*correpta*) videns, Ara Cœli, virginem, infantem tenentem, adoravit eum: quo ibi & hujus Eccleſiæ Virginis conſecratæ ſunt. Et locus fontis eſt citra majus altare, ubi feneſtræ cancellatæ ſunt de Capella, quæ dicitur *Mariæ, libera nos à pœnis inferni.* Sacratiſſimus ille locus à Papa Silveſtro conſecratus eſt, & conceſſit omnibus venientibus, confeſſis & contritis XI. millia annorum Indulgentias: Et ideo vocatur libera nos à pœnis inferni, quòd eſt ibi ligatus ſubtus terram Draco 150. paſſus, quem S. Silveſter ligavit. Eſt ergo pœnitentialis locus veneficus; Exultemus Domino, ſummi Regis filio, qui cuſtodit populum viſitantem locum iſtum. Quare glorioſa eſt Cappella iſta, *in qua ſi quis devotè oraverit; orationis ſuæ gratiam obtinebit.* Hic requieſcunt iſtæ reliquiæ; primò de S. Stephano, de S. Silveſtro, de S. Laurentio, de S. Sebaſtiano, de S. Chriſtophoro, de S Johanne, & Paulo, de S. Potentiana virgine.

Caput XVI. *De alia Capella, B. Mariæ Virginis Imperatricis.* Tempore, quo Cœleſtinus Papa reſignavit Papatum Bonifacio VIII. idem Papa viam tranſiens, *& quot imagines B. Mariæ invenerat, omnes orationibus ſalutavit: Hucusque veniens, & imaginem ſupra altare depictam Virginis glorioſæ dereliquit non ſalutatam: Et eo prætereunte poſt eum clamavit dicens:* O Papa, miror de te, quod omnes imagines meas ſalutâſti præter me, in iſto loco, quam de reliquiſti: qui dum orationem audivit, citò de equo deſcendit, ſeipſum diſcalceavit, & Capellam hanc venerabilem intravit, coram prædicta imagine devotè oravit, atque locum illum gratiis perpetuis dotavit, *ſcil. omnibus venientibus, confeſſis, & omni die mille & quingentos annos Indulgentiarum perpetuò duraturas. Item conceſſit omnibus huic Capellæ Eleemoſynam porrigentibus, & opera miſericordiæ facientibus ſeptem quadragenas.* Et eſt ſciendum, quòd hæc Capella dicitur *Capella Imperatrix* de monte Imperiali, & eſt prope S. Johannem in Laterano.

Caput XVII. *De Eccleſia S. Mariæ rotundæ.* Tertia die Maij, & in feſto omnium Sanctorum in Eccleſia S. Mariæ rotundæ, eſt ibi remiſſio omnium peccatorum. Aliis verò

verò diebus ſunt innumerabiles Indulgentiæ. Hanc etiam Eccleſiam ædificavit dicta mulier nomine Aggrippa, quando ſubjugavit Perſam Senatui Romæ, & ædificavit eam ad honorem Chebelles, (*Cybeles*) Idoli, quod poſuit in veſtigio templi ſuper foramē, & eo operuit mirifico tegmine æreo & deaurato: Poſt multa verò tempora B. Bonifacius Papa, videns illud templum tam horribile & terribile ad honorem Deorum ædificatum: Ita quod Chriſtiani percutiebantur à Dæmoniis, acceſſit ad Imperatorem, rogans, ut ſibi daretur hoc templum. Imperator & Bonifacius Calend. Novemb. cum populo Romano dedicavit, & ſtatuit ibi Pontifex Romanus Miſſam celebrari. Et populus Romanus ibidem corpus Chriſti ſicut in die Nativitatis Chriſti recipere, & ut in illo die fieret Feſtum B. Mariæ Virginis & omnium Sanctorum, & in die ſequenti pro defunctis celebraretur.

Caput XVIII. *De Eccleſia S. Praxidis.* In iſta Eccleſia eſt tertia pars columnæ, in qua fuit flagellatus Jeſus Chriſtus, & requieſcunt in eadem Eccleſia multa corpora Sanctorum Martyrum, *& ſunt ibi Indulgentiæ duo millia annorum, & quartæ partis omnium peccatorum remiſſio.*

Caput XIX. *De Eccleſia S. Georii.* In iſta Eccleſia eſt caput S. Georii, & lancea, & vexillum ſuum, & de ſanguine ejus: *Et ſunt ibi mille anni de Indulgentiis, & in 40. (quadrageſima) omnes duplicantur. Item morientibus in via in egreſſu, vel regreſſu, ab omnibus peccatis ſuis eſt liberatus.*

Caput XX. *De Eccleſiis diverſis, & primò de Eccleſia Sanctorum Viti & Modeſti.* Ad S. Vitum & Modeſtum, atque Creſcentii & aliorum Martyrum, qui in eodem loco interfecti fuerunt, tempore Antonii Imperatoris. *Ibi ſunt centum anni, & tot quadragenæ, & tertiæ partis omnium peccatorum remiſſio. Item in Eccleſia S. Martini in montibus, ſunt trecenti anni, & totidem quadragenæ. Item in Eccleſia quatuor coronatorum ſunt 40. anni de Indulgentiis.* Item in Eccleſia S. Bartholomæi mille anni. Item in Eccleſia *S. Johannis & Pauli ſunt mille anni. Item in Eccleſia Cyri & Johannis eſt remiſſio omnium peccatorum. Item in Eccleſia S. Saturni ſunt centum anni.* In S. Euſtachio, ubi jacet corpus ejus uxoris, & duorum filiorum, *ſunt duo millia anni. In S. Angelo trecenti anni. In S. Gregorio, mille anni. In S. Auguſtino mille anni. In S. Ambroſio mille anni. Sancti Salvatoris mille anni, & centum & quadraginta dies. Sancti Alexii centum anni. In capella ad tres fontes, ubi decapitatus*

tatus fuit S. Paulus mille anni, & tot quadragenæ: Caput fecit tres ſaltus, unde emanârunt tres fontes, qui adhuc ſunt in columna, ſuper qua inciſum fuit illud ſacratiſſimum caput. *Ibi etiam Capella B. Mariæ Virginis: qui trina vice celebrat ibidem, liberat animam de Purgatorio*; locuta eſt illa imago, & plura miracula; ſubtus illud altare requieſcunt ſacratiſſima corpora decem millium militum ac Martyrum. *Ad S. Silveſtrum mille anni:* Et ibi eſt caput S. Johannis Baptiſtæ. *S. Jacobi de Tigano mille anni, & nonæ partis omnium peccatorum remiſſio:* Et ibi eſt caput S. Jacobi. *S.* Nicolai de carceribus *centum anni, & tot quadragenæ. S. Jacobi in porticu centum anni.* In Hoſpitali *S.* Nicolai *centum anni. In Eccleſia S. Sp. ſeptem millia anni, & quartæ partis omnium peccatorum remiſſio. S. Matthæi mille anni:* Et eſt ibi brachium *S.* Chriſtophori. *S.* Celſi eſt pes B. Mariæ Magdalenæ, *& ſunt ibi centum anni.* Et eſt etiam ibi digitus. *S.* Nicolai. Item in Eccleſia *S.* Simplicii & Fauſtini *ſunt quinque millia anni*: Et ibidem ſolebat eſſe Schola Romanorum. In *S.* Johannis ante portam Latinam *eſt liberatio unius animæ à purgatorio, die feſto illius.* Item *S.* Urſi *centum anni. S.* Andreæ, *centum anni.* In Capella, Domine *quo vadis,* ubi ſunt veſtigia Domini, *mille anni.*

item S. Johannis & Jacobi *mille anni*. S. Barnabæ *trecenti anni*. S. Lucæ *mille anni*. In Eccleſia S. Panthaleonis 47. anni. In Eccleſia S. Pancratii *centum anni*. In Eccleſia S. Catharinæ *ducenti anni*, S. Agnetis 47. *anni*, *& in feſto ejus trecenti anni*. In S. Maria, Schola Græca, *centum anni*. In S. Suſanna, uxoris S. Alexii, *mille anni*. In S. Potentianæ *mille anni & tot quadragenæ*. In S. *Felicitatis* 40. *anni. S. Helenæ mille anni. S. Barbaræ centum anni. S. Claræ centum anni. S. Petronellæ mille anni, & tot quadragenæ. S. Mariæ Magdalenæ centum anni. S. Agathæ viginti octo anni. S. Unanimæ ſeptem anni. S. Chriſtinæ* 140. *anni. S. Maria minor: mille anni. S. Mariæ in campo quadraginta anni. S. Mariæ Aquaſalinæ mille anni, & in conſecratione ejusdem eſt remiſſio omnium peccatorum. Item omnes Indulgentiæ Urbis in quadrageſima duplicantur. Et quicunque veniens Romam cauſa Indulgentiarum, moriens per viam, eſt abſolutus ab omnibus peccatis (NB.) quibuscunq;, quod à multis Pontificibus conceſſum & confirmatum. Ad S. Adrianum, ad S. Petrum in carceribus, ad S. Sabinam ad S. Ceciliam, ad S. Mariam de conſolationibus, ad S. Mariam de charitate, ad S. Annam ſubtus S. Sabinam, ad S. Mariam annunciatam, plures aliæ numero ſunt Eccleſiæ, Hoſpitalia, & pia loca, reliquiis Sanctorum, Indulgentiis mira-*

rabiliter dotata, juxta devotionem ſummorum Pontificum, & reverendiſſimorum Cardinalium, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, quæ longum eſſet omnia enarrare: Quærat devotus & inveniet.

Hactenus tabernæ Romanæ, ex quarum vel fugitivo aſpectu proclive eſt colligere.

1. Ingens inter veterem & novam, Romam diſcrimen.

De veteribus Romanis ipſe Apoſtolus: *Gratias ago Deo meo, per Jeſum Chriſtum, ſuper omnibus vobis, quòd fides veſtra annunciatur in toto mundo*; Rom. 1. 8. Sed hodie *fidei* encomium, ex uſu Apoſtolico, ſatis Romæ eſt ſuſpectum; toto contra orbe ejus tum Simonia, tum fraudulenta reliquiarum oſtentatio infamis. Univerſo hoc tractatu quid de verò Chriſtianiſmo, fide, charitate? Ad theatrum vocantur, elementa Mundi, Judaicas ſæpe cæremonias, & illiberale Indulgentiarum monopolium, quibus Chriſtus commendari deberet.

2. Incertitudinem reliquiarum Pontificiarum.

Non hoc jam agimus, ut, quàm turpes in numeris commiſſi ſint paralogiſmi, reliquiarum, excutiamus: notoria etiam fraude plúres ejusdem vel hominis, vel veſtis, vel clavi oſtendantur partes, quàm ipſi velint Pontificii oculatiores: Quàm multa Romæ pariter & alibi eædem ejuſdem ſancti

reliquiæ venditentur. Illud *Calvinus* jam præſtitit, & fortè nobis alibi melior favebit occaſio. Hoc tantùm monere, bona cum venia, liceat, valde periculoſum eſſe, tot, numero vel definito vel indefinito, cultui deſtinari ignotorum Sanctorum corpora. Quaſi frumento aut tritico paleæ non facile immiſceantur? Aut jam contingere non poſſit, de quo veteres olim conqueſti ſunt, quòd multorum corpora honorentur in terris, quorum animæ torqueantur in gehenna. Ipſe, ex *Auguſtino*, *Caſal.* de veter. Chriſt. Sac. rit. p. 283. *quidam*, inquit, *etiam in ea Epiſtola facinoroſi arguebantur, & fiſci debitores, qui occaſione perſecutionis vel carere vellent onerosa multis debitis vita, vel purgare ſe putarent & quaſi abluere facinora ſua, vel certè acquirere pecuniam, & in cuſtodia deliciis perfrui de obſequio Chriſtianorum, &c. Hi etenim* (*ut paulò ſuperius ibidem dicitur*) *his de cauſis ſe offerrebant perſequutoribus non rogati, ultróque dicebant, ſe habere ſacras & divinas Scripturas, quas tradituri non eſſent: quos ipſos Menſurius inter martyres recenſeri vetuit.* Taceo, tot hypobolimæos, qui paulatim irrepſerunt, ſanctos: ubi eorum, qui vel nunquam, vel ſancti certè, non fuerunt, certatim coli videmus reliquias. Neque in re tanti adeò verſandum erat negligenter, & perfun-

functoriè, ut οὐδεὶς, οὐδενὸς οὐδέν. Certè, quæ author noſter de Sanctorum reliquiis, & Indulgentiarum Romanarum promtuariis publicæ, ad publicam omnium notitiam, exponere voluit luci, adeò ſunt vitioſa; tum Sanctorum, tum aliorum nomina adeò corrupta, ut ægrè divinari ſemper poſſint. Vide p. 261. Quædam caſtigavimus; cætera veteris barbariei teſtimonia reliquimus. Initio ſtatim pro; *felicis memoriæ Urbanum &c.* ponit is, Felicem memoriæ Urbanum &c. *Pro candelabro*, eam delabro: Pro, *provida gubernatione*; Ille, pro Juda gubernatione. Pro *S. Petri ad vincula*, ille S. Petri ad vinculam. Pro *ſpurcitie*; Ille ſparticiam; *reliquias*, ſæpe reliquia, & reliquos exprimiti: Pro *Catatumbis*, ubique Cathabuntus, &c. Sed quis hoc Augiæ ſtabulum expurget? Specimen vide p. 264. 278.

3. *Impudentiam mercaturæ Indulgentiariæ.* Vel ultimum examinetur caput, & ex primis filis tota apparebit textura. Tot *prodigè* ad unius ſancti viſitationem Indulgentiarum offeruntur millia, quot quidem vix cuiquam ſunt neceſſaria. Mirum profectò, de nova taberna, in qua ſuperabundans hic diſtribueretur theſaurus, attentos ad rem ſuam Inſtitores, non cogitâſſe! Quis enim, qui vel duorum tantùm Capitum, memora-

memoratorum Templorum, acquiſiverit Indulgentias, non videt, plures ſe obtinuiſſe, quam quibus (n ſi monſtrum ſit & portentum hominis, non homo confeſſus, contritus, atque adeò in gratia) indigeat? Quorſum igitur cætera περισσεύματα, Cur non veluti Sanctorum reliquiæ ſuperiuæ colliguntur, ut aliis iterum, absque pretio, ſuccurratur inopibus? Aut cur non ſaltem metuunt, ſeram aliquando in fundo fore parſimoniam, quandoquidem adeò liberaliter annorum Chiliadas impertiantur? Sed de hac illi villicatione ſua reddant rationem: Nobis nec ſeritur amplius in ea, nec metitur.

4. Accedit *inconſtantia* tum traditionum Pontificiarum, tum etiam pretii Indulgentiarum. Non unus tantum prodiit libellus, qui & reliquiarum pretium, & Indulgentiarum numerum oſtendit. At vix unus eſt, qui cum altero conveniat Conferantur, quæ ſupra attulimus p. 237. ex Norimbergenſi & Romano Indulgentiarum Catalogo, cum præſenti Indice, & manifeſtum in promtu erit diſcrimen. Sed & in *Hodeg.* noſtro hanc jam tudimus incudem, P. III. p. 399. &c. *VVolf.* Lect. Memorab. T. 1. p. 960.

XX.

XX. Fraudem & impoſturam, *perpetuum Indulgentiarũ fuiſſe comitẽ, & ſuperiorum ſeculorum querela fuit, & aliorum Confeſſio, & ipſorum Scholaſticorum atque Canoniſtarum conceſſio.*

a. Fraudem enim agnoverunt 1. in *quantitate temporis.* Gerſon Tract. de Indulgent, c. 6. & ex eo Bochell. Decret. Eccleſ. Gallic. l. 2. pag. 355. *Solus Papa Chriſtus poteſt illam tot dierum & annorum mille millium Indulgentiam concedere, qualis poſita reperitur in diverſis conceſſionibus ſummorum Pontificum, vel aliorum ſub variis temporibus, locis & cauſis. Et fortaſſis talis enormitas conceſſionis ab aliquibus quaeſtu'ſis, aut aliter malè motis, confecta eſt.* Et c. 7. *Indulgentiarum conceſſio per tot millia, nedum dierum, ſed & annorum videtur difficulter ſanabilis poſt remiſſionem aeternae poenae & commutationem in temporalem. Conſtat enim, quod nec homo ſingularis in hac vita poteſt aut debet ad tot annos obligare, cùm non victurus ſit per milleſimam partem tot annorum, & nemo ad impoſſibile obligatur.* *Graff.* Append. aur. l. II. c. 1. §. 12. Per indiſcretas & ſuperfluas Indulgentias, quas quidam Eccleſiarum Praelati facere non verentur, & claves Eccleſiae contemnuntur, & poenitentialis ſatisfactio enervatur. 2. *In qualitate valoris.* Quaeſitum ſtatim eſt, utrum tantum valeant quantum ſonant. Nonne verò manifeſta haec eſt impo-

ſtura

ſtura? Ut emptorem hæc vappa haberet, hedera opus erat, largis promiſſionibus, ſplendidis abſolutionis à culpa & pæna appendicibus. Quid verbis abſolutionis; *Abſolvo te ab omnibus peccatis tuis, ſup. p. 38. etiam oblitis, 44. confero pleniſſimam omnium peccatorum remiſſionem, remitto pœnas Purgatorii &c. Abſolvo, &c. Abſolvat Confeſſor ab omnibus exceſſibus &c. etiam Sedi Apoſtolicæ reſervatis,* pag. 82. 84. ſplendidius, aut magnificentius? Cui vel dubitare in mentem veniſſet, ſeriò ſecum non agi, & ipſius etiam culpæ, ipſorum criminum, exceſſuum &c. veniã promiſſam non præſtari? Præſertim cum aliæ extarent Indulgentiarũ formulæ, quæ expreſsè tantum relaxationis injunctarum pœnitentiarum meminiſſent. Exempla vide ſup. p. 72. 80. 90. 94. 96. 109. 110. Et tamen fraudulentum eſſe contractum, plerorumque deciſione fuit compertum. *Sciendum eſt,* inquit Graff. deciſ. aurear. l. IV. c. 15. §. 53. *ſecundum Sotum, in IV. Sentent.* dict. 21. q. 2. art. 1. *quòd varÿ ſunt modi Indulgentias concedendi, quorum primus eſt; concedimus Indulgentiam de culpa & pœna, quod propriè non (NB.) eſt verum.* Cur ergo tot mendaces de remiſſis exceſſibus, criminibus &c. ſparguntur chartæ? *Quia ſolus Deus authoritativè culpas remittit, juxta illud Jeſ.* Ego ſolus deleo iniquitates tuas per memet ipſum. *Sed ideo ſic dicitur, quia ibi*

ibi remittitur culpa à Deo per contritionem, quæ præexigitur, & pœna à Papa per Indulgentiam, quæ ſubſequitur, Sylv. in verb. Indulgent. q. 10. *verſ.* 1. *in fine.* Et append. aur. lib. II. c. 1. §. 26. 47. Quòd ſi quis objiciat text. in Clem. 1. de privil. & ext. antiquorum, eo 1. tit. ubi datur Indulgentia à culpa & pœna, & ita videtur, quòd Indulgentia non tantùm ſit remiſſio pœnæ, ſed etiam culpæ; Reſpondeo multipliciter: Primò, quod Indulgentia à culpa & pœna vulgariter nominatur Indulgentia plenaria, quæ impropriè ſic vocatur. Hinc text. in d. Clem. 1. & 2. dicit, ut eorum verbis utamur, quòd denotat *abuſionem* vocabuli. Non enim Indulgentia plenaria extendit ſe ad remiſſionem culpæ, cùm remiſſio culpæ fiat per Deū. Johannis de TurreCremata, Bellarmini, aliorum κρησφύγετον vide in Panſt. *Cham.* T. III. pag. 1062. Nonne verò hoc eſt λαβεῖν οὐδὲν, καὶ κρατεῖν καλῶς. Concurrentium deinde Indulgentiarum ea fuit ratio, ut aliæ alias impedirent, inexpectato emtorum ludibrio. Qui heri dives erat, theſauro potitus Eccleſiaſtico, hodie, Codro pauperior, nihil habuit reliqui. Unde tot Præſulum palinodiæ, quibus recentioribus Indulgentiis reſciſſum fuit, quicquid ſuperioribus indultum: vide ſup. p. 59. 67. 68. Neq; verò

illa

illa carent, fraudis ſuſpicione quando 3. vel ob *rem leviſſimam, liberaliſſime ſparguntur* Indulgentiæ. Gerſon, tract. de Abſolut. ſacramentali, c. 8. *Poteſtas Prælatorum in dando Indulgentias, non eſt niſi quadam poteſtas diſpenſationis, qua debet eſſe rationalis & ad adificationem, & ideo ſi dent ſine cauſa rationabili has vel illas Indulgentias, ut pote pro ſolo introitu favoris humani, vel alio tali modo, non oportet quod Indulgentia tantum valeant, quantum ſonant, Propterea fatua ſunt, & ſuperſtitioſa quadam titillationes, de Indulgentiis* 20000. *annorum, vel tali modo: Qui dixerit quinque Pater noſter ante talem imaginem &c. & eſſet per Prælatos providendum, quia cedit hoc in contemtum & irriſionem Indulgentiarum, nec continet veritatem. Unde plena Indulgentia vix ſolebat dari pro paſſagio terra Sancta.* Eadem, & plura ex Gerſone habet *Weſſel.* de Indulgent. pag. m. 107.

4. Sed & inſidioſa valde eſt exceptio: Remitto tibi pœnas Purgatorii, *in quantum* (hanc tamen appendicem Sanſonius θρασύτερος omiſit) claves S. Matris Eccleſiæ ſe extendunt; ſup. pag. 84. Quorſum hac opus fuit reſtrictione? Nempe, nondum in ipſo Papatu omnium ſuffragiis Pontifici decreta eſt poteſtas in defunctos. Alii enim apertè illud negârunt. *Polygranus: Sunt opiniones*

niones diverſæ num etiã animabus in Purgatorio, Pontifices Indulgentias impartiri queant, aliis id aſſerentibus, aliis verò negantibus. Nos cũ potioribus dicamus, clavium poteſtatẽ, ut nec in aliis, ita nec in dandis Indulgentiis ſe ad defunctos extendere. Titubanter poſtea alii. De *Turrecremata*, artic. 6. conclus. 10 *Non modò vivis ſed etiã aliquo modo poſſunt valere defunctis exiſtẽtibus.* Sed *Bellarminus* tandem ἀποτολμᾷ. *Res certiſſima eſt, & apud Catholicos indubitata, Indulgentiis, juvari poſſe animas, quæ in Purgatorio pœnas luunt.* Ita nempe à poſteriori, & cum vidiſſent Theologi Romani, Pontifices præiviſſe facto, jus demum ipſum, ne error in Pontificem caderet, defendere fuerunt coacti. Ipſe enim *Sanſonius*, citra ambages, thraſonico clamore, *Ecce volant!* teſtatus ſatis eſt aperté, ſibi ea in re nihil relinqui ſcrupuli. Adeò certè impudenter merx hæc in Purgatorii damnum, extrudebatur, ut teſte Maſſæo, apud *Chemnit.* T. IV. p. 390. anno 1515. Indulgentiæ hac exponerentur licitatione, ut, qui decem ſolidos numeraret, animam ex Purgatorio liberaret. Meminit *Agripp.* de vanit. ſcient. Bullæ Clementis V. quam Viennæ, & Pictaviæ aſſervari volunt, quâ Angelis Imperavit, ut animam in itinere, Religionis ergo, Roman. ſuſcepto, morientem, continuò ab omnibus

Purgatorii doloribus liberam in cœlum transferrent. Sed & ex *Pfefferi*, Friburgenſis Theologi tractatu de Indulgent. a. Ch. 1472. edito, *Rivetus*, Cath. orthod. T. III. q. 13. citat Bullam Clementis VI. in qua legitur: *Mandamus Angelis Paradiſi, ut ejus animam introducant in gloriam Paradiſi, pœnis Purgatorij penitus abſolutam.* Quid alii habeant pro hac Pontificis authoritate, jam non urgebimus; publicis pleraque extant typis; Illud tantum, quod Reformationis tempore, quo hæc Certamina maximè fervebant, veluti Ajacis clypeum Indulgentiarum Inſtitores obtendebant, ſi non expendere, afferre ſaltem liceat. Tutiſſima hæc ratio eſt veritatem ex puteo quaſi, in quem demerſa, extrahendi. Neque enim aliis quibuscunque ſubſidiis ſuperiorum ſeculorum infelicitas, quàm ex dubiis illis Scholaſticorum, in graviſſimis capitibus, patet diſputationibus. Aliis perſuadere volunt ſomnia, de quibus ipſi nihil habent certi. *Ita ergo Diſputator noſt. r*, cujus ſcriptum etiam num in publico aſſervatur archivo: Quæritur, *utrum Indulgentiæ proſint defunctis?* Non quærit hæc quæſtio de indulgentiis, quas defunctus conſecutus eſt, dum vixit: De his enim dubium non eſt, quin plurimum proficiant. Ipſæ enim ſunt,

ſunt, quæ tollunt pœnam peccatis debitam, quorum debito ſublato, non remanet in Purgatorio pœna ſolvenda. Sed de Indulgentiis, *quas vivi defunctis amicis impetrant, vel conſequi nituntur:* Gratiâ exempli: Papa omnibus contribuentibus tantum ad hujus Eccleſiæ fabricam, concedit relaxationem trium annorum, vel partem ſatisfactionis, aut totam relaxationem ſatisfactionis; Eſt Quæſtio, *ſi quis contribuit pro patre ſuo, utrum pater defunctus participet hujusmodi Indulgentias?* Reſpondet B. Thomas in II. ſent. diſt. 45. q. 6. art. 2. quòd ſic; ſub quadam tamen diſtinctione; quem ſequitur Auguſtinus de *Ancona* & *Antoninus* P. III. tit. 23. & plures alii. Diſtinguit igitur B. Thomas, *quòd Indulgentiæ poſſunt fieri ſub duplici forma: Uno modo largiuntur iis, qui certum opus pietatis implent, ut, qui viſitant Eccleſiam B. Petri, habeant tales Indulgentias. Aliquando etiam extenduntur pro illis, pro quibus fit tale opus, ut, ſi hæc ſit forma:* Quicunque opus hoc pietatis facit, ipſe, vel alius, pro quo facit, talem remiſſionem conſequatur. *Primo* modo Indulgentiæ non proſunt defunctis, quiá non poſſunt opera pietatis facere, pro quibus Indulgentiæ ſub tali forma emanantes conceduntur. Nec vivus tale opus perficiens, poteſt fru-

ctum Indulgentiarum in alios transferre, quia ejus eſt applicare aliquid ad intentionem Eccleſiæ, per quam communicantur communia ſuffragia Theſauri Spiritualis, unde Indulgentiæ vigorem habent. Hæc enim applicatio ad Papam pertinet, & Eccleſiæ Prælatos, potentes concedere Indulgentias. *Secundo* modo proficiunt defunctis, ſi opus pietatis, pro quo datæ ſunt Indulgentiæ, per facientem, ſeu concedentem mortuis applicatur. Illa enim applicatio fit ſecundum intentionem concedentis. Non enim eſt aliqua ratio, *ait B. Thomas*, quare Eccleſia poſſit transferre merita communia, quibus Indulgentiæ innituntur ad vivos, & non ad mortuos. Adducit ad hoc rationem, *quia meritum totius Eccleſiæ eſt efficacius merito unius perſonæ*. Sed meritum perſonale ſuffragatur defunctis. Ergò multò fortius Eccleſiæ meritum, cui innituntur Indulgentiæ. Hæc igitur concluſio corroboratur ſic: *Indulgentiæ proſunt exiſtentibus de foro Eccleſiæ. Sed exiſtentes in Purgatorio ſunt de foro Eccleſiæ*, ut patebit: Alioquin ſuffragia eis non prodeſſent. Item, conſuetudo Eccleſiæ, *dum facit prædicare crucem, concedit, quòd aſſumens crucem habet Indulgentias, etiam pro duobus vel tribus, aliquando pro decem animabus, tam vivorum, quàm mor-*

vivorum; quod eſſet deceptio, niſi mortuis prodeſſet. Item, patet hoc ex declaratione Sixti IV. *quâ declarat, Indulgentias proficere per modum ſuffragii, & animabus in Purgatorio exiſtentibus, dum ad ipſas per ſummum Pontificem expreſsè extenduntur*. Hinc & Innocentius VIII. Indulgentias hujusmodi olim per Pium II. & Sixtum præfatum, *viſitantibus Eccleſiam Xantonenſem, & fabricæ ejus contribuentibus, ad animas*, Purgatorio redimendas, per modum ſuffragii extenſas, etiam ad contribuentes ad S. Cruciatam contra Turcas extendit. Similiter Calixtus Papa, tales Indulgentias dedit in Hiſpania Eccleſiæ Tyraſonenſi. Sic & Paſchaſius V. *dedit Indulgentias plenarias per modum ſuffragii animabus in Purgatorio, quas undecim ſummi Pontifices confirmârunt*, ut legitur in litera authentica, in introitu Eccleſiæ Capellæ S. Praxedis de urbe, in qua continetur columna, ad quam Salvator in domo Pilati ligatus fuerat & flagellatus, & fuit Indulgentia data ſub hac forma: Quicunque celebraverit, vel celebrare fecerit quinque Miſſas pro anima parentis, vel amici in Purgatorio exiſtentis, dictus Paſchaſius dat remiſſionem plenariam per modum ſuffragii tali animæ, & ibi habetur, *quòd dictus Paſchaſius poſt mortem cujusdam ſui nepotis dictas*

quinque Miſſas pro anima nepotis ſui in ipſa Capella celebravit, & poſt celebrationem quintæ Miſſæ, dum eſſet adhuc in altari, apparuit ibi ſupra altare, in teſtudine feneſtræ, quæ eſt ante altare, Virgo Maria viſibiliter extrahens nepotis animam à Purgatorio. Hæ authenticæ ſcripturæ leguntur in introitu dictæ Capellæ. Item, ſummi Pontifices dederunt plenarias Indulgentias pro animabus in Purgatorio, viſitantibus Eccleſiam B. Laurentii extra muros in hunc modum: *Quicunque ſingulis quatuor feriis totius anni dictam Eccleſiam devotè viſitaverit, pro anima patris, aut alterius exiſtentis in Purgatorio, dicti ſummi Pontifices dant remiſſionem plenariam animæ per modum ſuffragij, pro qua Eccleſia ipſa, modo prædicto eſt viſitata.* Et quod frequenter repetitum eſt per modum ſuffragii, non eſt intelligendum, quaſi modus ſuffragii tollat efficaciam Indulgentiarum, ita quòd opus illud, pro quo dantur Indulgentiæ, factum pro animabus, non plus valeat animabus quàm ſi idem opus vel ſuffragium factum eſſet pro eis, nullis Indulgentiis adjunctis, *ſicut quidam intelligere voluerunt. Sic enim fruſtra daretur Indulgentia animabus:* Nihil enim proficeret, nec aliquid ſuffragio impenſo ſuperadderet, & per hujusmodi Indulgentiarum conceſſionem, populus deciperetur

tur: quod de Eccleſia & Sede Apoſtolica eſt nullatenus præſumendum. Sed quod additur per modum ſuffragii, excludit modum judiciariæ poteſtatis, qui dicit judicialem abſolutionem, & pœnæ debitæ in aliam pœnam voluntariè ac devotè aſſumtam, commutationem. Et iſte modus judiciariæ auctoritatis tantùm habet locum in vivis, qui judicialiter abſolvuntur, & quibus pœna debita in aliam voluntariè ac devotè ab eis aſſumtam commutatur, ut vult *Alex: de Ales* P. IV. q. 83. mem. 5. & poſt eum *Bonavent.* in IV. ſentent. d. 20. q. 5. Vivi enim duntaxat aſſumunt opus illud, ut puta peregrinationem, eleemoſinam, orationem, contributionem ad opus ſalutare, vel aliud hujuſmodi, pro quo dantur Indulgentiæ. Cùm autem ejuſmodi opus defuncti adimplere non poſſunt, tunc aliud fit pro eis ab alio, jam alterius opus ſuffragatur eis, ut poſſint conſequi Indulgentias, non minus, quàm ſi ipſi per ſe opus illud impleviſſent. Et ita Indulgentiæ proficiunt eis per modum ſuffragii, *primò*, propter aliquod opus factum, & eis per modum ſuffragii applicatum. Sicut, cùm Papa dat Indulgentias omnibus contra infideles pugnantibus, aut pugnatorem pro ſe mittentibus, tunc

indulgentias pugnantes aſſequuntur per modum auctoritatis Judiciariæ, & mittentes per modum ſuffragii. *Quod maximè verum eſt, ſi eſſet aliquis pauper, non habens ſuos expenſis mittere, & alius ſuus amicus pro paupere, ſive pauperis nomine mitteret, jam pauperi proficerent Indulgentiæ per modum ſuffragij pro quanto opus, pro quo Indulgentiæ conceſſæ ſunt, ſibi per modum ſuffragij applicatum eſt.* Verùm, dicit S. *Bonaventura*, ſi quis contendat, Vicarium Jeſu Chriſti habere judiciariam poteſtatem ſuper eos, qui ſunt in Purgatorio, *non eſt ei multum reſiſtendum, dummodo hoc dictet ratio vel auctoritas manifeſta. Sana enim fide hoc tenendum eſt, quòd Dominus ſuo Vicario plenitudinem poteſtatis contulit, & tantum, quantum decebat puro homini dari ad ædificationem corporis ſui, quod eſt Eccleſia.* Hæc *Bonaventura*, cui alludit auctoritas Chryſoſtomi ſuper illud *Matth.* XVI. *Tibi dabo claves regni cœlorum* &c. quem allegat *Alexander*, ubi ſcilicet, *homini mortali cœli & terræ, & omnium, quæ in eis ſunt, commiſit poteſtatem Deus, & Eccleſiam validiorem cœlo demonſtrat.* Et ſubdit Alexander: Ex hoc patet quòd in collatione clavium maxima fuit ſummo Pontifici collata poteſtas, & probabiliter vel veriſſimè præſumitur, quòd theſaurus eſt in illius poteſtate, & pro illis, qui ſunt in

in Purgatorio, quia ratione Charitatis in qua deceſſerunt, ſunt idonei ad beneficiorum Eccleſiaſticorum ſuſceptionem, poteſt illis beneficia communicare, & ſic poteſt illis facere Indulgentiam & relaxationem. Hæc Alexander.

Hanc contrà ſententiam, aſſerentem, *Indulgentiam, ſeu Indulgentias proficere animabus in Purgatorio per modum ſuffragij*, eo modo, quo expoſitum eſt, *non jam velut opinionem, ſed tanquam ſententiam certam complecti debere exiſtimo*, quam quilibet conſpicere poterit, ſi dictam doctrinam *Alex. de Ales, Bonaventuræ, Thomæ, Ægidij, Durandi, Pet. de Tarantaſia, Rich. de Mediavilla, Petri de Palude. Thom. de Argentina*, & aliorum plurium in IV. d. 20. & 49. nec non *Auguſt. de Ancona*, de poteſtate Papæ, q. 29. artic. 1. q. 4. & q. 31. artic. 4. ac *Gabrielis Biel ſuper Canon*, Lect. 57. (qui prius tenuit contrariam opinionem, poſtmodum retractando revocavit, à quo hæc quoque emanârunt) diligenter legerit, & clarè intellexerit, ac determinationem ſummorum Pontificum adverterit.

Supereſt igitur, ut rationibus & motivis, quæ contrariam opinionem tenentes adducunt, reſpondeatur, ut his ſolutis, magis veritas eluceſcat. Arguit ergo Hoſtienſis *primò* ſic: Indulgentiæ, ex vi Indulgentia-

rum non valent defunctis, cùm non ſint de foro Eccleſiæ. E. fruſtra eis conceduntur. Conſequentia eſt nota. Antecedens probatur: Nam forum Eccleſiæ ligandi & ſolvendi tantùm ſe extendit ad viventes in terris, dicente Domino Petro, Matth. 16. Quodcunque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis. Et dicitur notanter, & vi Indulgentiæ, quia opera illa bona pro quibus Indulgentiæ conceduntur, poſſunt valere defunctis, ſicut alia bona opera & meritoria, ſi eis applicantur, non tamen plus valent propter Indulgentias, nec minus, quàm ſi nullæ Indulgentiæ eſſent conceſſæ.

Secundo arguitur ad inconveniens, *quia Papa ſic poſſet liberare quemcunque vellet de Purgatorio:* Imò, dando plenariæ remiſſionis Indulgentias, *poſſet evacuare totum Purgatorium,* ſemper enim inveniret cauſas rationabiles, ita pro defunctis, ſicut pro vivis, puta beneficia & auxilia impendenda neceſſitatibus Eccleſiæ, cultui divino augmentando, Hoſpitalibus, pauperibus, & ſic de aliis quæ reputantur cauſæ ſufficientes Indulgentias largiendi.

III. Tunc Eccleſia & Papa negligenter agerent in tã crebris Indulgentiis, temporibus noſtris conceſſis, nõ extendendo illas ad ani-

mas

mas defunctorũ per convenientes clauſulas Bullis inſerendas, de qua tamen, tanquã de pia matre præſumendũ non eſt, quòd ita oblivioni traderet filios ſuos defunctos, *maximè cùm non eſt certior modus liberandi animas à Purgatorio, quàm (NB.) per Indulgentias plenarias.* Sicut enim vivus, qui conſequitur Indulgentias plenariæ remiſſionis, ſi moritur ſine recidiva, evolat, ut dicunt Doctores; ita defunctus tempus in Purgatorio, ſi pro eo quis Indulgentias plenariæ remiſſionis conſequeretur, ſimpliciter liberaretur.

IV. Quia ſtultè tanti ſumptus fierent in exequiis ac labores in ſacrificiis, orationibus, eleemoſynis, Jejuniis, quorum quantitas effectuum incerta eſt, cùm per impetrationem Indulgentiarum certè liberari poſſent, & evolare.

V. In omni genere ſuffragiorum apud B. Auguſtinum, vel Gregorium nulla fit mentio de Indulgentiis. Ergo, &c,

Quia tamen iſta nihil concludunt, ideo reſpondetur ſigillatim. Ad primum, quando arguit, quòd animæ in Purgatorio non ſunt de foro Eccleſiæ ligandi & ſolvendi; hoc enim ſolùm ſe extendit ad exiſtentes in terra; Reſp. ſecundum *Alexand.* ubi ſupra, quod ſuper terram eſſe dicuntur, quantùm ad ſolutionem & ligationem, quo us-

que

què fiat reductio,ſive ingreſſus in regnum, ut pote dum animæ temporalibus & terrenis utuntur ſuffragiis. Item animæ in Purgatorio dicuntur eſſe ſuper terram, quia ſunt de Eccleſia militante, & non triumphante. Et ſicuti, qui ſunt in terra, ſunt in via, & non in termino; ita exiſtentes in Purgatorio ſunt in via, & non in termino: Sunt enim in tranſitu ad patriam, quantum ad Purgationem, quâ purgantur per pœnam, per quam velut per viam tranſeunt ad patriam; ſed ſunt in termino, quantum ad confirmationem, quia amplius peccare non poſſunt nec mereri. Etſi conceditur, quòd non ſunt ſuper terram ſimpliciter, ſunt tamen ſuper terram quantum ad abſolutionem à pœnis, quia hoc meruerunt exiſtentes in terra, à qua diſceſſerunt in charitate, ut ſcilicet illis Indulgentiæ & cætera applicari poſſint Eccleſiæ ſuffragia. Sunt ergo in terris, quantum ad ſuffragia Eccleſiæ & Indulgentias, quæ eis communicari poſſunt: Et ita ſunt de foro Eccleſiæ ratione meriti, quo meruerunt in terris, ut juvari poſſint: Sed ſecundum ſtatum præſentem non ſunt de foro Eccleſiæ ad aliquid de novo merendum vel demerendum. Item, ſunt de foro Eccleſiæ propter delictum. Nam quilibet reus ſortitur forum ratione deli-

cti, quocunque ſe transferat, etiam extra locum, in quo commiſit delictum, remanet ſemper, quantum ad delictum ſub jurisdictione Domini, in cujus Dominio deliquit, ad quem ſpectat, eum, propter tale delictum, punire, vel veniam remittere. Et ideo poteſt Papa remittere pœnam exiſtentibus in Purgatorio, debitam peccatis, in terra commiſſis; non tamen poteſt ſimili ratione abſolvere exiſtentes in Inferno, à pœnis peccatorum in terra commiſſorum: quia illi non ſunt capaces remiſſionis, quia charitate nudati in peccatis ſunt obſtinati: Manente autem peccato in voluntate, non poteſt tolli pœna peccato debita. Vel dicuntur eſſe ſuper terram, quantum ad forum miſericordiæ, etſi non quoad forum juſtitiæ. Item, quia virtute clavium Eccleſiæ, dum exiſterent ſuper terram, fuerunt obligati ad ſuſtinendam pœnam temporalem hîc, vel in Purgatorio ſolvendam, in quam, in Confeſſione, fuit eis commutato pœna æterna. Ideo ſi nunc, non quo ad omnia ſint de foro Eccleſiæ, tamen, quantum ad ſolutionem pœnæ ſunt de foro Eccleſiæ, & poſſunt ſolvi de theſauro Eccleſiæ. Quidam autem tractantes auctoritatem Chriſti: *Quodcunque ſolveris ſuper terram* &c. dicunt, quòd illa additio

tio *ſuper* poteſt determinare pronomen Tu, incluſum in verbo ſolveris,& tunc eſt ſenſus: *Quodcunque tu Petre, exiſtens ſuper terram meus vicarius, ſolveris, erit ſolutum & in cœlis*, id eſt, approbabitur à me in cœlis, clave ſcilicet non errante. Alio modo poteſt determinari quodcunque, & tunc eſt ſenſus: *Quodcunque ſolubile ſuper terram exiſtens, Petre ſolveris, illud ſolutum erit & in cœlo.* Et uterque ſenſus verus eſt, & referendo ad animas in Purgatorio. De primo ſenſu manifeſtum eſt, quia Petrus, exiſtens in terra, per modum ſuffragii, ſolvit animas in Purgatorio. De ſecundo etiam ſenſu patet. Quia & Papa ſolvit animas, quæ ſunt ſuper terram, quantum ad meritum & forum, & tales ſunt animæ in Purgatorio. Si dicis, Papa non habet animas ligare, exiſtentes in Purgatorio. Ergo nec ſolvere poteſt; cùm utraque auctoritas ſimul conjunctim ſit tradita. Reſpondet Alexander; ubi ſupra; verum eſt Antecendens, niſi ex aliqua cauſa ſpeciali, meruit aliquis ejectionem à liminibus Eccleſiæ, & ita ſubtractionem ſuffragiorum. Conſequentia tamen non valet, & eſt ratio, quia animæ, dum viverent in corpore, non meruerunt, ut ligari poſſent poſt mortem; & tunc non eſt tempus ligandi; ſed ſolvendi. Patet ergo multiplex

tiplex expoſitio illius auctoritatis : Quodcunque ligaveris &c. Poſſet & breviſſimè dici, quòd auctoritas illa loquitur de abſolutione & ligatione per modum judicialis auctoritatis; non autem de ſolutione per modum ſuffragii, quomodo ſolvit Papa animas in Purgatorio, & illo modo poteſt aliquis ſolvere, bona communicando ei, quod non eſt de ſua jurisdictione.

Ad *ſecundum*; quod inducit inconveniens, *quòd Papa poſſet quemcunque liberare de Purgatorio, & etiam poſſet evacuare Purgatorium, quando vellet*, dicitur, quòd, ſicut dicit S. Thomas & Bonavent. quod Indulgentia, ut valeat, requiritur cauſa rationabilis, & diſpenſatio bonorum Eccleſiæ cum moderamine & deſcriptione facienda eſt. Alioquin, niſi diſcretè fiat, Deus non acceptabit: quia ipſe Pater miſericordiarum ſic miſeretur, ut ſemper velit timeri ſuam juſtitiam. Quæ autem ſit hæc cauſa rationabilis, pro qua ponenda eſt Indulgentia, Alexander declarat, ubi ſupra. Cauſa, *inquit*, ut neceſſitas terræ ſanctæ, ſivè potius cauſa fidei, ut in magnis Indulgentiis, ædificatio Eccleſiæ, vel aliquid hujusmodi, ut in minoribus Indulgentiis. *Hæc Alexand.* An autem ſola voluntas Papæ poſſit eſſe rationabilis cauſa ponendi Indulgentias, lege Au-

Auguſt. de Ancona, ubi ſupra q. 3. art. 5. Præterea Indulgentiæ non dantur, niſi propter aliquod opus pium & utile Eccleſiæ, quod neceſſe eſt fieri per vivos pro defunctis, ut extendat ſe ad defunctos: Vix autem vel nunquam à vivis tota pietatis opera fierent, ut per ea omnes animæ in Purgatorio exiſtentes à pœnis evolarent. Si tamen ita fieret per vivos, nihil inconveniens eſt per Indulgentias evacuari Purgatorium: Sicut & per cætera ſuffragia Eccleſiæ in tantum multiplicata, quòd ſufficerent pro redemtione animarum in Purgatorio pœnas ſolventium, Purgatorium poſſet evacuari. Non ergo quoscunque vult Papa de Purgatorio liberat; ſed eos pro quibus opus fit pium, pro quo Indulgentiæ conceduntur. Etſi ſemper invenit cauſas rationabiles dandi Indulgentias, poteſt ſemper eas dare: nec tamen ſic evacuatur Purgatorium, quia non ſemper proni, ſed deſides ſunt ad agenda opera pia pro defunctis. Et utinam tantus eſſet in vivis fervor Charitatis, ut ſuis ſuffragiis animæ omnes de Purgatorio tollerentur.

Ad III. quod inducit *negligentiam Eccleſiæ & Pontificis pro eo, quòd non extendunt Indulgentias, quæ communiter dantur, ad animas defunctorum*; reſpondetur, quòd, ut dictum

ctum eſt cum diſcretione multa Theſaurus Eccleſiæ diſpenſandus eſt, ad Eccleſiæ utilitatem: Unde majoribus Eccleſiæ neceſſitatibus majores Indulgentiæ reſervantur: Ita quoque defunctis ſuffragia impendenda ſunt, ut per hæc vivis occaſio non detur deſidiæ, & abjiciendi onera ſactis ſactionis propriæ. Homines enim tardi ad opera ſatisfactionis, quod eſt majus malum, quàm pati pœnam quamcunque temporalem.

Ad IV. quod arguit, *quòd inutiliter ſumtus fierent in exequiis anniverſariis, &c.* dicendum eſt, neque ſtultè, neque fruſtra fiunt ſuffragia defunctorum in ſacrificiis, orationibus, abſtinentiis, & eleemoſynis; ſed animæ, pro quibus hæc fiunt, Indulgentias plenarias conſequentur. In hujus rei ſignum eſt, quòd pro baptiſatis in infantia defunctis, non inutiliter exequiæ per ſacrificii oblationes fiunt. Unde Alexander de Ales, ubi ſupra q. 42. artic. ult. ait: Eccleſia inſtituit, ſacrificium altaris offerri debere pro parvulis decedentibus in innocentia baptismali, de quibus conſtat, quòd ſtatim evolant. Cujus multæ ſunt rationes; ſcilicet conformitas Eccleſiæ, conſervatio devotionis fidelium, & maximè parentum excitatio, beneficii redemtionis recordatio

connexionis parvulorum cum membris corporis Chriſti myſtici ſignificatio, animarum purgandarum ſarcinæ ſublevatio, debitæ laudis divinæ expreſſio. Ut enim conformitas Eccleſiæ in exequiis mortuorum conſervetur, ut devotio fidelium & maximè parentum excitetur, ut beneficium redemtionis, quod maximè locum habet in parvulis merito paſſionis ſalvandis, rememoretur, ut connexio parvulorum cum membris corporis Chriſti myſtici ſignificetur, ex hoc parvulorum exequiæ, ſicut cæterorum membrorum, celebrantur, ut purgandarum animarum ſarcina ſublevetur; &, ut debitum divinæ laudis exprimatur, quæ ſcilicet Salvatori exhibenda eſt, hoc, quòd ſine parvulorum meritis, gratiæ ſuæ ſinceritate ſalventur, convenit, ut pro illis Miſſarum ſolennia celebrentur, & ſalutaris hoſtia offeratur: Ex hoc enim, quòd pœna animarum purgandarum, illorum gratiâ, mitigatur, &, laus Deo, exolvitur, & devotio fidelium ad eorundem meritum excitatur, accreſcit parvulis materia gaudiorum. Hæc Alexander. *Si ergo hæc parvulis, nullis actualium peccatorum maculis fœdatis, agenda ſunt, de quorum beatitudine nullum relinquitur dubium, quantò magis omittenda non ſunt pro adultis, pro quibus Indulgentiæ plenariæ* *pro-*

procurantur, ubi adhuc de eorum liberatione à purgatorio aliquale dubium eſſe poſſet, non, quin, ſi Indulgentiam plenariam participent, evolent; Sed, dubium eſſe poſſet, an cauſa Indulgentiarum ſit ea, quam Deus approbat, an conferentis intentio ſana ſit & integra, & non ſubdola, ex Simoniæ vitio vel avaritia procedens, quæ ſcilicet non facile ſunt præſumenda, non tamen ſunt undecunque certa. Nam, clave errante, poteſtas clavium debita caret efficacia. Denique & ſi certum foret, defuncti animam Indulgentiæ effectum conſecutam eſſe, non ideo ex præmiſſis cauſis rationalibus omittenda ſunt ſuffragia, ſicut nec pro parvulis, quorum certa eſt ſalvatio, quia magis hic quàm ibi dictæ militant rationes.

Ad V. de *Auguſtino & Gregorio dicendum, quòd ante tempora B. Gregorij modicus vel nullus fuit uſus Indulgentiarum, nunc autem crebreſcit earum uſus. Quod ſine dubio, Eccleſia, habens Spiritum Sponſi ſui Chriſti, & ideo non errans, ſingula, prout expedit, temporibus diſtribuit, mota & illuminata à Spiritu Dei, qui novit tempora, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate, quorum myſteria indagare non ſufficimus, dicente filio:* Non eſt veſtrum nôſſe tempora, vel momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate, *Act.* 1. *Poſſumus tamen conjicere, aliquas cauſas,*

cur magis modo, quàm olim uſus Indulgentiarum crebreſcit; quoniam in Eccleſia primitiva, caleſcente adhuc recenter effuſo ſanguine Chriſti, homines fervidi ſanctiſſimè vixerunt. Et, *ſi quandoque ex humana fragilitate ceciderunt, magnam egerunt pœnitentiam, ut patet in ſanctis Martyribus, & Sanctorum Patrum geſtis. Idcirco Indulgentiis non egebant.* Item, ut timor Domini, ac transgreſſionis mandatorum induceretur in converſos fideles, graves pœnitentiæ injungebantur & pœnæ: Sicut patet de Sapphira & Anania, marito ejus, qui propter mendacium ſtatim ſubitanea morte correpti ſunt, *Act.* c. 5. Unde magnus timor cecidit in Eccleſiam. Fuerunt & homines proni ad ſuſcipiendum & agendum dignos fructus pœnitentiæ ſecundum exhortationem Johannis Baptiſtæ, *Matth.* & *Luc.* 3. Ideo tunc non fuit neceſſarius, nec conveniens Indulgentiarum uſus. Nunc verò, tepeſcente Charitate in his ultimis temporibus, nec ſatisfactiones condignæ injunguntur, nec modicæ injunctæ perficiuntur; Ideo valde neceſſarius eſt copioſus Indulgentiarum uſus, ut, quod per deſidiam deficit, per aliorum ſuffragia ſuppleatur. Sic, cùm viventes tepidi ſint ad juvandum animas per ſatisfactioni ſopera condigna, decens eſt, & nunc Indulgentia

tias ad eas extendere, ut non careant beneficio auxiliorum. Unde de hoc arguit Alexander de Ales, ubi ſupra ad propoſitum, dicens: *Pater miſericordiæ omnibus providit ſecundum ordinatiſſimam diſtributionem, & miſericordiſſimam ſuam pietatem. Sed recta ordinatio Charitatis, quæ exigit, ut unus ab alio poſſit adjuvari, hoc maximè exegit circa eos, qui ſe juvare non poſſunt.* Si ergò hominibus in hoc ſeculo, cùm indigent, providit Deus de auxilio, per Indulgentiam Eccleſiæ conferendam, cum illi de Purgatorio indigeant auxilio, & ſe juvare non poſſunt, videtur, quòd de Indulgentia conferenda maximè provideri debuit. Adde, maximè eo tempore, quo auxilia negligentius impenduntur. Non ergo pia mater Eccleſia negligens fuit circa filios ſuos defunctos, non ſemper, nec frequenter Indulgentias hujusmodi impertiendo, ſed ordinatè eas diſtribuit, ut utrisque convenit, viventibus & defunctis, prout temporis conditio exigit, & prout regitur directione Sp. S. Et hæc de Problemate dicta ſufficiant. Si quis autem plura videre deſiderat, prædictos Doctores ſedulò legat. *Hæc circa Reformationis incunabula,* occaſione, dubio procul, Sanſonii Mediolanenſis, diſceptata fuere. Sed, ſi quid hinc etiam judicare libet, magno

cum Eccleſiæ Romanæ detrimento. Patet enim hinc,

1. *Semper fuiſſe, qui Pontificiis, novitatibus reſiſterent.* Valorem certè pro iis, qui in Purgatorii detinebantur carcere, habere Indulgentias, ne ipſi quidem primarii Scholaſtici, aut Canoniſtæ ſemper conceſſerunt. Supra audivimus *Polygranum*, jam *Hoſtienſis* accedit, qui graviſſimis fulfulti rationibus illi ſaltem impudentiæ, quæ extra forum hujus Eccleſiæ Pontificis fraudes Indulgentiarias, frænum injicere voluerunt.

2. *Incertiſſima eſſe, quæcunque de Indulgentiis, emtores ſibi pollicentur.* Semper enim in ſuſpenſo hærere poſſunt, an cauſa Indulgentiarum ſit ſufficiens, an conferentis intentio ſana ſit, non ſubdola, ex Simoniæ, aut avaritiæ radice pullulans &c. quæ frequentius evenire, quàm expediat, ſuprà jam monſtravimus.

b. Neque enim Lutheri tantùm fuit aſſertio; *Indulgentias eſſe pias fraudes fidelium*; Articul. 18. Jam ante ipſum *Weſſel.* de Indulgent. p. 106. Epiſt. ad Jacob. Hœck. Decan. Naelduiccens. *Confiteris tu, maximas ob cauſas, interdum te à veteribus Patrum limitibus recedere. Num igitur tibi leves, aut futiles cauſæ videntur, quibus ab hac nova (NB.) Indulgentiarum aſſertione, Patres ante Albertum*

ac

ac Thomam (ut ipſi ſcripto teſtantur) deceſſerunt, aſſerentes nihil eſſe, niſi piam fraudem ac dolum non malum, quo plebs officioſo errore trahatur ad pietatem. Non ergo temporibus illis omnes credebant, neque qui ſincera ſolicitudine verum quærebant, Hæretici fuerunt.

c. *Utrùm, tantum valeant Indulgentiæ, quantum ſonant, vetus querela eſt*, inquit Adrianus Florentius, poſtea Papa, *ſed adhuc ſatis dubia.* Et dixerunt quidem alii, teſte ſupplemento *Thomæ*, *Turrecremata*, & aliis, tantum valere, non quantum prædicantur; ſed quantum cujusque fides exigat & devotio. Sic autem loqui Eccleſiam, ut pia quadam fraude ad benefaciendum alliciat. Sed non placuit hoc illis, qui metuere cœperunt, ne Eccleſia mendacii aut falſitatis accuſaretur. Eam nihilominus ſententiam *Adrianus* tribuit *Altiſſiodorenſi*, & notat, in magna æſtimatione apud Doctores fuiſſe. Imò & objectum incommodum ſolvere conatur, quaſi Eccleſia univerſalis falſum ſuggereret, & Chriſti fideles deciperet. *Poteſt*, inquit, *concedi, ſi hoc verbū*, Decipit, *non importat deformitatem. Eccleſia decipit fideles, & nō mentitur. Quum quæritur, ſi decipit vel dicendo verū, vel dicendo falſum: dicit, quòd dicendū verū: ſed quòd nō exprimit illa ſex, id eſt, ſex conditiones neceſſarias ad utilitatē Indulgentiarū. Licet*

autem hoſtem doloſè inſidiis circumveniendo decipere: Et Advocatus fovens juſtam cauſam, licitè poteſt decipere adverſarium, dummodo falſis deceptionibus non utatur.

XXI. Dubia *inſuper*, incerta, & flexiloqua eſſe, *quæcunque Romana Eccleſia de Indulgentiarum theſauro jactat, & ex continuis Theologorum (a) querelis, & ex rixoſis Scholaſticorum (b) diſputationibus, ſole Meridiano clarius apparet.*

a. Iacob. de Graff. Append. aur. l. 11. cap. 7. §. 1. *Varij varia ſenſerunt de Indulgentiarum valore. Angel. de Clavas.* Voc. Indulgentia §. 2. *Quæritur, quantum remittitur per Indulgentiam de præfata pœna, vel debita pœna in Purgatorio, vel in hac vita pro peccatis commiſſis? Reſp. quòd diverſa fuit opinio inter Doctores Canoniſtas & Theologos.* Weſſel. de Indulgent. c. v. p. 109. *De reliquis autem quid cenſendum ſit, qui tanta invicem varietate inter ſe diſſident, ut ferè impoſſibile ſit duos invenire, prorſus invicem concordantes. Tu, cum Gerſone, & Bonaventura, contra Doctorem Sanctum, non neceſſariò præcisè quantum ſonant, valituras. Bonaventura, quo validæ ſint, oportere juſtam cauſam ſubeſſe. Doctor Sanctus non putat privilegium S. Petri ſalvum & integrum, niſi valeant præcisè, quantum ſonant. Neque aliter putat univerſalem Eccleſiam ab errore damnabili*

nabili poſſe defendere. Et eligit magis damnare Papam de peccato irrationabilis Confeſſionis, quàm de errore falſà aſſertionis.

b. Hunc verò campum, qui quaquaverſùm patet latiſſimè, ingredi vix audebimus. Volumen enim, non Capitis, jam aliâs ſatis prolixi, colophonem, ſcribere deberemus. Dedimus quædam in *Primit Heidelb.* p. 38. Plura in *Hodeg.* P. III. p. 446. Et tamẽ, quia ab hujus articuli examine, tum juſtitia cauſæ noſtræ, tum reformationis pendet neceſſitas, omnino vel aliò properantibus ſufflamen nobis injicitur. Neque verò omnia Scholaſticorum excutiemus pulpita; ex *Angeli de Clavaſio* Summa, ſpecimen tantùm diſſidiorum Romanorum proponemus. Et primò quidem de *cauſa Efficiente*, ſententia plerorumque eſt, *inquit, Sacerdotes omnes in foro pœnitentiali poſſe dare Indulgentias illis, quos poſſunt abſolvere; de quanto tamen non determinatur, niſi quòd Alvarus dicit, quòd poteſt dare Indulgentiam annorum vel dierum ſicut ei videbitur, modo diſcretè faciat. Quod & Innocentius tenet, & ad jura, quæ videntur contraria, reſpondet Archid.* quod verum eſſe Angelus definit *de generalibus aut publicis remiſſionibus, quas facere non poſſunt; Vel debent intelligi, inquit, de pœnitentia injuncta à ſuperiore, puta Epiſcopo, quam remittere non poteſt.* Voc. In-

dulgent. n. 5. *Quid ſi præfati* (Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates) *Prælati non ſint Sacerdotes?* Lau. in Clement. Si dominium, in fine de reli. aſſerit, *eos nihilominus Indulgentias poſſe dare*; Hoſtienſis verò, *niſi ſint Presbyteri, dare poſſe negat, n. 6. Vtrùm præfati Prælati poſſint concedere Indulgentias non ſuis ſubditis?* Negat *Angelus, niſi in duobus caſibus. Primus eſt, inquit*, in C. noſtro, de pœni. & remiſ. *ubi Archiepiſcopi concedunt ſimpliciter per totam provinciam, licèt non ſint ejus ſubditi, niſi in caſibus à jure expreſſis. Intellige tamen, quòd non valeat niſi exiſtentibus de provincia, non advenientibus, qui ibi non habent domicilium. Secundus caſus quando illi, qui volunt eas accipere, habent licentiam à proprio Epiſcopo, ſecundùm aliquos*, ut no. Innocent. in C. Quod autem, de pœni. & remiſ. *Alij verò dicunt, quòd etiam de licentia proprij Sacerdotis Parochialis poſſunt ipſas accipere. Et cum hoc tranſit Hoſtiens. Bul. verò in Spe. dicit, quòd tutius eſt, quòd habeatur conſenſus Epiſcopi, & ſecundum eundem ſufficit etiam conſenſus ſui Metropolitani*, dicto C. noſtro. *Addit etiam Bul. ibidem, quòd ex cauſa juſta poteſt Epiſcopus ſtatuens in Diœceſ. ſua concedere, ut Indulgentiæ ſuæ proſint venientibus de Diœceſi aliena.* Facit dictum C. Quod autem; *non tamen poſſet concedere, quòd Indulgentiæ ab aliis Epiſcopis in ejus Diœceſi conceſſa*

vale-

valeant. Ex quo patet, quòd illi, qui habent literas diverſorum Epiſcoporum, dantes Indulgentias facientibus eis Eleemoſynas (NB.) non valent, niſi quo ad Indulgentiam proprij Epiſcopi, vel, niſi habeant licentiam à proprio Epiſcopo vel Sacerdote, ut tales Indulgentiæ ei proſint ib. n. 11. Quærunt, *quæ ſit materia Indulgentiarum? Et communis quidem opinio eſt,* inquit idem n. 9. *Doctorum, tam Theologorum*, in IV. quàm Canonicorum in dicto C. Indulgentiæ, & Clementina unica, de reli. & vene. Sanctorum, & in dicto C. Quod autem eſt, *quòd ſunt ex abundantia meritorum, quæ ultra menſuram demeritorum ſuorum Sancti ſuſtinuerunt, & Chriſti; ſed ego teneo (NB.) cum* Franciſc. de Mayr. in tractatu de Indulgentiis, *quòd, cùm merita Sanctorum ſint ultra condignum remunerata à Deo, & ſic exhauſta, quòd ſolùm dantur ex merito Chriſti & paſſionis ejus, cujus minima gutta ſanguinis vel ſudoris ejus ſufficeret ad expiationem omnium peccatorum, quæ unquam fuerunt perpetrata, aut perpetrabuntur, quod ejus reſpectu nihil ſunt omnia*, ut in C. damnamus circa finem de ſumm. Trinit. *quòd verè (NB.) dolores noſtros ipſe portavit.* De *forma*, ſive ſenſu Indulgentiarum Scholaſtici diu certârunt, & ad huc ſub judice lis eſt. *Quomodo intelligitur Indulgentia*, quærit Angelus n. 4. & reſpondet, *quòd certa*

certa doctrina non poteſt dari. De *effectu* cumprimis, tum quo ad ὅτι, tum quoad καθότι, adèo & diverſæ, & adverſæ ſunt Scholarum ſententiæ, ut ne eruditi quidem ſibi, nedum aliis, ſatisfacere potuerint. Septem diverſas ſententias *Angelus* producit ad quæſtiónem, *qualis illa ſit pœna, qua per Indulgentias remittitur? Prima*, inquit, *tenet, quòd ſolummodo illa remittitur pœna, quam Deus pro ſupplementò ſtatuit imponendam in alia vita illis, qui ſolummodò fecerunt pœnitentiam, ſecundum quod Canones imponunt; ſed illam, quam Canones imponunt faciendam, nullo modo remittit. Sed hæc opinio eſt falſa, (NB.) tum quia contra textum in* C. cum ex eo, de pœni. & remiſ. *ubi dicitur, quòd per Indulgentias ſatisfactio enervatur, tum etiam, præſupponit quòd Canones pœnitentiales ſint neceſſario exequendi, contra textum in* C. Deus, qui eo. ti. *qui vult, quòd pœnitentia hodie per arbitrium diſcreti Sacerdotis ſit moderanda; & ſic eſt arbitraria. Facit ad hoc* C. Menſuram, de pœnit. diſt. 1.

Secunda tenet, quòd ſolùm remittit pœnam taxatam à jure ſeu Canone pœnitentiali; ſed non eam, quam divina juſtitia ſtatuit imponendam. *Et hæc eſt falſa, (NB.) tum quia ſupponit unum falſum contra Evangelium, quòd Eccleſia non poſſit abſolvere, quo ad pœnam*

pœnam, cùm etiam abſolvat quo ad culpam, per virtutem Sacramentalem, ſecundùm Scotum in IV. diſt. 14. *etiam quo ad Deum, cùm dicatur* Matth. 16. 24. q. 1. Quodcunque ligaveris ſuper terram &c. *tum etiam, quia (NB.) ſic Indulgentiæ eſſent nocivæ, quòd abſolvendo eos à pœna hujus mundi transmitteret tales ad graviora tormenta in Purgatorio.*

Tertia opinio tenet, quòd remittunt pœnam peccato debitam, & quo ad Deum, & quo ad Eccleſiam; ſed concedens onerat ſe ad ſatisfaciendum, pro illo, cui dedit, *& hæc (NB.) ſimiliter falſa, tum quia aliquando tam modica ſunt merita concedentis, quod non ſufficiunt ſibi, tum etiam, quia nullus concedens ad hoc ſe obligare intendit, & nemo obligatus, niſi qui animum obligandi habuit,* L. Obligationum § de act. & oblig.

Quarta opinio tenet, quòd remittitur ſolùm illa pœna peccato debita, pro quo non ſatisfecit ex negligentia, ſive quo ad Eccleſiam, ſive quo ad Deum. Non autem illa, quam contempſit facere, ſeu noluit. *Et hæc (NB.) eſt falſa, tum quòd remunerare vult negligentiam contra* L. Non § Ex qui. Cau. ma. non enim negligentibus ſubvenitur, ſed neceſſitate rerum impeditis: *Hæc ibi. Tum etiam, quòd præſupponit, quod quis poſſit contemnere pœnitentiam, & eſſe capax Indulgentiæ, cùm*

cùm talis in peccato mortali ſit, quod falſum eſt.

Quinta opinio tenet, quòd remittitur etiam pœna Inferni. *Allegat textum de pœn.* diſt. 3. C. ult. *ubi patet, quòd bona facta in peccato mortali valeant ad tolerabilius judicium ſubeundum: Sed hæc eſt ſimiliter (NB.) falſa, tum quòd illud Caput non intelligitur, quòd alia bona minuant pœnam inferni, debitam peccatis, ſed quòd malum non committendo, & faciendo bonum non augetur; tum etiam, quòd expreſsè tenet contrarium* C. tres ſunt, de pœ. d. 1. & de confec. d. 4. *omnis* &c. *ubi patet, quòd pœna æterna nullo modo poteſt remitti niſi per contritionem propriam, loquendo de eo, qui peccavit actualiter, ſeu de adulto:* Facit C. *Maiores*, de baptiſmo, §. *Hic verò dicimus.*

Sexta opinio tenet, quòd per Indulgentias remittitur pœna taxata à Deo, & etiam à Sacerdote impoſita, ſi modo ipſe Sacerdos, qui eam impoſuit, hoc ſibi conceſſerit, ut eam per tales remiſſiones vel in partem, vel in totum poſſit redimere. *Et hæc ſimiliter non videtur vera, licèt Gloſ.* in d. C. Quod autem &c. *& multi Canoniſtæ eam tenuerint, tum quia videtur artare poteſtatem ſuperioris, quaſi non poſſit remittere pœnam, impoſitam ab inferiori ſuo, contra id quod legitur, & notatur in* C. quod ſuper his, §. *Rurſus* &c. de vo-

to:

to: *tum etiam, quia videtur contra textum præfati* C. *cùm ex eo*, in verbo *enervatur*.

Septima opinio tenet, quòd præfatæ Indulgentiæ valent ſecundum *Franciſc. de Mayr*, in tractatu de poteſtate Clavium, *primo, quo ad augmentum gratiæ. Nam ſecundum Auguſtinum, Charitas meretur augeri: Sed per opera meritoria, facta, ab exiſtente in gratia, meretur augmentum gratiæ. Ergo &c. Quia non datur niſi facientibus opera de ſui natura meritoria. Secundò, quo ad augmentum gloriæ, quòd, cùm nullus poſſit lucrari Indulgentiam, niſi per fidem, & fides ſit virtus, cui promittitur viſio Dei. Ergo &c. Tertiò* valent, quo ad *pœnam debitam in Purgatorio: Quia, quando alicui aliquid debitum eſt remiſſum ab eo, qui habet poteſtatem, perinde eſt ac ſi ſolutum eſſet: Sed ſicut Eccleſia imponendo pœnitentiam remittit pœnam purgatoriam: Ergo remittendo per Indulgentiã abſolvit ab ea. Quartò* valent, quo ad pœnã impoſitam à Sacerdote, ſecundum partem vel totum, prout ſonant. *Et hæc eſt vera opinio, quam ſequuntur* Goffre. Joh. An. Pat. in d. C. *Quod autem* &c. & communiter alii Canoniſtæ, & Theologi in IV. *Sentent.* d. 20. *Ex quo patet, quòd ille, cui impoſuit Sacerdos pœnitentiam ſeptem annorum, abſolutus eſt, licèt melius ſit eam facere, & hanc pro Purgatorio reſervare pro reſiduo, ſi impoſita non fuiſſet condigna.*

Hæc

Hæc Angelus. Ubi ad ravim jactata & inculcata, inter tot diſſentientium ſtrepitus, concordia? Ubi ſolicita Paſtoris pro Grege cura? Profundebant & prodigebant ſuas ubique Indulgentias, nec tamen quid poſſent vel prodeſſent, aut à Scholis unanimiter fuit definitum, aut à Pontifice determinatum. An hoc non ſit in ſeriis rebus ludere, illi viderint, quibus non planè pro cerebro fungus eſt. Sed ne his limitibus Scholarum diſſidia ſteterunt, aut coerceri potuerunt: Evicto tandem, & poſt longam diſputationem impetrato, à nonnullis (neque enim conſenſus hîc expectandus) Theologis, Indulgentiis pœnam tolli vel in hac vita, vel Purgatorio, nondum convenit de menſura. *Quantum enim remittatur per Indulgentiam de præfata pœna, vel debita pœna in Purgatorio, vel in hac vita pro peccatis commiſſis,* diverſa fuit opinio inter Doctores, Canoniſtas & Theologos, idem inquit Summiſta, Angelus. *Nam* (ejusdem pergo verbis Romam oſtendere diſcordem) *quidam dicunt, quòd valent ſecundùm internam ſuſcipientis devotionem & non plus: Et hujus opinionis videtur fuiſſe Ray. Sed hæc (NB.) eſt falſa, quòd ſequeretur, quòd ſine exteriori operatione valeret, quod eſt contra communiter Theologos* in IV. diſt. 20. *ubi volunt, niſi quis faciat illud, pro quo datur Indulgentia,*

gentia, nullo modo ipſam conſequatur, quantumcunque habeat bonam voluntatem, licèt conſequatur meritum bonæ voluntatis.

Secunda opinio tenet, quòd valeat ſecundum devotionis quantitatem, & dati, ſeu laboris magnitudinem. *Unde, licèt dicatur, qui porrexerit manus adjutrices tali Eccleſiæ, habeat de Indulgentia quadraginta dies, tamen ſi unus dat plus altero, vel de magis longinquo venit ad viſitandum Eccleſiam, in qua eſt Indulgentia ſeptem annorum, participabit magis quàm ille, qui dat minus, vel venit de prope. Sed hæc opinio* (quæ tamen Romana praxi confirmatur; vid. *ſup.* p. 281.) *implicat contradictionem, eo quòd non eſſet Indulgentia, ſed commutatio, aut oportet dicere, quod Eccleſia prædicaret falſum, ſi non ambo haberent quadraginta dies, vel ſeptem annos.*

Et ideo eſt, *tertia opinio, quæ tenet*, quòd tantum valet, tantum valeret ei pœnitentia tot dierum, vel tot annorum ab eo facta, in hac vita, pro quot datur Indulgentia, hoc eſt, quòd tantum minus punietur in Purgatorio, quantum, ſi feciſſet pœnitentiam per tot dies vel annos, quot ſonat Indulgentia. *Ex quo concludunt, quòd ſicut pœnitentia facta cum majori fervore & auſteritate per annum plus valet, cæteris paribus, quàm facta cum minori. Sic ille, qui plus dat &*

plus laborat, correſpondet annus efficacioris pœnitentiæ, quam alij, & ideò plus habebit de remiſſione, quamvis ambo remiſſionem tot annorum habeant. Et hæc opinio non placet mihi, quòd videtur derogare verbis Indulgentiæ, cùm dicatur quòd datur Indulgentia tot annorū, & debeat intelligi de annis veræ & optimæ pœnitentiæ fiendæ, quòd verba in potiori ſignificatu ſint intelligenda, & latiſſimè in beneficio Principis, de *verbor. ſignific.* C. olim tibi &c.

Quarta opinio tenet, quòd quo ad remiſſionem extenſionis pœnæ, tantùm valeat his, qui de propè cum modica Eleemoſyna ſicut his, qui de longè, & cum multa Eleemoſyna ſecundum quod continetur in forma; ſed quo ad remiſſionem pœnæ intenſivæ, & quo ad diſpoſitionem ſui ad recipendum augmentum gratiæ ſunt impares, quòd qui plus dat, & magis laborat, cæteris paribus plus habebit. *Hæc autem opinio, niſi velit dicere, quod dicit tertia opinio, implicat contradictionem, niſi quoad illam diſpoſitionem augmenti gratiæ, quia illud eſt veriſſimum. Ratio, quia ſi non debeo ferre niſi pœnitentiam ſeptem annorum, ſi dimittatur mihi extenſivè, ſimiliter & intenſivè remittetur.*

Quinta opinio eſt, quòd tantum valeat quantum ſonat, & tantum multum danti quantum parum; vel modicum laboranti quan-

quantum multum: quia Indulgentia eſt quædam liberalitas, quæ non reſpicit merita; ſed largitatem concedentis. *Et hæc, (NB.) quamvis ſit magis communis, non mihi placet, cùm videatur irrationabilis. Nec obſtat illud; Matth. 20. quo dicitur:* Annon licet mihi facere quod volo? An oculus tuus nequam eſt contra me? *Quòd loquitur ille textus de dato ex ſuo proprio; non ex alieno.*

Sexta opinio eſt, quòd non plus remittunt de pœna, quàm niſi quantum meretur ille labor, vel illa operatio: *Etiamſi talis Indulgentia non eſſet aliter, videretur Eccleſia inducere Chriſtianos ad dimittendum opera alia ſatisfactoria, & ſolum intendere hujusmodi Indulgentiis, quod eſſet abſurdum dicere. Et ideo dicunt, quòd ſolùm, quoad nomen dat Indulgentiam, ut Chriſtianos potius inducat ad talia facienda, & adducunt dictum* Innocentii *quo dicit*, quòd propter Indulgentias generales non minus tenetur pœnitentiam agere homo in hac vita. *Sed (NB.) hæc opinio eſt falſiſſima, tum quòd præſupponit, Eccleſiam prædicare falſum, & facere malum, ſub ſpecie boni; quod nullo modo licet, etiam pro vita alterius ſalvanda;* C. Super eo, de uſur. *tum etiam, quia fundat ſe ſuper falſo intellectu ad Innocentium; quod eſt intelligendus Innocentius de pœnitentia, pro ut eſt extinctiva inclinationis ad malum,*

lum, & præſervativa, non prout delet pœnam pro peccato præterito.

Et ideo eſt ſeptima opinio, quam puto veriſſimam, videlicet, quòd Indulgentia, quantum ad augmentum gratiæ & gloriæ tantum valet, quantum eſt interna devotio ſuſcipientis, & non plus. Quantum verò ad remiſſionem pœnæ debitæ in Purgatorio, vel impoſitæ à Sacerdote, in pœnitentia, dico, quòd Indulgentia tantum dimittit, quantum ſonat; *dummodo ſecundum* S. Bonavent. *&* S. Thomam in IV. diſt. 20. homo faciat, *quòd ſibi imponitur, ſecundùm quod eum decet facere. Unde, ſi pauper dat unum denarium; ſecundùm quod ei convenit dare; ſic habebit Indulgentiam, quæ datur porrigentibus manus adjutrices, ſicut dives, qui dat unum ducatum. Sed non contra: Quia, ſi dives vellet dare unum denarium, non cenſebitur porrexiſſe manus adjutrices: Et ſic non habebit tantum de Indulgentia. Sicut nec Rex diceretur auxilium dediſſe alicui, dando obolum, ſed ſecundum quod convenit Regi dandum, ſimiliter ſi propter honorandam Eccleſiam datur Indulgentia viſitantibus, æquè habebit eam, qui de propè, ſicut qui de longè venit, dummodo viſitet, ſicut ei convenit, ſed non furtim, non ſine ſocietate magna, ſi eſt Dominus, & hujusmodi, aliter non tantum habebit. Et hæc opinio ſalvat Eccleſiam (NB.) ut non præ-*

prædicet falſa, quia veram dat Indulgentiam, ut ſonat. Concludit rationabilitatem, ut intelligatur, quòd id, quod imponitur, debet fieri, ſecundum quod convenit facienti, & excludit diſſipationem theſauri, dum præſupponit rationabilem largitatem in diſpenſatore. Addit tamen S. Bonavent. ubi ſuprà, quòd, licèt homo non faciat, *quod injungitur in Indulgentia, ſecundùm quod eum decet, quòd propterea non debet dimittere, quia faciat illud, ſecundùm quod ſibi placet: quòd, licèt non habeat tantum de illa Indulgentia, tamen plus habebit de remiſſione pœnæ pro tali facto, quàm non haberet pro alio ſimili, cæteris paribus, facto, ubi non datur talis Indulgentia.* Innocentius & Hoſtienſis *tamen tenent, quòd, dummodo quis faciat, quod imponitur, eam habebit. Sed magis placet opinio (NB.) S. Bonaventuræ. Nec per hoc ſequitur, quòd homo debeat dimittere alia opera meliora, vel ſatisfactoria, & hujusmodi ſolum intendere, quòd licet iſti plus dimittunt de pœna, aliæ tamen ſunt magis meritoriæ præmij eſſentialis, quod eſt melius, & præſervativæ à recidivo, & ſubjugativæ carnis, dominio rationis. Adverte hoc, quòd aliquando dicetur:* Damus Indulgentiam omnium peccatorum, vel centum annorum de pœnitentia ſibi injuncta, *quòd tunc ſolum remittitur pœnitentia impoſita à Confeſſore: Et ideo, ſi moreretur, non ſtatim evola-*

ret; *quod non imponitur æquè communiter. Aliquando dicitur:* Damus Indulgentiam omnium peccatorum, de quibus contriti, & ore confeſſi ſunt: *Et ſic oblita non remittuntur, vel ignorata. Aliquando ſimpliciter:* Datur remiſſio omnium peccatorum. *Et tunc, ſi nullum peccatum poſt commiſerit, ſtatim evolaret ad gloriam, ſi moreretur. Intellige etiam, quòd opinio S. Bonaventuræ prædicta non intelligitur, quando Indulgentia datur ſic:* Damus Indulgentiam cuicunque dicenti decem Pater noſter, *vel*; danti unum ducatum tali loco, & hujusmodi; *quòd in talibus non requiritur condecentia perſonæ vel ſtatus, ſed effectus impoſiti operis. Sed intelligitur S. Bonaventura, quando imponitur aliquid generaliter, quòd tunc intelligitur, quòd illud debet implere ſecundum quod facienti convenit. Nota etiam, quòd iſti anni vel dies Indulgentiæ non ſunt anni* Cœli, *vel* Purgatorii; *ſed anni* hujus vitæ. *Quod eſt dicere, quod tantum diminuunt de pœna, quantum, ſi per annum vel per tot dies feciſſet pœnitentiam.* Ita nobis *Angelus de Clavaſio* ſuperiori ſeculi bellum Indulgentiarium deſcribit. Annon verò hoc eſt ζητήσεις ἀπεράντους movere? De alieno corio ludere? Fontibus obthuratis ciſternas fodere? *Communis opinio,* communis ſensûs judicio ſtabilita, emtori ſavebat, ut tan

tantum quisque emeret, quantum venderetur; tantum valerent Indulgentiæ, quantum ſonarent; & tamen nec hæc emunctiorum narium Ariſtarchis placebat ſententia. Quid igitur certi? Aut ſi quid tandem, variis & acerrimis diſputationibus exterebratum fuerit, cur ipſis Indulgentiarum diplomatibus illud non inſeritur, ut haberet plebs emturiens, quod intelligeret? Ubi inſana illa conſenſus univerſalis inſtantia? Tot de Indulgentiis in Schola Pontificia proponuntur quæſtiones, & tamen vix una, de qua inter eruditos conveniat: quæ ergo hinc ad plebem Eccleſiaſticam commoda? Mitto quæ idem habet author de *declaratione annorum & dierum*, ſint ne utiles, an continui, n. 3. *de duratione*, utrum durent poſt mortem concedentium? quod affirmat cum limitatione, n. 7. *de requiſitis eorum quibus proſint Indulgentiæ*, n. 17 &c. *de pœna religioſorum, ſeu pronuntiantiũ vel prædicantiũ indulgentias indiſcretas* i.e. nõ conceſſas, n. 27. quæ omnia abundè ſatis probant, univerſam de Indulgentiis materiam perpetuum fuiſſe, in Eccleſia Romana, μῆλον ἔριδος, fertilem inutilium quæſtionum, impiarúmque ſuperſtitionum (quas tam diu ſine Eccleſiæ Romanæ manifeſto probro agitari potuiſſe, non videmus) ſterilem

verô pietatis, matrem. Nonne hoc eſt miſerum popellum κύκλῳ περιέλκειν, in gyrum, & circulum agitare, ut, cùm exiſtimet, ſe multum egiſſe, nihil egerit; aut iiſdem, unde extricare ſe voluit, iterum incautum irretire laqueis? Imò nonne ἡ χάραξ τὴν ἄμπελον ἐξηπάτησεν, ut illi, à quibus ſubſidium, & ſolatium maximè expectabatur, turpiſſimè fallant? Crudeliſſimæ profectò miſericordiæ exemplum! Ut miſericordiam præ ſe ferant, omnia Romani inſtitores promittunt; promiſſa præſtare, & peccatorum onere fatiſcentem juvare rogati, carnificinam & contentionis ſerram offerunt. Prætereo, Jeſuitas (ut cum *Riveto* loquar Cathol. Orthod. Tract. 3. q. 13. §. 11.) *orbi terrarum illudere, dum negant afflictiones naturales, aliasque à Deo immiſſas, per Indulgentias eſſe remiſſibiles, eas tamen in hac materia, ut homines alliciant, recenſent.*

XXII. *Oſtendimus, Indulgentiarum doctrinam non modò novam eſſe, ἄγραφον, ἀντίγραφον, ἄλογον, ἀσύστατον; adeóque ſua natura multis nominibus exerabilem; Nunc*, quòd pleraque Chriſtianiſmi fundamenta concutiat, è *pomœriis noſtris proſcribendam, paucis monſtrandum eſt.*

1. Evertit *Chriſtianiſmi principium cognoſcendi, eiusque authoritatem de ponte precipitat.* Ad legem, qui

qui lucem deſiderant,& teſtimonium rejicimur per Prophetam, *Jeſ.* 8. v. 19. ad Moſen & Prophetas, *Luc.* 16. v. 12. Scriptura omne Dei conſilium de noſtra ſalute exponit, *Act.* 20. 27. & cap. 26. 22. Illa nos reddit perfectos 2. *Tim.* 3. 6. Ab ea ne per Angelum ſolicitati, vel latum unguem recedendum, *Galat.* 1. v. 8. At Eccleſia Romana, præter & contra Scripturam, ut prolixè ſuprà oſtendimus, has in Eccleſiam invexit crepundias.

2. *Juſtiſſimus eſt Deus*, ipſa imò Juſtitia, *Exod.* 34. 6. 7. *Pſalm.* 11. 7. cur ergo ſuum cuiq; non tribuat? Cur ejusdem peccati geminam exigat pœnam ſatisfactoriam; alteram à ſponſore Chriſto, alteram à nobis? Et tamen hoc portentum geminæ ſolutionis Indulgentiarium forum importunè imperat. Non poſſunt, nec audent faniores negare Pontificii, Chriſti paſſionem ſufficere plurium Mundorum & expiandis peccatis, & abolendis pœnis: Cur ergo virtutem hanc ei ſoli non relinquunt? *Clemens* VI. circa a. D. 1342. Pontifex creatus, in Bulla ſua, *Vnigenitus* &c. ita de theſauro Eccleſiaſtico, ejusque diſpenſatione: *Sui ipſius*, inquit, *agni incontaminati & immaculati pretioſo ſanguine unigenitus Dei Filius nos redemit, quem in ara crucis innocens immolatus non gut-*

tam ſanguinis modicam , quæ tamen propter unionem ad verbum pro redemtione totius humani generis ſuffeciſſet; ſed copioſè velut quoddam profluvium noſcitur effudiſſe, ita ut à planta pedis usque ad verticem capitis nulla ſanitas inveniretur in ipſo. Quantum ergo exinde, ut nec ſupervacua, inanis aut ſuperflua tantæ effuſionis miſeratio redderetur, theſaurum militanti Eccleſiæ acquiſivit. Sed quærere hic licet, annon modica illa gutta ſufficere potuiſſet etiam pro expiatione reatus pœnarum temporalium, quas tolli dicunt per Indulgentias ex theſauro depromtas? Si enim una gutta ſuffeciſſet modica, pro redemtione totius generis humani, non eſt autem redemtum totum genus humanũ; annon, quod ſuffeciſſet pro omnibus culpis & æternis pœnis, ſufficit pro omnibus culpis & pœnis tum æternis; tum etiam temporalibus, minoris partis generis humani? Multi enim ſunt vocati, pauci electi. Præterea, ſi una gutta pro omnibus omnium culpis & pœnis æternis ſatisfeciſſet, annon altera ſaltem gutta ſuffeciſſet pro omnibus reſiduis pœnis temporalibus? Quid igitur de reliqua fiet Chriſti paſſione? Erit ne ſupervacua, inanis aut ſuperflua? Abſit, ut dicamus Chriſtum δωρεὰν mortuum eſſe, *Galat.* 2, 21. Et, cùm fateantur Romanen-

nenſes, paſſiones Chriſti, infiniti eſſe valoris, numquid ſupervacua, inanis, aut ſuperflua reddetur tantæ effuſionis miſeratio, quia non infiniti Mundi, ſed puſillus grex ex uno Mundo electus redimitur. Prorſus igitur abſurda & blaſphema eſt ratio Clementina pro theſauro Eccleſiaſtico.

3. *Doctrina de peccato tota pervertitur.* Scriptura peccatum definit ἀνομίαν 1. *Joh.* 3. v. 4. At in foro Romano peccatum eſt, quod Eccleſiæ ſtatutis repugnat, etſi maximè Legi Dei ſit conforme. Hoc enim Theologiæ & juris Pontificii primarium eſt robur, habere Eccleſiam facultatem, & leges pro arbitrio ſtatuendi, & in transgreſſores veluti legirupas execrabiles animavertendi. Unde obſervamus, mandata ubique hominum pro lege divina obtrudi; & pro Eccleſiæ authoritate acriùs, quàm pro ipſo Dei verbo pugnari quotidie. In diplomatibus Indulgentiariis diſtinctio peccati in *mortale* & *veniale* ubique obvia eſt: Et tamen in illa οὐδὲν ὑγιές, ut vel ex ſola nominis Hebraici חטאה quæ omnem notat ἀνομίαν, Emphaſi, alibi monſtravimus. Unde caſuum Epiſcopalium, Pontificiorum, adeóque quæſtuoſæ reſervationis, origo aliunde, quàm ex inſatiabili curiæ Romanæ argentangina?

na? De hac diſtinctione nihil Scriptura, nihil veteres.

4. Idem Indulgentiarum commentum *meriti Chriſti virtutem, eiuſque efficaciam impudentiſſimè allatrat.* Comminiſcuntur, Chriſtum Mediatorem, culpam quidem noſtram omnem; ſed non totam pœnam peccatorum noſtrorum in ſe ſuſcepiſſe. At Scriptura clarè, ipſum percuſſum fuiſſe à Deo, propter peccata noſtra, pronunciat, *Eſ.* 53. v. 5. Factum maledictum pro nobis *Galat.* 3. v. 13. Maledictio autem omnes peccati pœnas, æternas & temporales complectitur, *Deut.* 28 v. 16. 17 & ſeqq. Eadē fingit opinio, Chriſtum obedientia, paſſione & morte ſuâ, non pro univerſa, peccatis noſtris debita, ſatisfeciſſe Patri pœna, ſed credentibus commutationem pœnæ æternæ in temporariam tantùm promeruiſſe, vel in hac vita vel in purgatorio luendam, ut reſiduam illam pœnam credentes ipſi vel ſuis, vel aliorum ſatisfactionibus redimant, vel ſuppliciis ſuis exolvant, vel Pontificiis Indulgentiis relaxent. Atque ita noſtra vel Sanctorum ſatisfactio aſſuenda ſit ſatisfactioni Chriſti, tanquam ſemiplenæ, ut aſſumento humanarum ſatisfactionum perficiatur. Et noſtræ etiam vel Sanctorum redemtiones, Chriſti redemtionem, ut gradibus quibuſdam deficien-

cientem, abſolvant & perficiant: niſi quòd candidiores nonnulli ab hac κράσεί abſtinentes, nihil cum Sanctorum meritis ſibi commune eſſe velint. Et *Durandus* quidem in IV. Sent.d. 20. q. 3. §. 7. merita & fructum paſſionum Sanctorum non poſſe nobis applicari per Indulgentiam, duobus contendit argumentis: *I. quia hæc non fuit ipſorum intentio. II. Quicquid pœnæ ſuſtinuerunt ſancti Martyres ultra quàm peccata ipſorum meruerunt, eſt eis plenè remuneratum, vel reſumto corpore plenè remunerabitur.* Hinc infert, *Sanctorum paſſiones non poſſe nobis cadere ad ſatisfactionem:* Ita & *Franciſ. Mayr. & Angel. de Clavas ſupra.* Sed vix uni ex chiliade, & duobus ex myriadibus, ut Orientales loqui ſolent, de meliori luto præcordia facta. Imò Quæſtores Indulgentiarii ſæpius non omnem culpæ remiſſionem ſolius Chriſti merito & ſatisfactioni tribuunt, ſed Indulgentias vendunt quibus & à culpa & à pœna liberationem promittunt.

5. *Gratuita plenáque peccatorum remiſſio in verbo promiſſa, & pœnitentibus oblata, per Indulgentias præſentiſſimo exponitur periculo.* Gratuita Dei miſericordia, plenariam peccatorum remiſſionem propter Chriſtum, per promiſſionem Evangelii conferentis, dulciſſimis Scripturæ proponitur verbis: Non judicatur, qui

con-

credit in Chriſtum, non venit in Judicium *Joh.* 3. v. 18. & 5. v. 24. Peccatorũ ejus non recordabor amplius, *Ez.* 18. v. 22. Omnia peccata noſtra projicit in profundum maris, *Mich.* 7. v. 19. Quantum diſtat Ortus ab Occidente, longè fecit a nobis iniquitates noſtras, *Pſal* 103. v. 12. Si egerit pœnitentiam, pœnitebit me mali, quod ei facere conſtitueram *Jerem.* 18. v. 8. Ille plaga, ut nos pacem haberemus, *Eſ.* 53. v. 5. Juſtificati fide, pacem habemus apud Deum, *Rom.* 5. v. 1. Commentum verò Indulgentiarum fingit, remiſſionem Dei ſemiplenam eſſe aut dimidatam, quæ debitum quidem remittit; debitorem nihilominus ad ſolutionem, ſive ad pœnas obſtrictum detineat, atque ita remittat quidem debitum, ſed non ex animo. Scriptura contrâ expreſsè docet, miſericordiam ſimul & debitum remittere, & debitorem dimittere, *Matth.* 18. Ita & *Paulus*: Condonate vobis mutuò, ſicut & Chriſtus condonavit vobis; *Eph.* 4. 32. Sed & oratio Dominica regulam nobis, & modum hujus remiſſionis præſcribit. Remitte nobis debita noſtra, ſicut & nos remittimus debitoribus noſtris, *Matth.* 6. v. 12. Certum autem eſt, & manifeſtum, ſi quis privatus ita offenſam proximo, ut nihilominus vindictam aliquam expetere, & ſupplici

plicium aliquod de ipſo ſumere vellet, dimitteret, talem nec humanitatis aut ingenuitatis officia impleturũ, nec Chriſti præcepto ſatisfacturum. Qua fide igitur, qua fronte talem remiſſionem ipſi Deo tribueremus? Sanè, ſi culpam, hoc eſt, debitum omne, Pater remiſit, cauſam etiam exquirendi pœnas ſponte ceſſit. *Levit.* 19. v. 18, prohibet ſummus Legislator לנטר *ſervare, memoriam*, nempe illatæ etiam injuriæ, quantò minus ſoluti debiti? Sed de hujus loci ſenſu & explicatione conſuli poteſt, *Jus Heb. noſt.* p. 373. Id ipſum de Deo verbum aliquoties in ſacris literis adhibetur, quòd non ſit נוטר *obſervans*, in animo retinens, μνησικακῶν. Ex hoc veluti omniũ ſolatiorum fonte omnes, peccatis preſſos, & gratiam Dei ſitientes, Spiritus S. refocillat; *Jerem.* 3. 5. & 12. *Pſalm.* 103. v. 9. Et nos ipſo judice orbis, ad miſeras hominum terrendas atque percellendas conſcientias, veluti Phalarides, rigidiores nova excogitemus tormenta?

6, Fidei doctrinam, quam Sacræ nobis literæ perſpicuè & dilucidè exponunt, Indulgentiæ Cimmeriis tenebris involvunt. Unam illæ manum & organum oſtendunt, divinitus inſtitutum, quo remiſſio peccatorum Chriſti merito parta applicatur

catur, apprehenditur,& accipitur. Hoc fidei officium Indulgentiæ planè tollunt. Fingunt enim Romanenſes, Indulgentias illas, adeóque meriti Chriſti applicationem non fide accipi, ſed pretio. Qui nummo inſtructus eſt, illi licitare licet,& tot vel dierum, vel annorum coëmere Indulgentiam. Cúmque Scriptura ea etiam Legis opera,quæ ipſe Deus mandavit, à Juſtificatione & remiſſione peccatorum excludat, *Rom.* Capiti.6.3.4. & 11.*Eph.* 2.Romanenſes Indulgentiæ virtutem hanc commentitiis tribuere audent operibus,peregrinationibus religioſis &c.

7. *De Sanctorum Supererogationibus, nihil novit S. Scriptura.* Quo excellentior Sanctus, eò candidior confeſſio. Ariſtæ,botri turgentes humum ſpectant; vacuæ in aërem tendunt, ut vento periculoſo verberentur. Sancti, virtutibus ornati & onuſti, humilitatis eminentiſſima ſunt exemplaria; cæteri veluti vacui cadi ſtrepitum edunt,hypocriſeos inania crepitacula.Quàm diſertè Chriſtus meriti δοξάριον confutavit? Cum omnia feceritis, dicite: Servi inutiles ſumus, quia,quod debuimus, fecimus; *Luc.* 17.v.10. Nota confeſſio *Eſaiæ*, c.64.v.6 Facti ſumus velut immundum,omnes nos, & quaſi pannus menſtruatæ univerſæ juſtitiæ

ſtitiæ noſtræ; cap. 64. v. 6. Nec alia Davidis vox: Si intraveris judicium cum ſervo tuo, non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens, *Pſ.* 143. v 2. Et *Pſ.* 130. v. 3. Si iniquitates obſervaveris Domine, quis ſubſiſtet? Unde & generale ejus axioma: Pro iniquitate orabit ad te omnis ſanctus; *Pſal.* 32. v. 6. Omniũ n. Sanctorum, ſub hoc corruptibilis carnis onere gementium, oratio eſt: Remitte nobis debita noſtra, *Matth.* 6. v. 12. Et. 1. *Joh.* 1. v. 9. Si dixerimus, peccatum non habemus, nos ipſos fallimus, & veritas in nobis non eſt. Sed & Apoſtolus Paulus; Nihil, inquit, mihi conſcius ſum; ſed in hoc non ſum juſtificatus, 1. *Cor.* 4. v. 4. Alibi fatetur, ſibi volenti facere bonum, malum adjacere; *Rom.* 7. v. 19. Et ut *Jobus*, verebatur omnia ſua opera; c. 9. v. 2. ita *Paulus* paſſiones hujus temporis non condignas judicat ad futuram gloriam, *Rom.* 8. v. 18. Nec electi ſua agnoſcere voluerunt opera, *Matth.* 25. v. 37. ſed coronas ſuas modeſtè & humiliter ante thronum depoſuerunt, *Apoc.* 4. v. 10. At Inſtitores Indulgentiarii typho Phariſaico inflati, Sanctorum ſuorum operibus pondus ὑπέῤῥοπον, καὶ ἐπίμετρον adjudicant, quæ in pretium ad ſolvendum reatum peccati, ſicuti *Bonaventura* loquitur, aliis communicari

& pecuniâ datâ divendi poſſunt, veluti ἐν πλεονεξίᾳ πλαστοῖς λογοῖς ἐμπορευσόμενοι, ut digitum ad illos intendit Apoſtolus Pet. 2. *Epiſt.* c. 2.

8. *Clavium inſuper uſus planè per Indulgentias fit adulterinus.* Ubi enim Chriſtus ſuos inſtruxit diſcipulos: Quicquid ſolveritis, erit ſolutum; quorum remiſeritis peccata, erunt remiſſa; *Matth.* 18.18. *Joh.* 21.23. Romanenſes Indulgentiæ ſtylum vertunt: Quicquid Chriſti claves aperiunt, hoc Pontifex ſuis ſatisfactionibus claudit, & mittit ad pœnas vel in hac vita, vel in Purgatorio exolvẽdas.

9. *Caſtigationes denique paternas, à iuſtitia iuſtiſſimi Iudicis exercitiis, crumenimulgi Indulgentiarij neſciunt diſtinguere.* Hypotheſis, qua Romanenſium doctrina nititur, tota eſt falſa. Statuit enim, poſt remiſſionem culpæ & pœnæ æternæ, Deum à juſtificatis exigere in foro vindicatricis Juſtitiæ adhuc pœnas aliquas tẽporales in vindictã peccati; *Concil. Trident.* Seſſ. 6. Can. 30 & Seſſ. 14 de pœnit. C. 8. Hoc verò eſt ἀπὸ μηχανῆς ἁμαρτάνειν, & in ipſa Chriſtianiſmi peccare principia. Non impune ferunt, quicunque peccant. Sed quando in filio ſuo acquieturum ſe dixit Pater cœleſtis, *Matth.* 17. v. 5. Quando ipſe Filius ſe dedit ἀντίλυτρον pro nobis, & peccatis noſtris; nulla, ipſo determinante Apoſtolo, condemnatio ſupereſt in iis,

in iis, qui ſunt in Chriſto Jeſu *Rom.*8.1. Unde, quod diligenter notandum, Scriptura, non quidem negat, juſtificatos, etiam poſt remiſſam culpam, affligi; non tamen in peccati commiſſi vindictam, & pœnam ſatisfactoriam; *ſed quia peccaverunt.* Hinc Nathan Davidi: Quia blasphemare feciſti inimicos Domini in hoc negotio, etiam filius, qui natus eſt tibi, morietur, 2. *Sam.* 12.14. Et ipſe Dominus Moſi & Aharoni dixit: Quia non crediſtis mihi, ut ſanctificaretis me coram filiis Iſraël, non introducetis congregationem iſtam in terram, quam dedi illis, *Num.* 20. 12. Cauſa ergo impulſiva afflictionis eſt peccatum, iniquitas; finis verò, in fidelibus, non eſt vindicta, aut compenſatio ſatisfactoria. Pater certè filium caſtigat, quia peccavit, & Medicus aſperā medicinam adhibet ægrotanti, quia eo laborat morbo, qui medicinam ejusmodi poſtulat: Neuter tamen de vindicta quicquam cogitat, aut judiciaria ſatisfactione. *Tertullianus*: *Et ſequitur*, inquit, *ut omnes ſeculi plagæ nobis ſi fortè in admonitionem*, *Vobis* (profanis) *in caſtigationem à Deo obvenient*; Apolog. c.41. *Auguſtin.* lib. 2. de peccat. merit. & remiſſ. cap. 34. *Ante remiſſionem ſunt ſupplicia peccatorum, poſt remiſſionem autem certamina, exercitationesque juſtorum.*

XXIII. Judaiſmus, *ex quo, à Deo (a) rejectus, in manifeſtam tranſiit & abominandam infidelitatem, negatâ juſtitiâ Evangelicâ, legales ſectatus ſatisfactiones, vel ſacrificiis, ceu (b) opere operato, Deum placare voluit, vel, ſublato templo, (c) externis pœnitentia; quam, fide excluſa, totam conſtituit (d) practicam; operibus, omnémque adeò redeundi cum Deo in gratiam viam, in (e) ſatisfactionibus vel propriis, vel etiam alienis oſtendit. Ut magna omninò ſit in momentoſo hoc articulo de Lege & Evangelio (utrumque enim caput materia de Indulgentiis involvit) utrinque affinitas. Utrinque (f) peccatum, ejúsque fœditas, nova diſtinctione, ut Legis impletio faciliùs obtineatur, extenuatur: utrinque propria (g) juſtitia & ſatisfactio; non Chriſti, aut ſaltem non ſolius; Deo obtruditur: Utrinque (h) vel certis diebus vel annis, vel locis ὑπεροχὴ, & virtus expiatoria tribuitur: Utrinque per ſatisfactionem vel pœnitentiam Eccleſiaſticam primæva (i) pœnitentibus promittitur puritas. Adeò, ut, quemadmodum hodierna Roma à veteri, ita recentiores Judæi, exules ubique & extorres, à priſtina Synagoga, cujus tamen aliqua adhuc, tum in Confeſſione (k) peccatorum, tum diſtinctione mercedis (l) in debitam & gratuitam, extant rudera, turpiſſimè defecerint.*

a. Hæc diſtinctio diligenter obſervanda.

da. Veteres judæi populus, peculium Dei, eâdem gratiâ, quâ nos, ſervati erant, *Act.* 15. v. 11. Nam uno ore Prophetæ teſtati ſunt, omnes qui credunt in Jeſum, remiſſionem peccatorum recepturos; Actor. 10. verſic. 43.

b. Atque ſic ordine jam Judæorum hypotheſes, ex quibus parallelismus ſponte fluit, excutiemus. *Primus* ergò error eſt, quòd in ſacrificiis V. T. opus operatum, quaſi Deus beſtiarum oblationem eatenus haberet ratam, ut eſſet ἀντάλλαγμα; quaſi Deus pœnam æternam mutâſſet in temporalem; hominis ſupplicium, in beſtiæ ſacrificium, paulatim agnoverunt. Audiamus, quæ author *libri Chinn.* habet §. 95. ex Nachmanide:

אמר רמבן זל בקרבנות על צד הפשט שכתב בשם אחרים וזה לשונו כי בעבור שמעשה בני האדם נגמרים במחשבה ובדיבור ובמעשה צוה השי כי כאשר יחטא יביא קרבן יסמוך עליו ידיו כנגד המעשה ויתודה בפיו כנגד הדבור וישרוף באש הקרב והכליות שהם כלי המחשבה והתאוה וכרעים כנגד ידיו ורגליו של אדם העושים כל מלאכתו ויזרוק הדם על המזבח כנגד דמו בנפשו כדי שיחשוב אדם בעשותו כל אלה כי חטא לאלהים בגופו ונפשו

ונפשו וראוי לו שישפך דמו וישרוף גופו לולי חסד הבורא שלקח ממנו תמורה וכופר הקרבן שיהיה דמו תחת דמו נפש תחת נפש וראשי איברי הקרבן כנגד ראשי איבריו *Nachmanides de ſacrificiis literaliter ita ſentit, idq; nomine aliorum, in hunc ſenſum profert. Quandoquidem actiones hominum abſolvuntur cogitatione, ſermone, & facto, præcepit Deus benedictus, ut, cùm peccator offerret ſacrificium, imponeret manus ſuas, quod facto reſponderet; & confiteretur ore, pro ſermone; combureret igni intima,* (viſcera) *& renes, qui ſunt inſtrumenta cogitationis &* concupiſcentiæ; *crura, pro pedibus & manibus hominis, quibus opera ejus peraguntur: ſanguinem ſpargeret ſuper altari, pro ſanguine ejus, qui in anima ejus. Adeò ut homo, dum hæc agit, cogitet, quòd peccâſſet in Deum corpore ſuo & anima ſua; ſicque dignus eſſet, ut effunderetur ſanguis ejus, & combureretur corpus ejus, niſi miſericordia Dei Creatoris acciperet ab ipſo* ἀντάλλαγμα καὶ ἀντίλυτρον *ſacrificii, ut ſit ſanguis ejus loco ſanguinis ſui, anima pro anima, & primaria membra ſacrificii, loco primariorum membrorum ejus.*

Secundò, ſublatis Templo & Sanctuario ſatisfactio quæſita eſt in pœnitentia. Majm. in Jad Chazak. P. 1. Tract. de pœnit. בזמן שאין בית המקדש קיים ואין לנו מזבח כפרה

כפרה אין שם אלא תשובה התשובה מכפרת על כל העבירות אפי' רשע כל ימיו ועשה תשובה באחרונה אין מזכירין לו שום דבר מרשעו שנ' ורשעת הרשע לא יכשל בה ביום שובו מרשעו ועצמו של יום הכפורים מכפר לשבים שנ' ביום הזה יכפר *Eo tempore, quo ſtat templum, nullumque nobis eſt altare, nulla nobis eſt præter pœnitentiam expiatio. Pœnitentia expiat omnes iniquitates. Etiamſi quis per totam vitam impius fuerit, ſi tamen pœnitentiam in extremis egerit, nulla prorſus erit iniquitatis ejus memoria, ut dicitur,* Ezech. 33. 12. Impius propter iniquitatem non impinget cùm ab iniquitate ſua converſus fuerit. *Dies quoque expiationis ipſe pro pœnitentibus propitiatur, ut eſt* Levit. 16. 30. In hac die expiabit vos. Et ibidem: התשובה מכפרת על כל העבירות *Pœnitentia expiat omnes transgreſſiones.* Unde & in *Barai.* c. 1. de pœnit. locus Jeremiæ 14. v. 8. ita explicatur. מקוה ישראל מה מקוה מטהר את הטמאים. כך הקב"ה הטהר ישראל בתשובה *Lavacrum Iſraelis: Quid* lavacrum? *Purgat pollutos. Sic Deus benedictus purgat Iſraëlem per pœnitentiam.* Et cap. 2. *Maim.* עשה תשובה ביום מיתתו ומת בתשובתו כל עונותיו נמחלין *Faciens pœnitentiam die obitus*

itus ſui, & immortuus pœnitentia ſua remiſſionem conſequitur omnium peccatorum ſuorum.

d. *Tertiò*, totam de pœnitentia materiam practicam tantùm faciunt, opera urgentes, fidei non meminerunt. *Elias*, fil. Moſis *de Levidas* c. 3. de pœnit. circa medium:
ובעל תשובה צריך להרבות בצדקה שני וחטאך
בצדקה פרוק והטעם שכנגד מה שמיעט
השפע למעלה צריך שירבה ובפרט ביום צום
כמו שכתוב בישעיה הלא פרוס לרעב לחמך וגו
Neceſſe eſt eum, qui pœnitentiam agit, multiplicare eleemoſynas, ut dictum eſt Dan. 4. verſ. 24. Peccatum tuum eleemoſynis redime. *Senſus eſt, pro eo quod minuit & conſumſit abundantiam & divitias in dignitatem & gloriam, neceſſe eſt, eum multiplicare & augere eleemoſynas, ſpecialiter in die Jejunij, pro ut ſcriptum eſt in Jeſaia:* Nonne, ut frangas eſurienti panem; Eſ. c. 5. v. 7. Quid, quòd eleemoſynam alii, ipſis ſacrificiis ſubſtituunt? Author lib. *Nizz.* §. 238. יש חטאים שחייבים
עלי' קרבן ככתוב בתורה ובזמן הזה ראוי ליתן
צדקה ולכתוב על פנקסו אם יבנה בית המקדש
בימיו שיברא קרבנו כמו שמצינו בר' ישמעאל
בר יוסי בפרק קמא דשבת *Sunt peccatores, qui, ſicut in Lege ſcriptum eſt, conſtituuntur debitores ſacri-*

ſacrificii. Hoc verò tempore convenit erogare Eleemoſynam, & inſcribere pugillaribus; Si ædificetur Sanctuarium diebus ſuis, veluti novam creaturam oblaturum ſacrificium ſuum, prout invenimus in R. Iſmaël Fil. Joſi, C. 1. Cod. Schabbath. Quid ſit pœnitentia ex mente Magiſtrorum, ex *Majm.* iterum diſcere juvat. Ita ille Tract. cit. cap. 2. מה היא התשובה הוא שיעזוב החוטא חטאו ויסירנו ממחשבתו ויגמור בלבו שלא יעשהו עוד שנ׳ יעזוב רשע דרכו *Quid eſt pœnitentia? Cùm deſerueritpeccator peccatum ſuum, & removeritillud è ſua cogitatione, & conſtituerit in animo ſuo, ſe illud non amplius facturum,* q. d. Relinquat impius viam ſuam.

e. Sunt autem ſatisfactiones illæ *duûm generum*, aliæ certis anni temporibus, aliæ certis peccatis inflictæ: Aliæ *voluntariæ*, aliæ *naturales*, quas tamen omnes illi meritorias conſtituunt. Ad *illas* refero ſolennem illam flagellationem, feſto Expiationis uſitatam, de qua *Buxt.* Synag. Jud. c. 20. *Confeſſio* (quam in feſto expiationis edere ſolent Judæi) *ita habet: Bini ſemper in peculiarem quendam Scholæ locum eunt, tum alter humi ſe proſternit vultu ad Septentrionem obverſo, tergo verò ad Meridiem: alter verò loro ſcorteo, vel cingulo triginta no-*

שמתוך כך יתן אל לבו לשוב מעבירות שבידו
שכן כתב הכלבו נהגו ללקות מלקות אחר
הטבילה להכניע לבבם הערל ולהכינו לעמד
השם הנכבד והנורא באימה וביראה ותמהני
למה לא כתב שהטעם מפני שמלקות מכפרת
עוון ואע״פ שאין לנו דיינים סמוכים כדי ללקות
לפניהם וגם אין באין עדים שהתרו בו כדי
לחייבו מלקות מכל מקום כפרה מקצת הויא:

Sic ſcribit ibi R. Aſcher: Quod autem ſcripſit Rabbinus noſter, quòd mediante illa proponit ſibi & in animum inducit converſionem ab iniquitatibus ſuis, de hoc ſic ſcribit author libri Colbo: Solent flagellari flagellatione quadraginta, poſt lotionem, ut humilient cor ſuum incircumciſum, & illud diſponant ad ſerviendum Deo glorioſo ac terribili, cum tremore & timore. Miror autem, cur non, ſcripſerit, quod iſtius rei ratio eſt, quòd flagellatio illa expiat iniquitatem. Licèt enim non ſint nobis judices, quibus manus fuerint impoſitæ, ut coram ſe jubeant flagellari, neque etiam veniant teſtes, qui moneant & conteſtentur adverſus aliquem, ut eum flagellationis reum agant, nihilominus aliquo modo expiat.

Hæc ad certa *anni tempora* refertur γυμα-

νασία

νασια ζωμαλικὴ, pro ut in Papatu hanc flagellationem ſeptimana Paſchali receptam conſtat: Quid *certis peccatis* ſit decretum, duorum potiſſimum librorum authoritate, ראשית חכמה *Initio Sapientiæ*, & ספר חסידים *libro Sanctorum*, fuſiùs proponi poſſet. Excerpta utriusque habet *Morin.* de diſciplin.in Sacram. Pœnit. *Append. de Pœnitentia Judaica.* Nobis ſpecimen ſufficiet, tum ut videamus, quàm incertis currant ambagibus, qui viam, Chriſtum, non ſequuntur, tum ut Taxa Romana, ad Judaicam *σκληραγωγίαν* collata, ſe prodat. Quæ ergo Adulteri pœnitentia? מי שבא על אשת איש אם בא לשאול היאך יעשה תשובה אם בא על אותם שחייב כרת במסכת חגיגה משים חילוק מתי מעות לא יוכל לתקון ומתי יועיל תשובה ומאותן שמועיל להם תשובה ואמרו חייבי כריתות שלקו נפטרו מידי כריתן הרי יש לעשות תשובה דבר השקול למלקות או לכרת ואם בימות החורף הוא כשבא הקרח אם רצה בנהר ישבר הקרח וישב במים עד חוטמו כפי שעה שדבר עמה על העברה עד שעת גמר העבירה וכן יעשה תריד כל זמן שיש קרח ובימות החמה ישב בחפירה שנמלים שם ויסתום פיו או בכלי ששם הנמלים ויהא לו

לו אחר כן כלי מלא מים שירחץ בו ואם העת באותן ימים שאין קור וחום יתענה ורק בלחם וממים יאכל בערב *Qui cum alterius uxore rem habuerit, ubi venerit rogatum, quomodo ſibi peragenda pœnitentia, ſi ea commiſit, quibus excidium deberetur. In tractatu Chagiga diſtinguitur, quando id quod corruptum eſt, non poſſit corrigere, & quando pœnitentia proſit, & & de iis quibus pœnitentia proſit, dicúntque: Qui exciſionis ſunt rei, flagellati, ab exciſione liberantur. Ecce autem facienda eſt ei pœnitentia, quæ æquipolleat flagellationi triginta, aut exciſioni. Si igitur hyberno tempore hoc contingat, cùm gelu omnia rigent, id ſi præſtare velit, in flumine franget glaciem, & in aquis ſedebit ad os usque, aut ad nares, tanto tempore quanto cùm ea locutus eſt de peccato, donec illud conſummârit. Sic faciet ſemper, quandiu extiterit glacies. Sed in diebus æſtivis jacebit in fovea formicarum, & os ſuum obthurabit aut in vaſe formicis ſcatente, & poſtea præſtò erit illi vas aliud aqua plenũ, ut in eo lavetur. Quod ſi eo tempore acciderit, quo nec friget nec calet, jejunabit, & tantummodò panem & aquam veſperi comedet.* Auth. lib. Chaſid. Hanc adulterii pœnam graviùs & pleniùs deſcribit author lib. *Reſch. Chocm. Qui rem habuerit cum muliere maritata, aut puella deſponſata, prohibetur*

tur, ne eam ducat, etſi conſenſerit, reúsque propter eam factus eſt ſuppliciorum capitalium Domus judicij: Ideo afflictiones feret duras, ut mors, ſedebitque in nive & in glacie horam unam ſingulis diebus. Sic faciet tota hyeme, uno quoque die ſemel aut bis. Diebus autem æſtivis ſedebit ante muſcas aut apes, aut aliis caſtigationibus, morti reſpondentibus, ſe affliget: Confitebiturque ſingulis diebus cum fletu & ſuſpiciis. Annum integrum non comedet carnem, neque bibet vinum, exceptis ſabbathis, diebus feſtis, & die Sortium. Panem calidum non comedet, nec lavabit ſe niſi paululum in veſperis Feſtorum, nec contemplabitur rem hilarem, tantùm benedictiones Sponſorum audire poterit, nec ulla in re delectabitur, nec genio indulgebit. Singulis diebus vapulabit, & dormiet ſuper terram, aut ſuper aſſerem ſine pulvinari & ſponda, exceptis Sabbathis & diebus feſtis, quibus cubabit ſuper paleam, ſtipulam ſub pulvinari ſub capite &c. Addit *lib. Chaſid. Si peperit, & genuit nothum, hoc eum docebant faciendum eſſe: Noctu diúque jacebit ſuper terram tempore æſtivo inter formicas, ut pulices* (malè Morinus *pediculos* vocem פרעושים reddit) *ſuper eum aſcendant. Hoc autem ſi leve fuerit in oculis ejus, ibit nudus in locum, in quo apum alvei ſunt, pungéntque eum, donec inflatus ſit & puſtuloſus. Cùm verò ſanatus fuerit, in eundem locum revertetur,*

ſicque

multis faciet vicibus. Id. Sed & cônjugio heterogeneo, vel ἀλλοφύλῳ, gravis indicta multa: מי שבועל ארמית או שפחה אם
בעל אפי פעם אחת יצום שלשה ימים לילה
ויום רצופים שלא יאכל לא ביום ולא בלילה
כן יעשה ג׳ שנים ואם רוצה יעשה ג׳ פעמים
ג׳ ימים וג לילות בשנה אחת ודי לו
Qui rem habuit cum (Gentile) *aut ancilla, vel ſemel, jejunabit tribus diebus continuis, noctu diúque, ita ut non manducet nec de die, nec de nocte. Sic faciet tribus annis. Si autem voluerit, uno anno ter jejunabit tribus diebus & noctibus.* Hoc illi ſufficiet. Eodem fere modo in *Reſch. Chocm.*
הבועל ארמ יתענה שלשה ימים לילה ויום
שלשה שנים פעם אחת בשנה ואם ח״ו אחר
התשובה וחזור לסורו אז יחמיר עליו יותר
ויותר ובימות החמה ילך במקום נמלים הרבה
וישב ביניהן ערום ובימות החורף ישבור
הקרח וישב במים עד החוטם ואם עוד
יחזור לסורו יוסיף עליו עוד יותר ויותר *Qui rem habuerit cum Gentile, Jejunabit tribus diebus, diu noctúque, & trium annorum ſpatio, ſemel uno quoque anno. Quòd ſi, actâ pœnitentiâ, iterum, quod abſit, peccaverit, tunc magis & magis ſuper eum aggravabitur Pœnitentia, & æſtivis diebus abibit in locum quo abundant formica,*

mica, ſedebitque nudus inter eas, atque hyberno tempore glaciem franget, & ad aures usque in aquis ſedebit. Quòd ſi tertiò peccatum commiſerit, ſeverius huc punietur.

Ad illius, qui cum menſtruata rem habuit, pergemus pœnitentiam Id. הבא על אשתו נדה יתענה ארבעים יום רצופים וילקה בכל יום פעמים או שלש ולא יאכל בשר ולא ישתה יין ולא יאכל דבר חם מבר השבתות וימים טובים *Qui cum conjuge menſtruis laborante rem habuerit, quadraginta diebus continuis jejunabit, vapulabítque omnibus diebus bis vel ter, carnémque non manducabit, nec vinum bibet, nec calidum quid comedet, exceptis Sabbathis & diebus feſtis.*

Homicidia, qua ratione expiari voluerint, Idem author *Reſch. Chocm.* hunc in modum tradit: רוצח ילך בגולה שנים וילקה בכל עיר ועיר ויאמר רצח אני ולא יאכל בשר ולא ישתה יין ולא יגלח שער ראשו וזקנו ולא יכבס בגדיו ולא ירחץ גופו אך יחוף ראש פעם אחר בחדש ויקשור ידו אשר רצח בו וזרועו בברזל בצוארו וילך יחף ויבכה על רציחתו ואם יחרפהו אדם ישתוק ואותם שלשה שנים לא ילך בטיולים ובשחוק ובגלותו ישכב עצמו לפני פתח בה ויעברו עליו כל עוברים ושבים אך

אך לא ידריכהו *Homicida exulabit tribus annis; & in una quaque urbe vapulans dicit: Homicida ego ſum! Carnem non manducabit, nec vinum bibet, capilloſque & barbam non radet, veſtimenta & corpus non lavabit; tantummodò ſingulis menſibus caput ſuum ſemel pectinabit: Et ligabit manum, quâ occidit, & brachium ad collum cum catena ferrea; incedéitque diſcalceatus & plorans propter homicidium ſuum. Si aliquis opprobrio eum afficiat, ſilebit. Et illis tribus annis non indulgebit ullis deambulationibus & jocis, & durante exilio ſuo proſternet ſeipſum ante portam Synagogæ, & tranſibunt ſuper ipſum omnes tranſeuntes & redeuntes; attamen non culcabunt ipſum.*

Temerarium, aut falſum juramentum, ex ſententia *Reſch.Chocm.* ita erat eluendum:
הנשבע לשקר או מעל בחרם יש לו ללקות
כמה פעמים כל ימיו ויתודה ימים רבים ואחר
כך יזהר שלא ישבע אפילו באמת ולא בתורה
לא בנשמת אבותיו אך ידור בחיי ראשו אבל,
נשבע לקיים מצוה ויזהר שלא יוציא שם
שמים לבטלה מפיו ויזדעזעו איבריו כשיזכיר
השם ויזהר בברכה לבטלה ואם שגג ובירך
ברכה לבטלה יאמר אחריו ברוך שם כבוד מלכ
ותו לעולם ועד ואותם המרגילים בפיהם
פי זרעם להזכיר שם שמים בבית המרחץ

ובמקום הטנופת להזכיר שם שמים לבטלה אוי להם אוי לזרעם כי כן למדו לשונם לכן ישמור ויגדור עצמו וזרעו וחביריו הנשמעים לו מלהזכיר שם שמים לבטלה *Qui falſo jurat, aut in anathemate prævaricatur, omnibus diebus confitebitur. Cavebit poſtea, ne juret amplius, neque per veritatem* (non, *pro veritate,* ut Morinus vertit: Eſt enim hæc uſitatiſſima Judæis jurandi formula) *neque per Legem, neque per animam patrum ſuorum*; *ſed vovebit per vitam capitis. Ubi verò juraverit ad ſtabiliendum aliquod præceptum, convenit ne producat nomen Dei ex ore ſuo in vanum: Contremiſcant autem membra ejus, cùm Nominis* (Dei) *expreſſerit mentionem. Caveat etiam, ne in vanum benedicat. Quòd ſi errore benedictionem in vanum dixerit, corrigat illud, dicendo: Benedictum ſit nomen gloriæ regni ejus in ſeculum & æternum. Quibus autem conſuetudo eſt ore ſuo & ſeminis ſui commemorare nomen Dei in balneo, aut loco inquinato in vanum, væ illis, væ ſemini eorum, quoniam linguam ſuam ita docuerunt. Proinde cuſtodiet & coercebit ſeipſum, & ſemen ſuum, & ſocios obedientes ſibi, ne nomen Dei in vanum commemorent.*

Inſuper *furto* frænum injecturi, ſtatuerunt:

גונב או לוקח רבית ישב ויבקש ממנו ruit; מחילה ויתענה ארבעים או יותר ויתודה בכל יום ויזהר מלקבל פקדונות ולא ירגיל ללמד על ממון חבירו ויעשה גמילות חסד בגופו ובממונו *Qui furatus fuerit, aut acceperit aliquid, cum fœnore reddet; veniámque ab eo precabitur, & jejunabit quadraginta diebus & amplius; & uno quoque die confitebitur: Cavebítque ne accipiat depoſita: Et non aſſuefaciet ſe ad ad inhiandum pecuniæ proximi ſui; ſed beneficè & liberaliter retribuet ei de ſubſtantia & pecunia ſua.*

Calumniari præſertim, detrectare, conviitiis quenquam inceſſere, impune non licuit. המלשין את חט חבירו הוא משניאו בעיני השר ומעליל עליו ולוקח ממונו וממית רעהו ואשתו ובניג התלויין בו יפרע לחבירו כל מה הפסיד ויבקש ממנו מחילה וילקה ויתענה יותר משנתים ויתודה כל ימיחייו כי נחשב כאלו הרג את אשתו ובניו וחבירו וכמה עבירות עשה על כן ישבור רוחו ואם אין לו מה לשלם ירבה עליו רעים ויבקש ממנו מחילה ויצמצם ויפרו לו או ליורשיו רכיל וכיוצא בו אין רפואה עד שיבקש ממנו מחילה וילקה ויתענה ארבעים יום או יותר וילקה בכל יום

ויהיו כל כל עסקיו במצות ובעסק שלום בין כל אדם ובין כל איש ואשתו *Qui detrectat proximo ſuo, Magnatis ille odio eum exponit, & aliquid contra eum molitur, opes ejus aufert, amicum ſuum occidit, uxorem item & filios ejus, quorum vita ſtatusque ab ea pendent; reddat ille proximo ſuo damnum omne, quod intulit ei, ab eóque veniam petat. Poſtea vapulet & jejunet amplius quàm duobus annis: Confiteatur etiam omnibus diebus vitæ ſuæ: Reputatur enim, quaſi eſſet homicida uxoris, & filiorum ejus, & ipſius proximi ſui, & qui plurima crimina commiſit: Propterea ſpiritum ſuum franget. Quòd ſi non habet unde reddat illi, multos ſecum adducat amicos, & coram iis veniam ab illo petat, ſéque ei ad reſtitutionem obſtringat, vel illi, vel hæredibus ejus. Detrectatori verò, eíque ſimili non eſt curatio, donec veniam ab eo, quem offendit, fuerit deprecatus, vapulaveritque, & pœnituerit quadraginta diebus, aut amplius. Vapulabit autem ſingulis diebus, & impendet omne ſtudium ſuum in mandatis Dei, & in negotiatione pacis inter omnes homines, atque inter quemque virum & uxorem.*

Apoſtaſia ad Idololatras quo habita fuerit loco, ex noſtro iterum audire juvat libro *Reſch. Chocm.* מומר לעבודת אלילים יסיר המלבושים הנאים ויתאבל ויבכה ויצטער כל ימי

ימי חייו וישפיל רוחו וגאותו ויתודה שלשה
פעמים בכל יום ולא יאכל בשר וישתה יין
אם בשבתות וימים טובים ולא ירחץ ולא
יחוף באשו כי אם פעם אחת או שנים בחדש
ולא ילך לשחוק ולנישואיו רק לשבע ברכות
בלבד ולא ישב אצל עע״א אפילו במקום
שמדברים דברי תורה ומצות ויתרחק מפתחם
ולא יהנה מהם ומיד שישוב צריך טבילה וי
סבול צער ויסורין כנגד חטאיו כי כפר בעיקר
וחילל שבתות ועבד [illegible]ריתות ומיתות בית דין
לכן צריך יסורין גדולים *Qui Apoſtata factus ad cultum Idolorum tranſiit, deponet veſtimenta ſua pretioſa, luctumque aget & flebit, & affliget ſe ipſum omnibus diebus vitæ ſuæ, & deprimet ſpiritum, ſuperbiamque ſuam: Confitebitúrque tribus vicibus unoquoque die: Carnem non comedet, nec vinum bibet, exceptis Sabbathis & feſtis. Nec lavabit ſe, nec pectinabit caput ſuum, niſi ſemel aut bis in menſe. Neque ſectabitur hilaria aut ſponſalia; ſed ſolùm, ſeptem intererit benedictionibus. Nec ſedebit cum Idololatris etiam ubi colloquuntur de Lege, ejusque præceptis, ſed elongabit ſe ab eorum porta, & ab iis commodum non percipiet. Statim autem poſtquam fuerit reverſus, baptiſmo opus habet, ferétque moleſtias & caſtigationes pro ratione peccatorum ſuorum. Fidei enim fundamen-*

tum negavit, Sabbatha profanavit, & reus eſt crimihum, quæ in Lege pœna excißionis è populo damnantur, & adversus quæ Domus Judicij ſupplicium mortis decrevit: Ideò magnis caſtigationibus opus eſt. Plura, ne commentaria ſcribere videamur, hoc loco, non addimus. Illud tantum intendimus, caſtigationes illas, Judæis non modò frænum fuiſſe, quo licentia peccandi reprimeretur ſed & λύτρον, quo Judici tum Soli (ſucceſſerunt enim paulatim hæ caſtigationes Synagogæ, pœnis & mulctis publicè, a Synedrio antehac irrogatis) tum Poli ſatisfacerent Legibus; quo poſteriori errore Pontificiorum dogmati de ſatisfactionibus proximè accedunt. De utroque *Reſch. Chocm.* כן יעשה לכל עבירות גדולות שארם עושה יתענה ובזה יש ב׳ טובות האח׳ שהתענית מכפר והב׳ שימנע מעבירות כי יחשוב בלבו אם אעשה זה אני צריך להתענות ימנע מתוך כך מן העבירה וזהו הגדר הגדול לפני כל העבירות שיקנוס עצמו או יתן צדקה או לעשות צער בגופו בשעבר עבירה *Sic fiat, propter omnes transgreſſiones graviores, quas homo deſignaverit; ut nempe ſe humiliet, id quod geminum habet uſum. Prior, quòd humiliatio iſta ſit expiatoria: Alter, quòd cöerceatur (homo) à transgreſſionibus. Secum enim cogitabit; ſi hoc fecero, neceſ-*

neceſſarium eſt me affligi; atque ſic arcebitur à transgreſſione. Magnum hoc ſepimentum eſt contra omnia peccata, ut ſe ipſum homo mulctet, aut eleemoſynam det, aut imponat corpori ſuo moleſtiam aliquam, & afflictionem, cum peccatum aliquod commiſerit. *Expiationis* nomine Judæos pœnam intelligere, non culpam, ipſi fatentur Pontificii. Nec proinde injuriam Eccleſiæ Romanæ, per παραλληλισμὸν iſtum, inferimus. Jpſe certè *Iohannes Morinus* annotat. in Judæor. Pœnitential. ſimilitudinem non diffitetur. *Hoc nomen* (Judæorum pœnitentialium) *Judaicarum pœnarum Catalogo indidimus, datum ab eis, non deprehendimus. Hujuſce denominationis cauſa fuit pœnarum pœnitentialium ſimilis, ſecundùm crimina, enarratio; ſi modo ridiculas, & fatuas, graves tamen, excipias. Sæpius liber ille* ראשית חכמה Principium ſapientiæ, *qui Pœnitentialibus noſtris antiquis conformior, ut & nonnulli alij eorum libri, in dura pœnitentia exemplum proponunt Davidis de peccato ſuo Pœnitentiam, quem fabulantur quotidie calicem lachrymis plenum ab oculis expreſſiſſe, plurimis annis in lecto decubuiſſe, ſeptémque pulvinaria ſudore corporis madefacta quotidie mutâſſe: Achabo pœnitenti Joſaphat Regem ſimiliter quoque quadraginta plagas in pœnitentiam quotidie inflexiſſe: Simeonis etiam filii, Lachis, & duorum*

Sodalium pœnitentiam mirificis laud bis extollunt. Hæc *Morinus*. Habeant ergo labia Romanenſium lactucas Judaicas. Suam utrique quærant juſtitiam, quibus Chriſtus non ſufficit. Pœnam ſupereſſe credant ſatisfactoriam, poſt culpam remiſſam; nobis ex ſacris Literis aliter perſuaſum eſt. A puero ex illis didicimus, Chriſtum ſuſtuliſſe maledictionem Legis i.e. varias per Legem transgreſſoribus intentatas pœnas, dum ipſe pro nobis factus eſt maledictio, nullá in queiis, qui in Chriſto Jeſu ſunt metuen dam condemnationem.

Sunt hæ *Voluntariæ* Synagogæ ἐκδικήσεις; *Divinitus illatæ*; morbi, mors, naturales tamen, ad eundem ſatisfactionis cenſum pertinent. Lib. חסידים num. penult. אין כפרה לאחר מיתה כי בחבל מות האדם נתכפרו לו עונותיו *Nulla eſt peccati expiatio poſt mortem. Nam per dolorem mortis, quem perſentiſcit homo, expiantur omnia ejus peccata.* Hinc agonizantes dicere conſueverunt. תהי מיתתי כפרה על כל חטאים ועונות ושעויתי ושפשעתי לפניך מיום היותי *Eſto mors mea expiatio pro omnibus peccatis, & iniquitatibus, & prævaricationibus, quibus peccavi, perverſè egi, & prævaricatus ſum coram te, à primo vitæ meæ tempore.*

Ne-

Negant interim, mortem eſſe ἱλαστικὴν, niſi prævia Confeſſione & pœnitentia. *Reſch. Chocm.* ־ל בעלי הטאות ואשמות וכל חייבי מיתות בית דין ומלקות אינם מתכפרים במיתתן או במלקיותן או בקרבנם עד שיעשו תשובה ויתודו *Quicunque peccatorum rei ſunt, & ad mortem, aut flagellationem, à Domo judicii, condemnantur, peccata ſua non expiant morte ſua, aut flagellatione, aut oblatione, donec pœnitentiam egerint, & confeſſi fuerint.*

f. Ut Pontificii peccatum diſtinguunt in mortale & veniale: ita Judæi in leve & grave. *Maim.* Tract. de Pœnit cap.. I.v. חמורות הן שחייבין עליהם מיתת ב״ד אן כרת ושבועת שוא ושקר אע״פ שאין בהן כרת הריהן מן החמורות ושאר מצות לא תעשה ומצות עשה שאין בהן כרת הם הקלות *Gravia, quæ reatum contrahunt mortis, Domus judicij, aut excisionis. Etſi verò juramento vano & falſo excisio non incumbat, ecce ſunt ex gravibus. Reliqua præcepta, negativa & affirmata, quibus non imponitur excisio,* levia ſunt. Suo pede & judicio peccati naturam metiuntur, definiunt & diſtinguunt, ut legis obſervationem aliis facilius perſuadere poſſint. Ut autem leve pecatum Judæi æſtimant, quod

nec in foro Poli nec Soli pœnam metuit; ita Eccleſia Romana nonnullas Legis transgreſſiones ab omni vindicta Legislatoris eximit. Eſt peccatum, quod *veniale* illi vocant. De quo Clavas. in Summ. *Quomodo poteſt diſcerni peccatum mortale à veniali? Reſp. quod præcepta divinæ Legis, Naturalis, ac Humanæ indicant, quòd ſit mortale, vel veniale. Nam quicquid eſt contra ipſa, de ſe habet rationem mortalis peccati: Niſi vel ratione ſurreptionis, vel modicitatis, vel rationabilis cauſæ quoad præcepta humana, vel diſpenſationis ſuperioris excuſetur. Peccatum verò veniale, non eſt contra legem aliquam; ſed eſt præter legem, quòd non obſervat modum rationis, quem Lex ſancta intendit.* Hæc ex 11. Sentent diſt. 23. Clarius Bail. ſum. Controv. Tract. IV. q. 13. Eſtne omne peccatum mortale? *Non: quando peccatum non eſt contra Charitatem Dei vel proximi, vel cùm plenus voluntatis conſenſus non accedit; vel cum materia talis non eſt, ut legitimè poſſit nodum Charitatis diſſolvere. Ut ſi cui levis iræ motus ſubrepat, qui leviter tranſeat, ſicut fumus. Si quis aciculam furto capiat. Quæ actiones etſi non ſint ſecundùm Charitatem erga Deum & proximum, non tamen etiam ſunt contra charitatem, nec nos gratiâ privant.* Qui in hoc ſibi commento placuerunt, peccata ſua venialia diſtinxerunt in ea, quæ talia ſunt

ſunt genere ſuo, qualia putant mendacia officioſa, jocoſa, & ſimilia. *Secundò* in ea, quæ venialia ſunt ex imperfectione actûs, cùm peccatum fit cum aliqua delectatione, ſed non ex pleno conſenſu, in quo ordine ponunt ſubitaneos motus contra mandata. *Tertiò* quædam ipſis ſunt venialia, ex parvitate materiæ, ut loquuntur, cùm materia non diſſolvit charitatis vinculum, vel, ut *Bellarminus* loquitur, quod neque proximum notabiliter lædit, nec tale eſt, quod amicitiam poſſit diſſolvere. Exemplum affert in furto unius oboli, ut Bailius aciculæ. Sed miris hæc ſententia laborat paradoxis; ut ſuo loco audiemus. Jam ſatis eſt oſtendiſſe, & Judæos, & Pontificios ficulnea prætexere erroribus, variáque, ne debitores ſint, quærere κρηςφύγετα.

g. Eccleſia Romana tres hominum claſſes conſtituit. Illa ſtatim, ut loquuntur, evolat; perfectè bona: Iſta, ſummè impia, & mala in infernum detruditur: Hæc media pœnas peccatis confeſſis & abſolutis debitas in purgatorio luit, aut Indulgentiis redimit. Judæorum etiam recentiorum & antiquorum celebre eſt effatum: Tria eſſe hominum genera, perfectè juſtorum, perfectè impiorum, & intermediorum. Deum tres libros habere. In primo perfectè juſtos

ſtos deſcribi, in ſecundo perfectè impios, in poſtremo intermedios. Deum, initio anni omnium hominum actiones celebri judicio examinare, perfectè juſtos ſtatim primo libro inſcribi, malos ſecundo, intermediorum autem judicium in decimum diem menſis ſuſpendi: Si perfectam pœnitentiam egerint, juſtis: Si non, impiis adnumerandos. Sic R. *Schem.* Tof initio ſermonum de pœnitentia. מלך יושב על כסא דין שלשה ספרים נפתחים בר״ה אחד של צדיקים ואחד של רשעים גמורים ואחד של בינוניים של צדיקים גמורים נכתבים ונחתמים לאלתר לחיים של רשעים גמורים נכתבים ונחתמים לאלתר למיתה של בינוניים תלויים ועומדים עד יום הכפורים לא זכו נכתבים למיתה זכו נכתבים לחיים *Sed Rex ſuper ſolium judicij. Tres libri ſunt aperti in capite anni: Unus juſtorum perfectorum: Unus impiorum perfectorum: Unus intermediorum. Perfectè juſti ad vitam ſtatim inſcribuntur & obſignantur: Perfectè verò mali ſtatim ad mortem, ſed intermedij ſuſpenduntur, & differuntur in diem expiationis. Si intermedio illo tempore merita non fecerint, ad mortem inſcribuntur, ſi ſecus, ad vitam.* Hæc author ex Tal. Tract. Reſch haſchana. Quæ & *Moſes Cordubenſis* cap. 3. lib.

lib. de pœnitentia tradit, addita comparatione: כשם ששוקלין זכיות אדם ועונותיו בשעת מיתתו כך בכל שנה ושנה שוקלין עונות כל אחד ואחד מבאי העולם עם זכיותיו ביום טוב של ראש השנה מי שנמצא צדיק נחתם לחיים ומי שנמצא רשע נחתם למיתה והבינוני תולין אותו לע"ה אם עשה תשובה נחתם לחיים ואם לאו נחתם למיתה *Sicut examinantur & ponderantur merita hominis, & iniquitates uniuscunq; hominis in mundum ingredientis cum meritis ſuis die feſto capitis anni. Qui deprehenditur juſtus, obſignatur ad vitam; qui deprehenditur impius, obſignatur ad mortem. Intermedius ſuſpenditur in diem expiationis. Si pœnitentiam egerit, obſignatur ad vitam: Si non, obſignatur ad mortem.*

h. Oſtendimus enim ſupra, theſaurum Eccleſiaſticum Romanum non Chriſti tantùm; ſed ſanctorum ſuperfluis conſtare meritis. Non ergo in ſolius Chriſti ſatisfactione Indulgentiarum æſtimatores acquieſcunt. Judæis Evangelium planè offendiculo eſt, & ipſi ſuæ ſalutis fabri futuri periculoſiſſimas ſuſtinent hypotheſes. 1. Hominem ſui arbitrii eſſe Dominum. Pro hac enim Rabbinos ſententia, veluti pro aris certare, diximus *Comp. Theol Jud.* c. IV. § 12. 2.

12. 2. Sufficientes homini ad converſionem & reſipiſcentiam relictas vires; Ib.3. Reſipiſcentiam autem non modò peccata graviora reddere leviora,ſed & omnem iniquitatem tollere,& peccatores in eminentiori, quàm ſint ipſi pii,gradu collocare. *Illud* manifeſtum eſt ex eo,quod habent Talmudici Hom. c.3. אלא מכיון שהוא מתודה על הזדונות ועל המרדים כאילו הו שגגות לפניו *Sed poſtquam confeſſus eſt* (homo) *peccata ſuperbiæ & rebellionis, facta ſunt coram facie ejus velut peccata erroris.* *Ioh. Morin* de Sacram. Pœnit. l. II. c. 22. §. 2. *Omnia peccata confitenda graviſſima, gravia & levia, fiúntque graviſſima & gravia per Pœnitentiam interiorem & confeſſionem levia,& deletu facilima.* Et lib. I. c. 22. §. 4. *Quod ait Reſch Lakiſch peccata ſuperbiæ vel malitiæ per pœnitentiam fieri veluti peccata erroris & imprudentiæ, jam ex Albone explicatum eſt. Ita quoque explicat Talmudicus Gloſſator, pauciſſimis verbis:* כי כשלת בעונך עונך יחשב כמכשול שהוא שגגה Quoniam impegiſti in iniquitate tua. Iniquitas tua reputata eſt velut offendiculum. *Dinſtinguit inter* עון iniquitatem & מכשול offendiculum, עון *ſumunt pro gravi crimine, ſive pro* חטא חזדון *peccato ſuperbiæ & contumaciæ;* מכשול *verò pro levi crimine, ſive*

ſive offendiculo & ſcandalo, in quod homines impingunt, ita ut nonnunquam labantur. Volunt igitur per pœnitentiam עון *converti in* מכשול *ut fuſiùs explicat Joſeph Albo.* Hic, quaſi meritum congrui & condigni in mente habuiſſet, diſtinguit inter שב מיראה *pœnitentem formidine pœnæ, &* שב מאהבה *pœnitentem amore Dei.* Illis aliquod tribuit meritum, adeò ut זדונות נעשו לו כשגגות *ſuperbiæ peccata fiant veluti* πλημμελήματα. *At pœnitentia propter amorem Dei concepta* זדונות נעשו לו כזכיות *Peccata ſuperbiæ fiunt quaſi merita,* hoc eſt, per ejusmodi pœnitentiam perfectè delentur peccata, vitámque æternam pœnitens meretur. *Iſtud* jam Maimonidis verbis expoſuimus ſuprà. Et aliis, qui prolixè de pœnitentia ſcribunt, confirmatur. Omnium loco ſint, quæ κατὰ ζυμπλοκὴν idem exhibet *Morinus* l. cit. cap. 22. §. 1. *Talmudicorum in laudanda pœnitentia, & fructibus ejus enarrandis æmulatione quâdam certantium ſermones, & veluti Symbola huc referemus, ut Lectori non ancipiti ſententia conſtet, quid uno conſenſu de virtute Pœnitentiæ Judæi doceant: Sic Talmud inducit eos de hac re ſermocinantes, tractatu joma c. 8. verſus finem. Hæc omnia propè c. 2. libri Muſar in laudem pœnitentiæ referuntur, & nonnulla Joſeph Albo. Ut & liber, Initium ſapientiæ in ſcriptu, cap. 2. tractatus*

tatus de pœnitentia poſt medium, qui hac, more ſuo, variis illuſtrat ex Zohar petitis teſtimoniis, idémque faciunt nonnulli alij: אמר ר' חמא בר חנינא גדולה תשובה שמביאה רפאות לעולם שנ' ארפא משובתם אוהבם נדבה ר' חמא בר חנינא רמי כתיב שובו בנים שובבים דמעיקרא שובבים אתם וכתיב ארפא משובתיכם לא קשיא כאן מאהבה כאן מיראה ר' יהודה רמי כתיב שובו בנים וכתיב ארפא משובותיכם וכתיב הנה בעלתי בכם ולקחתי אתכם אחד מעיר ושנים ממשפחה לא קשיא כאן מאהבה או מיראה כאן על ידי יסורין אמר ר' לוי גדולה תשובה שמגעת עד כסא הכבוד שנ' שובה ישראל עד ה' אלהיך אמר ר' יוחנן גדולה תשובה שדוחה את לא תעשה שבתורה שנ' לאמר הן ישלח איש ארת אשתו והלכה מארצו והיתה לאיש אחר הישוב אליה עד הלא הנוף תחנף הארץ ההיא וארת זנית רעים רבים ושוב אלי נאם יי' אמר ר' יונתן גדלה תשובה שמקרבת את הגאולה שנ' ובא לציון גואל משום דשבי פשע ביעקוב אמר ריש לקיש גדולה תשובה שזדונות נעשות לו כשגגות שנ' שובה ישראל עד יי אלהיך כי כש-לת בעונו הא עון מזיד הוא וקא קרי ליה מכשול איני ואומר ריש לקיש גדולה תשובה שזדונות

נשׁות

נעשות לו כזכיות שנ' ובשוב רשע מרשעתו ועשה משפט וצדקה עליהם חיה יחיה לא קשיא כאן מאהבה כאן מיראה אמר רב שמואל בר נחמוני אומר ר' יונתן גדולה תשובה שמארכת שנתיו של אדם שנ' ובשוב רשע מרשעתו חיה יחיה וכו' תניא היה ר' מאיר אומ' גדולה תשובה שבשביל יחיד שעשה תשובה מוחלין לכל העולם כלו שנ' ארפא משובתם אוהבם נדבה כי שב אפי' ממנו מהם לא נאמר אלא ממנו היכי דמי בעל תשובה *Dixit R. Chama, filius Chanina: Magna eſt pœnitentia, quia remedia & curationes mundo ſuppeditat; ut dicitur:* Sanabo (*Hoſ.* 14. 5.) averſionem eorum, diligam eos ſpontaneè. *R. Chama, filius Chanina objicit. Scriptum eſt*: Revertimini filii rebelles, qui à principio & radice rebelles eſtis. *Et ſcribitur*: Sanabo averſiones veſtras. *Non eſt difficultas. Hîc de amore; illic de timore loquitur; R. Juda objicit: Scriptum eſt:* Convertimini filii rebelles, & ſcriptum iterum eſt: Et ſanabo averſiones veſtras. *Scriptum item*: En dominatus ſum vobis, & accepi unum de civitate, & duos de familia, *Jerem.* 3. v. 41. *Non eſt difficultas. Hîc enim loquitur de amore aut timore, illic de caſtigationibus. Dixit R. Levi: magna eſt pœnitentia, quia pertingit uſ-*

 que

que ad ſolium gloriæ, ut dicitur: Convertere Iſraël (*Hoſ.* 14.2.) uſque ad Dominum tuum. *Dixit R. Jochanna: Magna eſt pœnitentia, quia pellit præcepta negativa legis*, q. d. Dicendo (*Jerem.* 3. v. 1.) Si dimiſerit vir uxorem ſuam, & recedat de terra illius, nupſeritque alteri, numquid revertetur ad eam ultra? Numquid contaminata eſt terra illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis; tamen revertere ad me, dicit Dominus. *Dixit R. Jochanan: Magna eſt pœnitentia, quia redemtionem accelerat, ut dicitur*: Et venit (*Jeſ.* 59. 20.) ad Sion redemtor, & ad eos qui convertuntur ab iniquitate in Jacob. *Quis eſt verborum iſtorum*, Et venit ad Sion redemtor, *ſenſus? niſi propter eos, qui à defectione in Jacobo revertuntur. Dixit Reſch Lakiſch: Magna eſt pœnitentia, quia peccata ſuperbiæ & contumaciæ per eam pœnitenti fiunt velut per errorem commiſſa, q. d.* Convertere Iſraël usque ad Dominum Deum tuum, impegiſti iniquitate tua. *En de iniquitate ſuperbiæ loquitur, attamen eam* מכשול offendiculum *vocat. Itáne? At dixit Reſch Lakiſch. Magna eſt pœnitentia, q. d.* Cùm converterit ſe impius (*Ezech.* 14. 27.) ab iniquitate ſua, & fecerit judicium & juſtitiam, propter iſta vivet. *Nulla eſt difficultas. Hîc enim loquitur de amore; illic de timore. Dixit R. Samuel, fil. Nach-*

Nachmoni; dixit R. Jonathan: Magna eſt pœnitentia, quæ annos vitámque hominis producit, ut dicitur ibidem: Cùm converterit ſe impius ab iniquitate ſua, & fecerit judicium & juſtitiam, propter iſta vivet &c. *Traditio eſt: Dixit R. Meir: Magna eſt pœnitentia, quia propter unum, qui pœnitentiam egit, parcitur univerſo Mundo, q.d.* Sanabo (*Hoſ.* 14. 5.) averſionem eorum, diligens eos ſponte, quia averſus eſt furor meus ab eo: *Non dixit* ab eis: *ſed* ab eo, *ut de pœnitente* uno *intelligatur.*

Excellentiam denique, ſive eminentiam eorum, qui reſipuerunt, verbis libri *Nizzach.* (quo loco & cætera materiam de pœnitentia compendioſè pertractat) proponere placet, *§.* 2. 238. שלום שלום לרחוק ולקרוב אמר ה רפאהיו שלום תחילה לרחוק ואחרי כן לקרוב מכאן אר״ אבהו גדולים בעלי תשובה יותר מצדיקים ופירש רבינו בחיי שזה מדבר שעבר מעבירות שאינן חמורות כגון עשה ולא תעשה שאין בהן כרת ואחרי כן שב בתשובה שלימה בכל תנאיה ומבקש תמיד מחילה ונכלם מבקשתו הש״י ונכנע ושפל לפניו לזה יש יתרון על הצדיק כי הוא הצדיק בטוח במעשיו הטובים ואין לו הכנעה

nec in foro Poli nec Soli pœnam metuit; ita Eccleſia Romana nonnullas Legis transgreſſiones ab omni vindicta Legislatoris eximit. Eſt peccatum, quod *veniale* illi vocant. De quo Clavas. in Summ. *Quomodo poteſt diſcerni peccatum mortale à veniali? Reſp. quod præcepta divinæ Legis, Naturalis, ac Humanæ indicant, quòd ſit mortale, vel veniale. Nam quicquid eſt contra ipſa, de ſe habet rationem mortalis peccati: Niſi vel ratione ſurreptionis, vel modicitatis, vel rationabilis cauſæ quoad præcepta humana, vel diſpenſationis ſuperioris excuſetur. Peccatum verò veniale, non eſt contra legem aliquam; ſed eſt præter legem, quòd non obſervat modum rationis, quem Lex ſancta intendit.* Hæc ex II. Sentent diſt. 23. Clarius Bail. ſum. Controv. Tract. IV. q. 13. Eſtne omne peccatum mortale? *Non: quando peccatum non eſt contra Charitatem Dei vel proximi, vel cùm plenus voluntatis conſenſus non accedit; vel cum materia talis non eſt, ut legitimè poſſit nodum Charitatis diſſolvere. Ut ſi cui levis iræ motus ſubrepat, qui leviter tranſeat, ſicut fumus. Si quis aciculam furto capiat. Quæ actiones etſi non ſint ſecundùm Charitatem erga Deum & proximum, non tamen etiam ſunt contra charitatem, nec nos gratiâ privant.* Qui in hoc ſibi commento placuerunt, peccata ſua venialia diſtinxerunt in ea, quæ talia

ſunt

ſunt genere ſuo, qualia putant mendacia officioſa, jocoſa, & ſimilia. *Secundò* in ea, quæ venialia ſunt ex imperfectione actûs, cùm peccatum fit cum aliqua delectatione, ſed non ex pleno conſenſu, in quo ordine ponunt ſubitaneos motus contra mandata. *Tertiò* quædam ipſis ſunt venialia, ex parvitate materiæ, ut loquuntur, cùm materia non diſſolvit charitatis vinculum, vel, ut *Bellarminus* loquitur, quod neque proximum notabiliter lædit, nec tale eſt, quod amicitiam poſſit diſſolvere. Exemplum affert in furto unius oboli, ut Bailius aciculæ. Sed miris hæc ſententia laborat paradoxis, ut ſuo loco audiemus. Jam ſatis eſt oſtendiſſe, & Judæos, & Pontificios ficulnea prætexere erroribus, variáque, ne debitores ſint, quærere κρησφύγετα.

g. Eccleſia Romana tres hominum claſſes conſtituit. Illa ſtatim, ut loquuntur, evolat; perfectè bona: Iſta, ſummè impia, & mala in infernum detruditur: Hæc media pœnas peccatis confeſſis & abſolutis debitas in purgatorio luit, aut Indulgentiis redimit. Judæorum etiam recentiorum & antiquorum celebre eſt effatum: Tria eſſe hominum genera, perfectè juſtorum, perfectè impiorum, & intermediorum. Deum tres libros habere. In primo perfectè juſtos

lib. de pœnitentia tradit, addita comparatione: כשם ששוקלין זכיות אדם ועונותיו בשעת מיתתו כך בכל שנה ושנה שוקלין עונות כל אחד ואחד מבאי העולם עם זכיותיו ביום טוב של ראש השנה מי שנמצא צדיק נחתם לחיים ומי שנמצא רשע נחתם למיתה והבינוני תולין אותו לע"רה אם עשה תשובה נחתם לחיים ואם לאו נחתם למיתה *Sicut examinantur & ponderantur merita hominis, & iniquitates uniuscunq; hominis in mundum ingredientis cum meritis ſuis die feſto capitis anni. Qui deprehenditur juſtus, obſignatur ad vitam; qui deprehenditur impius, obſignatur ad mortem. Intermedius ſuſpenditur in diem expiationis. Si pœnitentiam egerit, obſignatur ad vitam: Si non, obſignatur ad mortem.*

h. Oſtendimus enim ſupra, theſaurum Eccleſiaſticum Romanum non Chriſti tantùm; ſed ſanctorum ſuperfluis conſtare meritis. Non ergo in ſolius Chriſti ſatisfactione Indulgentiarum æſtimatores acquieſcunt. Judæis Evangelium planè offendiculo eſt, & ipſi ſuæ ſalutis fabri futuri periculoſiſſimas ſuſtinent hypotheſes. 1. Hominem ſui arbitrii eſſe Dominum. Pro hac enim Rabbinos ſententia, veluti pro aris certare, diximus *Comp. Theol Jud.* c. IV. §

12. 2. Sufficientes homini ad converſionem & reſipiſcentiam relictas vires; Ib.3. Reſipiſcentiam autem non modò peccata graviora reddere leviora, ſed & omnem iniquitatem tollere, & peccatores in eminentiori, quàm ſint ipſi pii, gradu collocare. *Illud* manifeſtum eſt ex eo, quod habent Talmudici Hom. c.3. אלא מכיון שהוא מתודה על הזדונות ועל המררים כאילו הו שגגות לפניו *Sed poſtquam confeſſus eſt* (homo) *peccata ſuperbiæ & rebellionis, facta ſunt coram facie ejus velut peccata erroris.* *Ioh. Morin* de Sacram. Pœnit. l. II. c. 22. §. 2. *Omnia peccata confitenda graviſſima, gravia & levia, fiúntque graviſſima & gravia per Pœnitentiam interiorem & confeſſionem levia, & deletu facilima.* Et lib. I. c. 22. §. 4. *Quod ait Reſch Lakiſch peccata ſuperbiæ vel malitiæ per pœnitentiam fieri veluti peccata erroris & imprudentiæ, jam ex Albone explicatum eſt. Ita quoque explicat Talmudicus Gloſſator, pauciſſimis verbis:* כי כשלת בעונך עונך יחשב כמכשול שהוא שגגה Quoniam impegiſti in iniquitate tua. Iniquitas tua reputata eſt velut offendiculum. *Dinſtinguit inter* עון iniquitatem & מכשול offendiculum, עון *ſumunt pro gravi crimine, ſive pro* חטא חזרון *peccato ſuperbiæ & contumaciæ;* מכשול *verò pro levi crimine, ſive*

ſive offendiculo & ſcandalo, in quod homines impingunt, ita ut nonnunquam labantur. Volunt igitur per pœnitentiam עון *converti in* מכשול *ut fuſius explicat Joſeph Albo.* Hic, quaſi meritum congrui & condigni in mente habuiſſet, diſtinguit inter שב מיראה *pœnitentem formidine pœnæ, &* שב מאהבה *pœnitentem amore Dei.* Illis aliquod tribuit meritum, adeò ut זדונות נעשו לו כשגגות *ſuperbiæ peccata fiant veluti* πλημμελήματα. *At pœnitentia propter amorem Dei concepta* זדונות נעשו לו כזכיות *Peccata ſuperbiæ fiunt quaſi merita,* hoc eſt, per ejusmodi pœnitentiam perfectè delentur peccata, vitámque æternam pœnitens meretur. *Iſtud* jam Maimonidis verbis expoſuimus ſuprà. Et aliis, qui prolixè de pœnitentia ſcribunt, confirmatur. Omnium loco ſint, quæ κατὰ ζυμπλοκὴν idem exhibet *Morinus* l. cit. cap. 22. §. 1. *Talmudicorum in laudanda pœnitentia, & fructibus ejus enarrandis æmulatione quâdam certantium ſermones, & veluti Symbola huc referemus, ut Lectori non ancipiti ſententia conſtet, quid uno conſenſu de virtute Pœnitentiæ Judæi doceant: Sic Talmud inducit eos de hac re ſermocinantes, tractatu joma c. 8. versùs finem. Hæc omnia propè c. 2. libri Muſar in laudem pœnitentiæ referuntur, & nonnulla Joſeph Albo. Ut & liber, Initium ſapientiæ in ſcriptu, cap. 2. tractatus*

tatus de pœnitentia poſt medium, qui hac, more ſuo, variis illuſtrat ex Zohar petitis teſtimoniis, idémque faciunt nonnulli alij: אמר ר' חמא בר חנינא גדולה תשובה שמביאה רפאות לעולם שנ' ארפא משובתם אוהבם נדבה ר' חמא בר חנינא רמי כתיב שובו בנים שובבים דמעיקרא שובבים אתם וכתיב ארפא משובתיכם לא קשיא כאן מאהבה כאן מיראה ר' יהודה רמי כתיב שובו בנים וכתיב ארפא משובותיכם וכתיב הנה בעלתי בכם ולקחתי אתכם אחד מעיר ושנים ממשפחה לא קשיא כאן מאהבה או מיראה כאן על ידי יסורין אמר ר' לוי גדולה תשובה שמגעת עד כסא הכבוד שנ' שובה ישראל עד ה' אלהיך אמר ר' יוחנן גדולה תשובה שדוחה את לא תעשה שבתורה שנ' לאמר הן ישלח איש את אשתו והלכה מארצו והיתה לאיש אחר הישוב אליה עד הלא הנוף תחנף הארץ ההיא ואת זנית רעים רבים ושוב אלי נאם יי' אמר ר' יונתן גדלה תשובה שמקרבת את הגאולה שנ' ובא לציון גואל משום דשבי פשע ביעקוב אמר ריש לקיש גדולה תשובה שזדונות נעשות לו כשגגות שנ' שובה ישראל עד יי אלהיך כי כשלת בעונו הא עון מזיד הוא וקא קרי ליה מכשול איני ואומר ריש לקיש גדולה תשובה שזדונות נעשות

נעשות לו כזכיות שנ' ובשוב רשע מרשעתו ועשה משפט וצדקה עליהם חיה יחיה לא קשיא כאן מאהבה כאן מיראה אמר רב שמואל בר נחמוני אומר ר' יונתן גדולה תשובה שמארכת שנתיו של אדם שנ' ובשוב רשע מרשעתו חיה יחיה וכו' תניא היה ר' מאיר אומ' גדולה תשובה שבשביל יחיד שעשה תשובה מוחלין לכל העולם כלו שנ' ארפא משובתם אוהבם נדבה כי שב אפי' ממנו מהם לא נאמר אלא ממנו היכי דמי בעל תשובה *Dixit R. Chama, filius Chanina: Magna eſt pœnitentia, quia remedia & curationes mundo ſuppeditat; ut dicitur:* Sanabo (*Hoſ.* 14. 5.) averſionem eorum, diligam eos ſpontaneè. *R. Chama, filius Chanina objicit. Scriptum eſt:* Revertimini filii rebelles, qui à principio & radice rebelles eſtis. *Et ſcribitur:* Sanabo averſiones veſtras. *Non eſt difficultas. Hic de amore; illic de timore loquitur; R. Juda objicit: Scriptum eſt:* Convertimini filii rebelles, & ſcriptum iterum eſt: Et ſanabo averſiones veſtras. *Scriptum item:* En dominatus ſum vobis, & accepi unum de civitate, & duos de familia, *Jerem.* 3. v. 41. *Non eſt difficultas. Hic enim loquitur de amore aut timore, illic de caſtigationibus. Dixit R. Levi: magna eſt pœnitentia, quia pertingit uſque*

que ad ſolium gloriæ, ut dicitur: Convertere Iſraël (*Hoſ.* 14.2.) uſque ad Dominum tuum. *Dixit R. Jochanna: Magna eſt pœnitentia, quia pellit præcepta negativa legis,* q. d. Dicendo (*Jerem.* 3. v. 1.) Si dimiſerit vir uxorem ſuam, & recedat de terra illius, nupſeritque alteri, numquid revertetur ad eam ultra? Numquid contaminata eſt terra illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis; tamen revertere ad me, dicit Dominus. *Dixit R. Jochanan: Magna eſt pœnitentia, quia redemtionem accelerat, ut dicitur*: Et venit (*Jeſ.* 59.20.) ad Sion redemtor, & ad eos qui convertuntur ab iniquitate in Jacob. *Quis eſt verborum iſtorum*, Et venit ad Sion redemtor, *ſenſus? niſi propter eos, qui à defectione in Jacobo revertuntur. Dixit Reſch Lakiſch: Magna eſt pœnitentia, quia peccata ſuperbiæ & contumaciæ per eam pœnitenti fiunt velut per errorem commiſſa, q. d.* Convertere Iſraël usque ad Dominum Deum tuum, impegiſti iniquitate tua. *En de iniquitate ſuperbiæ loquitur, attamen eam* מכשול offendiculum *vocat. Itáne? At dixit Reſch Lakiſch. Magna eſt pœnitentia, q. d.* Cùm converterit ſe impius (*Ezech.* 14. 27.) ab iniquitate ſua, & fecerit judicium & juſtitiam, propter iſta vivet. *Nulla eſt difficultas. Hîc enim loquitur de amore; illic de timore. Dixit R. Samuel, fil. Nach-*

Nachmoni; dixit R. Jonathan: Magna eſt pœnitentia, quæ annos vitámque hominis producit, ut dicitur ibidem: Cùm converterit ſe impius ab iniquitate ſua, & fecerit judicium & juſtitiam, propter iſta vivet &c. *Traditio eſt: Dixit R. Meir: Magna eſt pœnitentia, quia propter unum, qui pœnitentiam egit, parcitur univerſo Mundo, q.d.* Sanabo (*Hoſ.* 14. 5.) averſionem eorum, diligens eos ſponte, quia averſus eſt furor meus ab eo: *Non dixit* ab eis: *ſed* ab eo, *ut de pœnitente* uno *intelligatur.*

Excellentiam denique, ſive eminentiam eorum, qui reſipuerunt, verbis libri *Nizzach* (quo loco & cætera materiam de pœnitentia compendiosè pertractat) proponere placet, *ſ.* 2. 238. שלום שלום לרחוק ולקרוב אמר ה רפאהיו שלום תחילה לרחוק ואחרי כן לקרוב מכאן א״ר אבהו גדולים בעלי תשובה יותר מצדיקים ופירש רבינו בחיי שזה מדבר שעבר מעבירות שאינן חמורות כגון עשה ולא תעשה שאין בהן כרת ואחרי כן שב בתשובה שלימה בכל תנאיה ומבקש תמיד מחילה ונכלם מבקשתו הש״י ונכנע ושפל לפניו לזה יש יתרון על הצדיק כי הוא הצדיק בטוח במעשיו הטובים ואין לו

הכנעה

הכנעה לפני השי׳ כמו לזה אבל עבר עבירות
גדולות שיש בהן חיוב מיתה או כרת או חילול
השם יש יתרון לצדיק על השב מהן בלי ספק
וארז״ל אין לך דבר בפני התשובה וכתב רמבם
אפי׳ כפר בעיקר כל ימיו ובאחרונה שב יש לו
חלק לעולם הבא והא דכתיב להצילך מאשה זרה
וגו׳ עד כל בואיה לא ישובון ולא ישיגון אורחות
חיים זהו ר״ל שמאותו עבירות כל כך קשה
לפרש שאין אפשר שכל באיה ישובון אבל
כל הרשעים והפושעים והמשומדים וכיוצא
בהן שחזרו בתשובה בין שחזרו בגלוי בין
שחזרו בסתר מקבל אותם השי׳ שנ׳ שוב
בנים שובבים ארפא מושבותיכם כלו׳ אעפ
שעדיין שובב שהרי לא שב בגלוי וכתיב והר
שע כי ישוב וגו׳ עד וכל פשעיו לא יזכרו עוד
וגו׳ וארזל שוב יום אחד לפני מיתתך ר״ל
שלעולם יראה אדם בכל שעה שזהו יומו הא
חרון ושמא ימות בחטאו לכן ישוב מיד וגרסינן
בבבא קמא אר כל האומר הקבה וותרן יותרו
לו ימיו כו כי׳ אין הקבה מוותר בלתי תשובה
שנ׳ כי כל דרכיו משפט ועיקר התשובה בעון
האמנה הן בעון המעשה הן בעון המחשבה
שיעזוב חטאו ויעיד עליו יודע כל תעלומות
שלא

שלא ישוב לאותו חטא לעולם ויתחרט על
שעבר ויתודה בגלוי על עון שבגלוי ובצנעא
על עון שבצנעא ולהצטער במחשבתו על העון
ואם נהנה מה עון יצטער כנגד העון בגופו ואם
נכסי עון בידו ירחיקם ויחזירם לאשר הואלו
ואף אם אין בידו להחזיר אין נמנע ממנו דרכי
התשובה כי לאחר ששב בכל לבבו ובכל נפשו
השי ממציא לו די מחסרו שתסיג ידו להחזיר
או יתן אהבתו בלב העשוקים שימחלו לו וכו
ארזל הבא לטהר מסייעין לו וכן יש חטאים
שחייבים עלי' קרבן ככתוב בתורה ובזמן הזה
ראוי ליתן צדקה כנגד הקרבן Pax, pax, inquam, remoto & propinquo, dixit Dominus, ut curem eum, *Ieſ.* 17. 27. *Pax initio illi qui procul eſt, & poſtea illi qui prope. Hinc Majores noſtri collegerunt: Excellentiores eſſe pœnitentes juſtis. R. Bechai hoc quidem explicat de èo, cujus transgreſſiones non ſunt graves, ut cùm vel affirmativum violat, vel negativũ, quibus non infligitur pœna exciſionis; quòd, cùm talis convertitur pœnitentiâ perfectâ, omni mœrore, & indeſinenter quærit remiſſionem, & in ruborem convertitur, quærendo Deum benedictum, deprimitur & humiliatur coram eo, habet prærogativam præ juſto. Juſtus enim ſuis operibus bonis confiſus non deprimitur coram illo* (Deo) *ut alter.*

ter. Qui verò transgreſſor fuerit graviorum, quibus reatus incurritur aut mortis, aut exciſionis aut profanationis Nominis divini, procul dubio, juſtum tali præferendum. At Rabbini dicunt: Nullam rem præ Pœnitentia poſſe ſubſiſtere. Et Maimonides ſcripſit: Etſi quis omnibus vitæ ſuæ diebus negaverit fundamentum (fuerit *ἄθεος) ſub finem tamen convertatur, habiturum eum partem in altera vita. Et ecce quod ſcriptum eſt:* Ad liberandum te (Proverb. 2. 16.) ab uxore aliena &c. omnes qui ad eam acceſſerint, non revertentur, neque aſſequentur vias vitæ, *eſt, quaſi diceret, quòd, etſi à tranſgreſſionibus illis difficile ſit ſe ſeparare, neque poſſibile ſit, ut ingredientes omnes ad eam revertantur; omnes tamen impios, prævaricatores, Apoſtatas &c. per pœnitentiam revertentes, ſive jam publicè revertantur, ſive privatim* (palàm, vel clam) *Deus benedictus recipiat, q. d.* Revertimini filii rebelles, ſanabo averſiones veſtras, *quaſi diceret: Etiamſi adhuc ſit refractarius, utpote qui publicam non egit pœnitentiam. Scriptum item eſt: Impius cùm converterit ſe &c. prævaricationum ejus nulla ampliùs erit mentio &c. Dicunt inſuper Sapientes: Convertere vel unum diem ante mortem tuam. Quaſi dicerent: Semper quamque horam exiſtimet ultimum ſuum eſſe diem: Et ne in peccato ſuo moriatur, protinus reſipiſcat. Inſuper legi-*

legimus in Baba Kama: Dicunt Magiſtri; *quisquis dixerit, Deum benedictum eſſe prodigum* (in remittendis peccatis) *ejus reſidui erunt dies. Neque enim Deus prodigus eſt, niſi ob pœnitentiam, q. d. omnes viæ ejus judicium ſunt. Fundamentum autem pœnitentiæ (ſive in peccato fidei, ſive operis, ſive cogitationis) eſt, ut peccatum ſuum relinquat, teſtem in ſe conſtituat eum, qui novit omnia arcana, ſe non reverſurum, ad idem peccatū in æternū, doleat propterea quod prævaricatus eſt, publicū peccatū publicè confiteatur, privatum privatim: Afficiatur in cogitationibis ſuis propter iniquitatē. Si quod ex peccato accepit commodum, affligat eo nomine corpus ſuum; ſi injuſtè acquiſitas habeat opes, removeat eas, & illi, cui debentur, reſtituat. Quod ſi ampliùs non habet, ut reſtituere poſſit, non tamen propterea viæ pœnitentiæ ei præcluſæ ſunt; Poſtquam enim toto ſuo corde totáque anima reſipuit, tantum ei Deus benedictus ſuggeret, ut acquirat manus ejus quod reſtituat; aut movebit corda eorum, qui injuria affecti ſunt, ut ei remittant. Unde & Rabbini dicunt: Qui venit ad purgandum ſe, eum juvant. Ita peccata ſunt, quibus, juxta Legem, incumbit ſacrificium. Hodie pro ſacrificio eleemoſyna eroganda* &c. vide ſup. 360.

g. Habent Pontificii ſuas Stationes, jubilæos, dies feſtos, &c. quibus plenior Indulgentiarum theſaurus venditioni expo-

nitur: Judæi plurimū tribuunt diei Expiationis, ut ſupra p. 361. jam diximus. Quanquam enim quolibet die aſſerunt Pœnitentiam agi poſſe, & ſemper eſſe Deo acceptam, eo tamen die (qui eſt decimus, menſis ſeptimi, anno à nova Luna Paſchali computato; ſed decimus primi menſis, juxta civilem eorum computandi rationem) & novem præcedentibus potiſſimùm, agendam, & Deo gratam eſſe affirmant; Deum illis diebus iram in peccatores deponere, & clementiam ſuam in eos maximè effundere. Ideò his diebus omnes pœnitentiæ laboribus maximè inſudant, ut die decimo, quem feſtum הכפורים expiationis vocare ſolent, remiſſionem ſuorum peccatorum conſequantur: Imò eorum plurimi, à primo die Elul, qui Tiſri præcedit, Pœnitentiam & Jejunia & flagellationes ſuas incipiunt, ut, ad gratiam iſtam excipiendam bene præparati, quadrageſimo tandem die eam obtineant. *Adveniente cumprimis anni principio* (verba repeto *Morini* l.c. p. 706.) *novem diebus qui ſuperſunt ad diem Expiationis, Pœnitentiæ, Confeſſioni peccatorum, Jejuniis, reconciliationi cum læſo proximo, rerum raptarum redhibitioni, nec non corporis ſui macerationi, & verberationi acriter incumbunt, ut bona opera eorum malis prævale-*

ant,

ant; ſed potiſſimùm pridie hujus feſti, & toto feſto rigidiſſimè jejunant, à veſpera ſcilicet ad veſperam ſequentem, diu noctúque nihil prorſus edentes, cùm in aliis propè omnibus jejuniis, nocte appetente, & ſideribus conſpectis, convivari ſoleant. Qui comederit cibi liciti vel dactyli majoris quantitatem, aut biberit, quantum uno hauſtu ſorbere poteſt במלוא ליגמיו velut plenitudinem maxillarum ſuarum, *ut loquuntur; ille graviſſimi criminis reus eſt, præceptum Legis affirmativum transgreſſus eſt. Graviſſimè ægrotantes tantùm excipiuntur, quibus jejunium frangere ſecundùm Medicorum placita permittunt. Omnes omnino puberes, mares, & fœminæ eodem modo jejunare tenentur. Mares, cùm diem unum ſupra annum* 13. *attigerunt, fœminæ ſimiliter cùm unum diem ſupra undecimum annum aſſecutæ ſunt, diem modò, ut philoſophantur* הביאו שתי שערות *Nec minoribus annis parcunt, ſed unumquemq; infantulum pro ætatulæ modulo abſtinentiola aliqua, hora ſaltem alimentis aſſignatæ retardatione fatigant, & Legis mandatis aſſuefaciunt. Cæteras delicias fugiunt, ab uxoribus non ſecus ac à menſtruatis abſtinent, diſcalceati incedunt, à balneis, odoribus, unctionibus, & lotionibus ſuperſtitiosè admodùm cavent.* Iſta fusè minutimque & ſuperſtitiosè perſequuntur Rambam P. 1. qui in ſcribitur הזמנים titulo 3. qui in ſcri-

bitur שביתת עשור *Moſes Kotzenſis* in lib. סמג ad præc- 68. 69. negat. *Lib. Kiriath ſepher* in explicat. Præcept. 31. *Orach Chajim.*, in deciſ. & morib. illius feſti n. 606. Sed & nos ex lib. *Chinn.* quædam dedimus *Jur. Hebr. p.* 268. Quantam verò huic feſto tribuant virtutẽ, ex *Majmonide* promere liceat. Ita autem ille: אעפ שהתשובה והצעקה יפה לעולם בעשרת הימים שבין ראש השנה ויום חכפורים היא יפה ביותר ומתקבלת היא מיד שנ' דרשו ה' בהמצאו בדא ביחיד אבל צבור כל זמן שעושין תשובה וצועקין בלב שלם הן נענין שנ מי כיי' אלהינו בכל קרא נו אליו יום הכפורים הוא זמן תשובה לכל ליחיד ולרבים והוא קץ מחילה וסליחה לישראל לפיכך חייבין הכל לעשות תשובה ולהתודות ביום הכפורים ומצות ודוי יום הכפורים שיתחיל מערב היום קודם שיאכל שמא יחנק בסעודה קודם שיתודה ואעפ שיתודה קודם שיאכל חוזר ומתודה בלילי יה ערבית וחהר ומתורה בשחרית ובמוסף ובמנעילה והיכן מתודה יחיד אחר תפלתו ושליח צבור באמצע תפלתו בברכה רביעית הוידוי שנהגו בו כל יש׳ראל אבל אנחנו חטאנו והוא עיקר הוידוי *Licet pœnitentia & clamor ad Deum omni tempore decora ſint*

ſint & accepta, attamen decem diebus, qui ſunt inter anni principium & diem expiationis, iſta ſunt excellenter pulchra & decora, Deóque ſtatim accepta, ut dicitur: Quærite Dominum, dum invenitur. Quomodo hæc ſunt intelligenda? De ſingulari perſona. Verùm omni tempore, quo Congregatio pœnitentiam facit, & ad Deum clamat corde perfecto, exauditur, ut dicitur: Quis ſicut Dominus Deus noſter, quoties invocamus eum? Dies expiationis omnibus eſt tempus pœnitentiæ & unicuiq; privato, & univerſæ multitudini, & eſt Iſraëli remiſſionis & propitiationis finis. Ideò omnes in die expiationis ad Pœnitentiã & Confeſſionẽ obligantur. Mandatũ autẽ Confeſſionis in die Expiationis eſt, ut incipiat à Veſpera illius diei, antequam cibum capit, ne fortè in cœna ante Confeſſionem ſuffocetur. Licet autem confeſſus fuerit ante paſtum, redit, iterùmque confitetur nocte diei expiationis, in tempore orationis veſpertinæ: Confitetur quoque tertiò, cùm dicenda eſt oratio matutina, & cùm dicendæ orationes matutinis ordinariis additæ, & in tempore oblationis Veſpertinæ, & ſub ſolis occaſum. Ubi autem fit confeſſio? Privatus confitetur poſt orationem ſuam: Verùm Diaconus ſive Miniſter Synagogæ in medio orationis ſuæ in quarta benedictione. Confeſſio, quæ omnis Iſraël conſuevit, ea eſt, quæ incipit: Sed nos peccavimus &c. *Confeſſionis fundamentum* C. 2. de Pœnit.

Etſi

Etſi verò, ut ſupra, p. 394. & in *Jure Heb.* oſtendimus, Judæi ſibi omnium totius anni peccatorum expiationem polliceantur; peccata tamen in hominem commiſſa excipere ſolent. Unde Talmudici: עבירות
שבין אדם למקום יוםהכפורים מכפר ושבינו
לבין חבירו אין יום הכפורים מכפר עד
שירצה את חבירו *Peccata, quæ committit homo in Deum, expiat dies feſtus Expiationis: Sed quæ in proximum, non expiat, donec proximum placaverit.* In cujus loci Miſnici explicatione prolixi ſunt Commentatores; nos unius tantùm & alterius ſubjungemus, qui conciliationis modum præſcribunt, judicium: אמר ר' יצחק כל המקניט את חבירו
אפילו בדברים צריך לפייסו שנ' בני אם
ערבת לרעך תקעת לזר כפיך נוקשת באמרי
פיך עשה זאת אפוא בני והנצל אם ממון יש
בידך התר לו פסת יד ואם לא הרבה עליו רעים
ואמר רב חסדא וצריך לפייסו בשלש שורות
של שלש בני אדם שנ' ישור על אנשים ויאמר
חטאתי וישר העויתי ולא שוה לי ואמר רבי יוסי
בר חנינא כל המבקש מטו מחברו אל יבקש
ממנו יותר משלוש פעמים שנ אנא שא נא
ועתה שא נא ואם מת מביא עשרה בני אדם
ומעמידים על קברו ואומר חטאתי לה אלהי

qu-

ישראל שחבלתיבו *Dixit R. Iſaac: Quicunque irritat proximum ſuum, etiam verbis, neceſſe eſt, ut eum placet*, q. d. *Fili mi* (Proverb. 6. 1.) *ſi ſocio tuo ſpopondiſti, affixiſti alieno manum tuam: Illaqueatus es verbis oris tui; fac hoc nunc fili, & libera te. Si pecunia eſt in manu tua, ſolve illi in volam. Si nullam habeas, multiplica ſuper eum amicos. Dixit autem Raf Chasda: Neceſſe eſt eum reconciliare ſibi cum tribus ordinibus, unoquoque ex tribus hominibus conſtante, ut dicitur: Circumibit* (Job. 33. 27.) *ſuper homines, & dicet, peccavi, & quod rectum eſt perverti, & non mihi profuit. Dixit verò R. Joſes fil. Chanina: Quicunque veniam & reconciliationem à proximo petit, ne eam petat ampliùs, quàm tribus vicibus, q. d. obſecro* (Gen. 50. 17.) *parce quaſo. Si verò mortuus fuerit, adducit decem homines, & conſtituit eos ſuper ſepulchrum ejus, & dicit: Peccavi in Dominum Deum Iſraël, quòd hunc, N. injuria* affeci. Eadem in Orach Chajim §. 606. & ex eo Morin. L. IX. cap. 34. §. 10. Præſertim lib. II. cap. 20. §. 5.

1. Pontificios illi, quam in Baptiſmo habebant, per Indulgentias reſtitui puritati & ſanctitati, diſertis Abſolutionis confectum dedimus formulis; vid. ſup. p. 229. & alibi. Eadem Judæorum jactantia eſt. R. *Jacob*, Baal Hatturim, §. 606. ראה סמאל פילא

שלא נמצא חטא בישראל ביה״ ואומר רבון העולמים יש לך עם אחד בארץ כמלאכי השרת מה מלאכי השרת יחפירגל אף ישראל יחפירגל ביה מה מלאכי השרת אין להם קפיצה אף ישראל אין להם קפיצה עומדין על רגליהם ביה מה מלאכי השרת נקיים מכל חטא כך ישראל נקיים מכל חטא מה מלאכי השרת שלום ביניהם כך ישראל ביה והקבה שומע ערותן מן המקטרגין ומכפר עליהם *Vidit Sammaël, quòd in die Expiationis nullum reperiretur in Iſraële peccatum, dixítque Deo; Domine ſeculorum, unicus eſt tibi populus in terra, ſimilis Angelis miniſtrantibus. Quomodo ſunt Angeli miniſtrantes? Diſcalceati pedibus. Sic Iſraëlitæ die Expiationis diſcalceatis ſunt pedibus. Quid Angeli Miniſtratorij? Non ſunt deſultorij pedes: Sic Iſraëlitis non eſt ſaltitatio, ſed firmi conſiſtunt ſuper pedes ſuos in die expiationis.* Quid Angeli miniſtratorii? Mundi ſunt ab omni peccato: Sic Iſraël mundus eſt ab omni peccato. *Quid Angeli Miniſtratorij? Pax inter eos: Sic Iſraëli in die Expiationis: Deus autem benedictus audit teſtimonia ab accuſantibus Iſraëlem, eóſque abſolvit ſive expiat.*

k. De qua ex profeſſo hac occaſione loqui non inſtituimus. Prolixè materiam illam pertractavit *Morinus*, de Adminiſt. Sacra-

Sacrament. Pœnit l. I. c. 20. 21. 22. Lib. II. c. 20. 21. 22. Lib. IX. c. 34. Illud ad rem noſtram facit. I. Sacramentalem omnium peccatorum Confeſſionem in aurem Sacerdotis Judæos non agnoviſſe, confitendi neceſſitatem ubique urgentes. *R. Levi, Ben Gerſon* in Cap. 5. Numero. verſ. 7.
למרנו שחייב החטא להתודות על חטא ואעפ
שכבר נענש עליו הלא תראה שזה הגוזל שהוא
משיב את הגזלה ומוסיף חומש ומביא קרבן
חייב להתודות ולזה יתבאר שכל חייבי מיתה
חייבי להתודות כדי שתהיה להם כפרה כי
העונש לא יכפר עליהם בזולת הודוי *Diſcimus, quòd peccator obligatur, ad Confeſſionem peccati ſui, licèt jam pœnâ propter illud fuerit affectus: Nónne vides, quòd fur ille, qui reſtituit furtum, & addit quintam partem, oblationémq; obtulit, tenetur inſuper confiteri. Inde quoque manifeſtè probatur, quòd omnes ad mortem damnati ad confeſſionem obligantur, ut à peccato expientur, quia ſupplicium non expiat eos ſine confeſſione.* Et *Maimonides* c. 2. de pœnit. ita Pœnitentiam commendat, ut eam faciat reciprocam, neque adſtringat ad ordinem Sacerdotalem. ושבח גדול לשב שיתודה
ברבים ויוריע פשעיו להם ומגלה עבירות
שבינו לבין חבירו לאחרים ואומר להם
אמנם

אמנם חטאתי לפלוניועשיתי לו כךוכך והריני
היום שנ ומתנחם וכל המתגאה ואינו מודיע
אלא מכסה פשעיו אין תשובה גמורה שנ'
מכסה פשעיו לא יצליח *Eſt autem laus magna*
pœnitentis, cum confitetur multis,& iis declarat
iniquitates ſuas, & revelat aliis pravaricatio-
nes,& rixas, quæ intercedunt inter ipſum & pro-
ximum ſuum, iisque dicit: Sanè peccavi in
talem N. atque feci ſic & ſic: En reſipiſco hodie
& pœnitet me. Quicunque autem ſuperbiâ ela-
tus non declarat; ſed abſcondit iniquitates ſuas,
illius pœnitentia non eſt perfecta, q.d. Abſcondens
iniquitates ſuas non aget proſperè. Quas autem
confitendi ſingula peccata habeant formu-
las, ex illorũ *Machzor* colligi poteſt: Videatur
Morin. l. cit. p. 713. II. Peccata in Deum com-
miſſa particularem Confeſſionem publi-
cam (auricularem enim planè ignorārunt)
non requirere. Majm. C. 2. de Pœnit.
במה דברים אמורים בעבירות שבין אדם
לחבירו אבל בעבירות שבין אדם למקום אינו
צריך לפרסם עצמו ועזות פנים היא לו אב
גילם אלא שב לפני האל ברוך הוא ופורט
חטאיו לפניו ומתודה עליהם לפני רבים
סתם וטובה היא לו שלא נתגלה עונו שנ'
אשרי נשוי פשע כסוי חטאה *De quibus pec-*
catis hæc dicta ſunt? De pravaricationibus
con-

contingentibus inter hominem & ſocium ſuum. Verùm, in peccatis inter hominem & Deum, non eſt neceſſe ſe ipſum publicare; Impudentia quædam eſſet & protervia ſi ea revelaret; ſed ad Deum benedictum converſus minutim explicabit ante faciem ejus peccata ſua, & ea confitebitur in multorum conſpectu abſolutè tantùm & generaliter. Illi enim expedit, non revelari iniquitatem ſuam, q. d. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata.

l. Hanc enim diſtinctionem duabus exprimunt vocibus פרס & שׂכר. Peras (פרס) gratuitam eſſe remunerationem, שׂכר mercedem debitam, & *Barthenoras* monet & R. *Majmonides* in c. 1. Pirke Abhoth. Elegans ibi contra juſtitiarios extat locus *Antigoni* qui Simeonis juſti fuit ſucceſſor: אל תהיו כעבדים המשמשים את הרב על מנת לקבל פרס אלא היו כעבדים המשמשין את הרב שלא על מנת לקבל פרס ויהא מורא שמים עליכם *Ne ſitis ſimiles ſervis, qui Domino ſuo ſerviunt, ut mercedem accipiant: Sed eſtote ſicut ſervi, qui Domino ſerviunt, nulla cum conditione mercedis accipiendæ, & ſit timor cælorum ſuper vos.* Noluit Antigonus, diſcipulos ſuo Deo ſervire, vel intuitu פרס *mercedis gratuitæ*: qua de re prolixè citati commentatores, & nos aliquid in *Theſaur. Philol.*

אמנם חטאתי לפלוניועשיתי לו כך וכך והריני
היום שנ ומתנחם וכל המתגאה ואינו מודיע
אלא מכסה פשעיו אין תשובה גמורה שנ'
מכסה פשעיולא יצליח *Eſt autem laus magna pœnitentis, cum confitetur multis, & iis declarat iniquitates ſuas, & revelat aliis prævaricationes, & rixas, quæ intercedunt inter ipſum & proximum ſuum, iisque dicit: Sanè peccavi in talem N. atque feci ſic & ſic. En reſipiſco hodie & pœnitet me. Quicunque autem ſuperbiâ elatus non declarat; ſed abſcondit iniquitates ſuas, illius pœnitentia non eſt perfecta, q.d. Abſcondens iniquitates ſuas non aget proſperè.* Quas autem confitendi ſingula peccata habeant formulas, ex illorū *Machzor* colligi poteſt: Videatur *Morin.* l. cit. p. 713. II. Peccata in Deum commiſſa particularem Confeſſionem publicam (auricularem enim planè ignorârunt) non requirere. Majm. C. 2. de Pœnit.
במה דברים אמורים בעבירות שבין אדם
לחבירו אבל בעבירות שבין אדם למקום אינו
צריך לפרסם עצמו ועזות פנים היא לו אב
גילם אלא שב לפני האל ברוך הוא ופורט
חטאיו לפניו ומתודה עליהם לפני רבים
סתם וטובה היא לו שלא נתגלה עונו שנ'
אשרי נשוי פשע כסוי חטאה *De quibus peccatis hæc dicta ſunt? De prævaricationibus con-*

contingentibus inter hominem & ſocium ſuum. Verùm, in peccatis inter hominem & Deum, non eſt neceſſe ſe ipſum publicare; Impudentia quædam eſſet & protervia ſi ea revelaret; ſed ad Deum benedictum converſus minutim explicabit ante faciem ejus peccata ſua, & ea confitebitur in multorum conſpectu abſolutè tantùm & generaliter. Illi enim expedit, non revelari iniquitatem ſuam, q. d. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata.

l. Hanc enim diſtinctionem duabus exprimunt vocibus פרס & שכר. Peras (פרס) gratuitam eſſe remunerationem, שכר mercedem debitam, & *Barthenoras* monet & R. *Majmonides* in c. 1. Pirke Abhoth. Elegans ibi contra juſtitiarios extat locus *Antigoni* qui Simeonis juſti fuit ſucceſſor: אל תהיו כעבדים המשמשים את הרב על מנת לקבל פרס אלא היו כעבדים המשמשין את הרב שלא על מנת לקבל פרס ויהא מורא שמים עליכם *Ne ſitis ſimiles ſervis, qui Domino ſuo ſerviunt, ut mercedem accipiant: Sed eſtote ſicut ſervi, qui Domino ſerviunt, nulla cum conditione mercedis accipiendæ, & ſit timor cœlorum ſuper vos.* Noluit Antigonus, diſcipulos ſuo Deo ſervire, vel intuitu פרס *mercedis gratuitæ*: qua de re prolixè citati commentatores, & nos aliquid in *Theſaur. Phi-*

lol. p.35. Certum enim eſt, Judæos ubi typhum Phariſaicum depoſuerunt, valde locutos eſſe de ſuis meritis humiliter. Claudimus totam hanc tractationem verbis *Majm.* de Pœnit. c. ult. אל יאמר אדם הרינ׳ עושה מצוה התורה ועוסק בחכמתה כדי שאקבל כל הברכות הכתובות בה או כדי שאזכה לחיי העולם הבא ואפרוש מן העבירות שהזהירה תורה מהן כדי שאנצל מן הקללות הכתובות בתורה או כדי שלא אכרת מחיי העולם הבא אין ראוי לעבוד את השם על הדרך זה שהעובד על דרך זה הוא עובד מיראה ואיזו מעלת החכמים ובין עובדים ה׳ על דרך זה אלה עמי הארץ והנשים והקטנים שמחניכין אותם לעבוד מיראה עד שתרבה דעתן ויעבדו מאהבה העובד מאהבה עוסק בתורה ובמצות והולך בנתיבות החכמה לא מפני דבר בעולם ולא מפני יראת הרעה ולא כדי לירש הטבה אלא עושה האמת מפני שהוא אמת *Ne dicat homo: En ego facio præcepta Legis, & ſtudio ſapientiæ ejus incumbo, ut excipiam omnes benedictiones in ea ſcriptas, vel ut merear vitam futuri ſeculi, & abſtineo, méque ſeparo ab omnibus prævaricationibus, à quibus cavere lex admonet, ut liberer & effugiam omnes maledictiones ſcriptas in Lege, vel non exſcindar a vita*

à vita futuri Seculi. Non eſt æquum hac ratione Deo ſervire. Qui enim ſic Deo ſervit, illi propter pœnam ſervit. At hæc non dignitas Prophetarum & ſapientum. Non enim ſervierunt Deo hac ratione, ſed populi terræ & mulieres, & parvuli, qui inſtruuntur, propter timorem Deo ſervire, donec aucta eorum ſcientia propter amorem ſerviant. Qui Deo ex amore ſervit, Legis & mandatorum meditationi vacat, & ambulat in ſemitis ſapientiæ, non propter rem aliquam ſeculi, neque mali alicujus imminentis formidine, neque, ut acquirat alicujus boni poſſeſſionem, ſed veritatem juſtitiámque facit, quia veritas eſt & juſtitia, &c.

XXIV. *Neque verò* Muhammediſmus *adeò eſt infrunitus, ut vel peccati (a) ignoret turpitudinem, vel (b) pœnitentiæ (c) neceſſitatem, (d) præſtantiam, aut rigorem, vel gratiæ (f) Dei in remiſſione peccatorum concurſum, vel gratuitam (g) bonorum operum retributionem; id verò Muſelmannis deeſt, quòd nec in Chriſti mortem (h) credant, nec peccatorum ſuorum (i) expiationem, in eo quærant; ſed vel ad lectionem (k) Alkorani, cujus ſingula fermè capita ſingulis Romanenſium diplomatibus Indulgentiariis reſpondere, alibi, ordine, oſtendimus, vel (l) ad γυμνασίαν σωματικὴν, vel ad omnia (m) neceſſitatis, aut traditionis exercitia, preces cumprimis, Jejunia, decimas &c. In eo ergo iterum*

 con-

conſenſus, quòd pœnæ ſolutionem & liberationem à ſe utrinque expectent, ſatisfactionibus & operibus meritoriis vel propriis ſuffulti, vel alienis.

a. Id quod manifeſtum eſt 1. ex *nominibus*, quibus peccatum Arabes inſignire ſolent, cujusmodi ſunt 1. אצר quod *onus* propriè notat; unde & eadem Metaphora אתקאל אלארץ *pondera terræ* dicuntur. 2. טאיף *Inſtinctus* Diaboli. 3. אלסם venenum. Unde *Beidav.* ad cap. 2. Alk. אן אלדנוב כאלסמום וכמא אן אלסמום אדא יוכלהא יורי אלי אלהלאך ואן כאן חטא פיעאטי אלדנוב לא יבעדאן יקצי אלי אלעקאב *Peccata ſimilia ſunt venenis. Ut enim hæc, ſi propinata fuerint, ducunt ad interitum, ita qui peccavit, peccatáque arripuit, non longè abeſt ut deſtinetur pœna &c.* 3. *Originale peccatum* appellatur אלסודא *nigra gruma cordis*; חבה אלקלב *nigricantior pars cordis* 4. Abſolutè peccatum etiam אלסיה malitia vocatur. Unde *Beidav.* ad textum Alkorani מן כסב אלפרק בסייתה *quod acquiſivit in malitia ſua*; בינהא ובין אל כטיה אנהא קד יקאל פימא יקצד באלדאת ואלכטיה פימא יקצד באלערץ לאנהא מן אלכטא *Diſcrimen inter* סיה & כטיה *quod illud dicatur de eo, quod per ſe intenditur,* כטיה *verò de eo, quod per* accidens, *& fortuitò: Eſt enim à* כטא *aberravit,* prop. à ſcopo, unde

de & Arab. כואטו *tela aberrantia*. II. Quod liberè fateantur, hominem ad malum proclivem. *Beid.* de anima hominis, quod באלטבע מאילה אלי אלשהואת *naturâ inclinet ad cupiditates*; p. m. 397. Et ad Sur. II. v. 26. אתם קלבה *iniquitas cordis ejus:* אסנאד אלאתם אלי אלקלב לאן אלכתמאן יקתרבה ונטיר אלעין ואלאדן זאינה *Refertur autem peccatum ad cor, quia actus occultandi ei proximi ſunt. Talia ſunt*, oculus meretricius, auris meretricia. III. Jaafar, Ibn Mobaſchar, ex Nodamianorum ſecta, affirmavit, אן סארק אלחבה אלואחדה פאסק מנכלע מן אלאימאן *quòd, qui vel unum granum fuerit furatus, impius ſit, & à fide prorſus defecerit*. IV. De corrupto generis humani ſtatu, & infecta maſſà univerſi hujus, Poëta apud *Arabſchiad.* in Hiſt. Timuri, p. 40.

אד אנתכבת לאמר עז ואסטה
פאחדר דהאה וכן מנה עלי וגל
פאעלם באן טבאע אלאנס קד גבלה
מן אלגפא ומן מכר ומן דכל
פלא תתק מנהס יומא בואסטה
פאשרע בנפסך פיה עיר מתכל
פאנמא רגל אלדניא ואחדהא
מן לא יעול פי אלדניא עלי רגל

 Quæ

Quæ quidem ſic commodè Latinè verti poſſunt:

Si elegeris mediationem Viri magni;
Cave aſtutiam ejus, & time eam:
Nôſſe enim debes, naturam humanam plasmatam
Ex iniquitate, & ex dolo & ex fraude,
Neque unquam (vel diem) *innitere meditationi ejus:*
Et legem tibi figito, te nullam in eo collocaturum fiduciam.
Vir enim Mundi eſt, & quaſi Phœnix
Qui in hoc mundo neminem injuriam afficiat.

t. Hominem enim, Muſelmannum etiam graviori peccato obſtrictum ſinè pœnitentia decedentem, igni addicunt infernali. Ita *Motazalita*: אד כרג מן עיר תובה ען כבירה ארתכבהא אסתחק אלכלוד פי אלנאר לכן יכון עקאבה אכף מן עקאב אלכפאר *Muſelmannus, cùm exierit è mundo ſine pœnitentia ob grave aliquod, quod commiſerit, peccatum, dignus eſt, qui in æternum igne crucietur: futura tamen ipſius pœna levior pœna infideliũ* Videatur ſpecim. Arab. Pocok. p. 259 Alibi: לא ישא יעפר אלא ללהא יבין ומא ישא אן אן יעדב אלא אל מסתוגבין *Non vult Deus peccata*

cata condonare niſi reſipiſcentibus , nec punire vult alios, quàm qui pœnam merentur.

d. Quæ hinc elucet, quòd pœnitentem eo collocârunt gradu, quaſi nunquam peccâſſet. אלתאיב ענדה מן אלדנב כמן לא דנב לה *Revertens à peccatis ſuis ei eſt, qualis, cui peccata non ſunt.* Et ut veteres pœnitentiam naufragorum appellârunt aſſerem; ita Arabes eandem , *ſuturam*, quia quod ruptum eſt, ſarcitur, nuncupârunt. Surat. אלטלאק ad verba תובוא אלי אללה תובה נצחא *Convertimini ad DEum, converſione purâ:* Beidavius ita commentatur pag. m. 937. באלעה פי אלנצח והו צפהפי אלתאיב פאנה ינצח נפסה באלתובה או פי אלנצאחה פהי אלכיאטה כאנהא תנצח מא כרק אלדנב Id eſt, *Sinceriſſimâ puriſſimâ* (pœnitentiâ) *quod Epitheton eſt pœnitentis, qui ſe ipſum pœnitentiâ reſtituit. Aut,* per ſuturam, *quaſi illa* (pœnitentia) *conſueret, quod peccato ruptum eſt.* Hanç verò pœnitentiam largiſſimè extendunt. *Zamhaſchari:* לא יעלק באב אלתובה עלי אלעבאד התי יטלע אלשמס פי מערבהרא *Non claudentur fores pœnitentiæ cultoribus* (hominibus) *donec oriatur Sol in occaſu, i.e.* nunquam. Unde ne morituris aditum præcludunt: Ad verba Surat. אנמא אלתובה עלי אללה ללדין יעמלון אלסובגהאלה

 תכם

קריב מן יתובון תםם *Pœnitentia enim* (id eſt, ut Beidavi explicat קבול אלתובה *receptio*) *ejus DEO accepta eſt corū, qui, poſtquam malum in ſtultitia perpetrârunt, iterum ſe poſtea convertunt à propinquo*; Commentatores obſervant, vocem קריב *propinquitatem* ſignificantem, denotare זמאן קריב אי קבל חצור אלמות אי קבל ממא מעאינה מלך אלמות לקולה תעאלי חתי אדא חצר אחדהםם אלמות וקולה עלםם אן אללה יקבל תובה עבדה מא לםם יערער *Tempus propinquum i. e. ante adventum mortis, aut aſpectum Angeli mortis, prout dicit DEus Altiſſimus: Cum unicuique præſens fuerit mors. Et ipſe Muhammed: Recipiet DEus pœnitentiam ſervi ſui, quamdiu in agone non gargarizaverit.* Plura *Hiſtor. Orient.* p. 542. &c.

e. De Muhammede referunt, quòd ſex pœnitentiæ requiſita conſtituerit. Rogatus enim de pœnitentia, reſpondiſſe fertur: תגמעהא סתה אשיא עלי אלמאצי אלדנוב אלנדא מה וללפראיץ אלאעאדה ורר אלמא לם ואסתחלאל אלכצום ואן תעזם עלי אן לא תעוד ואן תרבי נפסך פי טאעה אללה כמא רביתהא פי אלמעציה *Sex eam comprehendit: Pœnitentiâ peccatorum præteritorum; aſſuefactione neceſſariorum præceptorum, reſtitutione abla-*

ablatorum ; diſſolutione litigiorum , propoſito non redeundi (ad peccata) *& ſtudio animam ſuam aſſuefaciendi obſequio divino, prout antea eam aſſuefecit rebellioni.* Author ſcripti illius Iſagogici, de quo *Bibl. orient.* p. 178. c. 39. ita de pœnitentia loquitur: ואלתובה פר

יצה מן כל דנב מן ע׳יר אצ׳ראר אלמקאם עלי
אלדנב ואע׳תקאד אלעודה אליה ומן אלתובה
רד אלמטאלם ואג׳תנאב אלמחארם ואניה
אלא יעוד וליסתעפר רבה. וירגו רחמתה
ויכאף עדאבה ויתדכר נעמתה לדיה וישכר
פצ׳לה עליה באלאעמאל בפראיצ׳ה ותירך
מא יכרק פעלה ויתקרב אליה במא תיסר
להמן נואפל אלכ׳יר וכלמא צ׳יע מן פראיצ׳ה
פליפעלה אלאן וירעב אלי אללה פי תקבלה
ויתוב אליה מן תצ׳ייעה פלילג׳א אלי אללה
פימא עסר עליה מן קיאד נפסה ומחאולה
אמרה מוקנא אנה אלמאלך לצ׳אלח שאנה
ותופיקה ותסדידה לא יפארק דלך עלי מא
פיה מן חסן או קביח ולא יבאס מן רחמה
אללה פאלפכרה פי אמר אללה מפתאח
אלעבאדה פאסתען בדכר אלמות ואלפכרה
פימא בעדה ופי נעמה רבך עליך ואמהאלה
לך ואכ׳דה לע׳ירך בדנבה ופי סאלף דנבך
ועאקבה אמרך ומבאדרה מא עסי אן יכון קד

אקתרב מן אגלך *Pœnitentia neceſſaria eſt ab omni peccato, abſq; obligatione perſeverandi in peccato, aut vinculo ad illud redeundi. De pœnitentiæ eſſentia eſt, reddere violenter ablata, abſtinere à devotis, & ſupellectilibus. Reverſus autem veniam rogabit Dominum ſuum, ſperabit in ejus miſericordia, timebit pœnam ejus, commemorabit beneficium ejus, gratias aget pro bonitate ejus operibus & neceſſariis* (religionis, vel pietatis) *requiſitis: Relinquet, quod coactam reddat operationem ſuam & appropinquabit eo, quod facile ei eſt, ex ſponte ſuſceptis religionis exercitiis.* i. e. nihil invitus aget, ſed ſponte. *Quicquid perdidit* (neglexit) *neceſſarij cultûs, illud faciat; magno feratur deſiderio redeundi in gratiam cum Deo, & revertendi ad ipſum à ſuo defectu. Ad Deum confugiat ſi quid ei difficultatis obtigerit in refrænando ſemetipſum, & expediendo rectè negotium ſuum: Ille enim eſt, in cujus poteſtate felix ſucceſſus ſtatus ejus, & propitius concurſus ejus, & directi ejus: à qua nihil ſeparatur* (excipitur) *ſive bonum ſit ſive malum. Neque deſperabit de miſericordia DEI. Attenta enim conſideratio mandati divini eſt clavis religionis. Auxilium* (ejus) *implora, ad mentionem mortis, & meditationis ejus, quod eam ſequitur,* (ultimi videlicet judicii) *& beneficij Domini tui in te, & longanimitatis ejus, & quòd alium, præter te ob peccatum rapiat*

(ad

(ad pœnam) *ejus, quod peccatum præcedit, finis negotij tui, & præcipitantiæ,* (velocis vitæ fugæ) *ut fieri non poſſit, quin terminus tuus jam appropinquet.*

f. Neque enim deſunt inter illos, qui vitam æternam vocant donum gratiæ; mortem, pœnam juſtitiæ. Author *Schatol Tavalea*; Dicunt (inquit) noſtri אלתואב פצל מן אללה ואלעקאב עדל *Præmium, gratia eſt à DEO; & pœna, juſtitia.* Item ועמל אלטאעה דליל עלי חצול אלתֿואב ופעל אלמעציה עלאמה אלעקאב *Obedientia autem erga Deum ſignum eſt præmij futuri, transgreſſio indicium pœnæ.* *Algazalius:* ואנה יתֿיב עבאדה עלי אלטאעאת בחכם אלוכד ואל ררם לא בחכם אלאסתחקאק ואללזום אד לא יגב עליה פעל ולא יתצור מנה טלם ולא יגֿב עליה לאחד חק ואו חקה פי אלטאעה וגב עלי אלכלק באיגֿאבה עלי לסאן אנביאיה לא במגֿרד אלעקל *Remunerat cultores ſuos propter obedientiã ratione promiſſi, & beneficentiæ, & non ratione meriti & neceſſitatis, cùm non ſit ad quod præſtandũ Ipſe teneatur, nec fingi poſſit in ipſo injuſtitia, neq; obſtringatur ipſe cuipiam. Quòd autẽ obſtringantur homines illi obſequiũ præſtare, fieri hoc, quòd hoc ab ipſis ſibi declaraverit per Linguã Prophetarũ, non ex ſimplici intellectûs dictamine.*

g. Un-

g · Unde 1. *Iuſtitiarios, qui opera ſua ſesquipedalibus verbis iactant, reiiciunt.* In Alcorano, ad verba: ולאתזכוא אנפסכם *Ne vos ipſos juſtificetis &c.* Ita *Beidavius*, pag. m. 871.
פלא תתנוא בזכא אלעמל וזידה אלכיר
קיל כאן נאס יעמלון אעמאלא חסנה תם
יקולון צלותנא וציאמנא פחגנא פנזלת:
Id eſt; *Neque gloriemini de juſtitia operum, & incremento boni: Refertur autem, fuiſſe quosdam, qui, cùm bonis operibus ſtuderent, dixerint: Preces noſtras, jejunia noſtra, peregrinationes religioſas noſtras! Et tunc textum hunc cœlitus fuiſſe demiſſum.* 2. *Iuſtificationem, gratuitum eſſe DEI opus.* Sur. 23. p. 191. ולו לא פצל אללה עליכם
ורחמהמא זכי מנכם מן אחד אבדא ולכן
אללה יזכי מן ישא *Niſi DEI benignitas & miſericordia vobis obtingeret, ne unus quidem veſtrum unquam juſtificaretur:* (ita propriè vox Arabica reddenda; quæ ipſis Arabibus eſt *remittere peccata*) *DEus autem juſtificat quem vult.* 3. *Iuſtitiarios ſuis innixos operibus periiſſe.* In tractatu Traditionum XL. Muhamedicarum, refertur p. m. 172. קאל
מעמר בן זיד בן אסלם אן רגלא כאן פי
אלאמם אלמאצית יגתהד פיאלעבאדה פישרד
עלי נפסה ויקנט אלבאס מן רחמה אללה
תעאלי תם מאת פקאל יא רבנא מא לי
ענדך

ענדך קאל אלנאר קאל יארב פאין עבאדתי ואגתהאדי קאל פיקול לה אנך תקנט אלנאס מן רחמתי פי אלדניא פאנא אליום אקנטך מן רחמתי *Dixit Moammer fil. Zeidi, filius Aſlemi, fuiſſe præteritis ætatibus virum, qui, cùm religionis eſſet ſtudioſiſſimus, vitam Monaſticam ſectabatur, de miſericordia DEI deſperatos reddiderit homines: Mortuum autem dixiſſe: Domine noſter, quæ mihi apud te merces? Reſpondiſſe Dominum: Ignis erit merces. Regeſſiſſe illum: Domine, ubi ergo cultus meus & ſtudium meum pro religione? Reſpondit* Dominus *Homines deſperare feciſti de miſericordia mea in hoc mundo, ego hodie te deſperare faciam de miſericordia mea.* 4. *Hominem debere, quicquid agit boni*; adeóque mereri nihil poſſe. Id quod *Gazalij* modò verbis expoſuimus. Eadem habet author *Compendij Teſſeracontateuchi* c. 8. totidem ferè verbis, quibus proinde exſcribendis ſuperſedebimus.

h. Ita negant Chriſti mortem Muhammedani, ut eum in cœlum aſſumtum velint, alio relicto, qui ejus induiſſet ſchema: Veterum hæreticorum exemplo. *Ignatius* aliquot Epiſtolis ſuos hortatur, ut vitarentur, qui Chriſtum δοκήσει & *opinione* tantùm, paſſum aſſererent. *Epiphan.* hæreſ. 24. p. 36. de Baſilidianis, ſcribit: Δραματουργεῖ ἡμῖν ἄλ-

λην

λην δραματουργίαν δεύτερος μιμολόγος, ἐν τῷ περὶ σταυροῦ λόγῳ Χριστοῦ οὐχὶ Ἰησοῦν φάσκων πεπονθέναι, ἀλλὰ Σιμῶνα τὸν κυρηναῖον. Hoc figmentum ipſi etiam ſtatim placuit *Muhammedi*, Sur. 3. קאל אללה יא עיסי אני מתופיך וראפעך אלי *Quando dixit DEus, ò Jeſu, equidem animam tuam diſſolvam, & attollam te ad me.* Mirum eſt, quàm ſe in hæc Muhamedis Dramaturgia exercuerint Interpretes! Primò videbant, mendacē ſui non ſatis fuiſſe memorē, ac proinde Pſeudo-prophetam ſibi contradixiſſe. Quid enim eſt תופי aliud, *quàm per mortem, animæ ſolutionem à corpore, ad Deum recipi?* Si ergo *mortuus* eſt *Jeſus*, ut quid tot omnium Gentium conſenſu & calculo traditam Hiſtoriam id ipſum fronte perfrictâ negârint? Sed quàm nihil ſolidi habeat ineptiſſimum Pſeudoprophetæ commentum, dubiæ ubique & incertæ doctiſſimorum Interpretum produnt conjecturæ. *Keſchaphus* ad l. c. וקיל מתופיך קאבצ̇ך מן אלארץ̇ תופית מא לי פלאן אדא אסתופיתה וקיל ימיתך פי וקתך בעד אלנזול מן אלסמא וראפעך אלאן וקיל הו מתופי נפסך באלנום מן קולה ואלתי לם תמת ופי מנא מהא *Dicunt nonnulli* מתופיך *eſſe idem quod*, colligens, congregans te è terra, *ut cùm dicitur, hac*

hâc phraſi Arabica, totum accepi ab eo, quod mihi debebatur. Alij verò ſenſum eſſe volunt: Mori te (Jeſum) *faciet* (DEus) *in tempore tibi deſtinato, poſt deſcenſum è cœlo; & jam te exaltabit. Aliis eſt, animam tuam, ſecundùm quietem, ad Se recipit, q. d. Et quæ mortua non eſt, dum dormiret &c.* Unde & *Beidavi* breviter: רוי אנהרפע נאימא *Refertur de eo, quòd dormiens ſit ſublatus. Deinde*, ut fabula placere poſſet, varias confinxerunt elabendi rimas. Et primi quidem ineptiſſimi demagogi, ſententiis ſtatim diſtracti, inſulſos cerebri ſui exſcreârunt mucos. Alium, Chriſti loco, crucifixum, ſtatuerunt conſtanter omnes. Quidam tamen, velut *meritum*; cæteri, & plures quidem, tanquam *juſtiſſimam* in blasphemos *pœnam*, Metamorphoſin illam proponunt. Ex *illorum* numero eſt Vahebus Ibn-Mabna, apud Keſſæum p.m.127. קאל והב אבן מבנה רצֹם למא אנקצֹת מדה עיסי עלם אוחי אללה אני מתופיך וראפעך אלי צאל פכֹרגֹ עיסי אלי אצחאבה פקאל איאכם יתשבה בי פיוכֹד פיצלב פיכון מעי פידרגתי פי אלגֹנה פקאל רגל אנא יא רוח אללה פקאל לה אגֹלס איהא אלעבד תם אעאד עליהם תאניא פקאל דלך אלרגֹל מתל מואלתה׳ אלאולי פאלקא אללה שבה עיסי

עיסי עלי דלך אלרגל תם דכל עיסי בית מטלם
פיה פרגה פי סקפה ואסעה ורפעה אללה אליה
תם אן הוד אבן מוסי והו ראס אליהוד דעא
בלרגל יקאל לה טיטאיוס פקאל לה אתרפך
בעיסי אדא ראיתה פאנטר אין תקתלה פאקבל
טיטאיוס ומעה אעואנה חתי דכל עלי עיסי
ליקתלה פלם יראה פקאל לאצחאבה אין
עיסי קאלוא לא עלם לנם בה פנטרוא
אלי רגל אלדי אלקא אללה עליה שבה עיסי
פאכדוה וקתלוה וצלבוה ודלך קולה תעאלי
ומא קתלוה ומא צלבוה ולכן שבה מהם וקולה
תעאלי ומא קתלוה יקינא בלרפעה אללה אליה

Vahebus Ibn-Mabna dixit: Cùm abſolutus eſſet terminus moræ Iſa, ſuper quo pax, inſpiravit ei DEus Excelſus: Ego recipio te, & exalto te ad me. Egreſſus ergo Iſa, ad ſocios (diſcipulos) *ſuos dixit: Quis veſtrûm ſimilitudinem mei induet, ut apprehenſus crucifigatur? Obtinebit talis eundem mecum gradum in Paradiſo. Ego, inquiebat quidam, ò Spiritus Dei! Huc ergo ſede, dixit Iſa, ò Serve. Tunc denuo (Iſa) ad illos reverſo idem dixit vir, quod antea. Et injecit DEus ſimilitudinem Iſa, viri illi; Jeſus autem ingreſſus domum tenebricoſam, in qua hiatus in amplo tecto, & ſuſtulit eum DEus ad ſe. Hudus autem, filius Muſa, Princeps Judæorum virum*

cui

cui nomen Titajus, vocavit, eique dixit: Obſerva Iſa, ut videas, qua eum ratione interficias. Titajus ergo cum ſociis ſuis domum Iſa in greſſurus eúmque interfectuum, non vidit ipſum. Quærit ergo ex ſociis ſuis, ubi Iſa eſſet? qui reſponderunt, ſe ignorare. Intuentes autem virum illum, cui DEus ſimilitudinem Iſa impreſſit, apprehenſum eum, occiderunt, atque crucifixerunt. Atque hoc eſt, quod dixit Deus opt. Max. Neque occiderunt eum, neque crucifixerunt eum, ſed ſimilitudinem iis datam. Item: Neque occiderunt eum verè; ſed recepit eum DEus ad ſe. *Reliqui* verò omnes ſimilitudinem illam, veluti Ovidianam Metamorphoſin, pœnis in blasphemos meritis adſcribunt. *Muhammed Abulnazarus*, fil. Abdorachmani p. m. 141. refert, אן אליהוד לענהם אללה קאלוא
אן עיסי סאחר ואחיאה אלמותי ועירדלך כלה
אלסחר פסמע עיסי עלם במא קאלוא
פאנתם לדלך פקאל אלאהי אנך תעלם
אפתראיהם פאלענהם פגעל אללה מנהם
אלקראדה ואלכנאזיר פבלע אלכבר אלי מלך
אליהוד וכאף אן ידעוא עליה איצא פאמר
בקתל עיסי עלם פאגתמעוא אליהוד פגאוא
אלי עיסי פכאן פי בית פארכלוא עליה אחד
ליקתלה פנזל גבריל עלם פצעד בעיסי אלי
אלסמא מן סקף אלבית וחול אללה תעאלי

צורה אלרגֿל אלדי דכל עֿליה עֿלי צורה עֿיסי
עֿלם פאכדוא אליהוד דלך אלרגֿל פקתלוה
פטנוא אנהם קתלוא עֿיסי ומא קתלוה והו מן
קצא אללה תעֿאלי וקדרה אן ירפע עֿיסי עֿלם

Judæi, quibus maledicat DEus, dixerunt: Iſa eſſe Magum: ſuſcitationem à mortuis, & cætera nihil eſſe niſi Magiam. Iſa autem, cùm hac audiviſſet, ſolicitum (turbatum) *dixiſſe: DEus mi, qui nôſti blaſphemias eorum, maledic illis. Et poſuit DEus ex iis quosdam ſimias, alios porcos. Rumor autem ille pervenit ad Regem Judæorum, qui veritus, ne idem malum in ſe acceſſeret, occidi Iſa juſſit. Congregati ergo Judæi ad Iſa acceſſerunt: Ipſe vero in domo quadam erat, & ingredi quendam juſſerunt, ut occideret eum. Deſcendens autem Gabriel ſ. q. p. cum Iſa è tecto illius domus, aſcendit in cœlum. Et mutavit DEus benedictus imaginem viri illius, qui domum fuit ingreſſus, in ſimilitudinem Iſa, ſuper quo pax; & apprehenſum Judæi virum illum occiderunt, putantes, ſe Iſa occidiſſe, quem tamen non interfecerunt. Fuit enim à decreto & providentia DEi ita ordinatum, ut Iſa ſublevaretur.* Fabulæ originē à mortis etiā Chriſti, reſuſcitatione cumprimis Semi Patriarchæ, petit *Keſſæus* in vitis Pat. p. m. 121. quæ omnia referre hujus loci non eſſe video. Ita crudè & ineptè Muhammedani γνήσιοι. Qui aut

προσον-

ſ

προσηλυτεύοντες, Chriſtianorum deſertis caſtris, iis acceſſerunt, aut ſcripta noſtra, etiam Sacra, legerunt, ut ſpecioſiùs mentirentur, dederunt operam: Præſertim *Ahmed Ibn Edris*, & *Ahmed ben Abdalla*, utrique officiales Mauritani: Et ut *ille* quidem in *Quæſt. & reſpons.* p. 308. impio figmento ex ſacris Literis colorem quærit, ita p. 221. valde operoſus eſt, ut gentium conſenſum eludat; *hic* verò & Scripturæ authoritate turpiſſimè abutitur, & rationem divino teſtimonio audaciſſimè opponit; de quibus tamen alibi. Hic enim unus articulus eſt, qui, ut facilè contra Muhammedanos poſſet obtineri, ita obtentus totam Muhammedicæ impietatis molem everteret, fidémque Alkorani prorſus convelleret.

i. Contra quam ex profeſſo diſputat uterque *Ahmed*, alter in *Quæſt. & reſp* p. 112. alter in *Confeſſione* ſua nupera. Quorum, *ξὺν θεῷ*, accuratior haberi poterit ratio, ubi ad Muhammediſmum fuerit deventum.

k. Per univerſum Alkoranum fieri illud, oſtendimus in *Bibl. noſt. Orient. p.* 109. &c.

l. Qua Pontificios Monachos multis paraſangis ſuperant, ceu diximus *Hiſt. Orient.* lib. II. Cap. V. *Archæol. Orient.* p. 99. 126.

 m. Mu-

m. Muhammedismi præcepta vel ſunt neceſſaria, à Deo, ut opinantur, injuncta; quæ פראיץ illi appellant; vel ſanctiones humanæ, סנן dictæ. De illis prolixè agit author כתאב אלרסאלה p. m. 114. de utrisque p. 121. Dolerem equidem, digreſſiones ejusmodi in Orientem, Hiſtoriæ occidentalis ſiſtere curſum, niſi duo me potiſſimum properaturum retraherent, ſtudium gratificandi illis, qui ea ſubinde, quæ ad Theologiæ noſtræ vel confirmationem faciunt, vel illuſtrationem, à nobis ſeriò flagitant; & neceſſitas, oſtendendi turpem eorum errrorem, qui Legali pœnitentia, ſatisfactionibus humanis, domi natis virtutem eluendi peccata, in gratiam cum Deo redeundi, tribuunt. Sint Muhammedanorum opera, *γυμνασίαι*, ritus, ceremoniæ aliæ, eò tamen, ut meritoriæ ſint, non minùs, quàm ab Eccleſia Pontificia, inſtitutæ. Habent utrinque nomen precum ſtatarum, humilterniorum, jejunii, peregrinationum religioſarum, diſciplinæ, *ἀσκήσεων*, *σκληραγωγίας*. Conveniunt ergo cauſis efficientibus, Doctorum & Antiſtitum authoritate, materia, forma externa, fine &c. Nec proinde à ſcopo noſtro erit alienum, ſi, ut ſupra ſcruta excuſſimus Romana, ita Catalo-gum

gum Muhammedanorum nunc rituum & ceremoniarum vel neceſſariarum, vel liberarum ex citato authore Arabico Mſc. & proponamus, & exponamus. I. אלוצו

ללצלאה פריצה פהו משתק מן אלוצאה אלא
אלאמצמצה ואלאסתנשאק ומסח אלארנין
מנה פאן דלך סנה אלסואך מסתחב מרעב פיה
ואלמסח עלי אלכפנין רכצה ותכפיף ואלעסל
מן אלגנאבה ודם אלחיץ ואלנפאס פריצה
ועסל אלגמעה סנה ועסל אלעידין מסתחב
ואלעסל עלי מן אסלם פריצה לאנה גנב ועסל
אלמית סנה ואלצלואת אלכמס פריצה
ותכבירה אלאחראם פריצה ובאקי אלתכביר
סנה ואלדכול פי אלצלאה בניה אלפרץ פריצה
ורפע אלידין סנה ואלקראה באם אלקראן פי
אלצלאה פריצה ומא זאד עליהא סנה ואגבה

Lotio autem ſacra (vox Arabica ipſam etiam notat aquam luſtralem) *eſt, ex præcepto divino, neceſſaria; excepta collutione oris, & narium, quæ fit attractione aquarum, & abſterſione aurium, quæ traditionis ſunt. Dentium defrictio grata & deſiderabilis; & deterſio ocrearum in itinere pollutarum facilis eſt & levis. Lotio à pollutione ex effuſo ſemine, ſanguine menſtruato, & puerperio neceſſaria. Lotio diei Veneris traditionis eſt. Ablutio duobus diebus feſtis* (ma-

 jori

jori & minori, de quibus *Biblioth. Orient.* pag. 166.) *accepta: Ablutio autem ejus, qui Islamiſmum ſuſcepit, neceſſaria; quia talis peregrinus, hoſpes eſt* (veluti Judæi Proſelytos ſuos intromittere ſolebant per טבילה βαπτισμὸν:) *aut, propter ſeminis emiſſionem non lotus. Ablutio, mortui, traditionis eſt. At precandi quinque vices neceſſariæ.* Μεγαλυνισμὸς (precandi formula eſt; אללהאכבר *DEus maximus*) *in feſtis ſacris, neceſſarius; reliqui* μεγαλυνισμοὶ *ſunt diſpoſitiones Hierarchiæ. Ingreſſus ad preces ea intentione, ut quis illas divinitus imperatas credat, neceſſarius eſt: Elevatio manuum, ſanctionis humanæ. Lectio prima Suratæ Alkorani in precibus, legis divinæ; cætera, quæ eis accedunt, neceſſaria.*

11. ואלקיאם ואלרכוע ואלסגוד פריצה
ואלגלסה אלאולי סנה ואלתאניה פריצה
ואלסלאם פריצה ואלתיאמן קלילא סנה ותרך
אלכלאם פי אלצלאה פריצה ואלתשהדאן
סנה אסתקבאל אלקבל פריצה וצלאה אלגמעה
ואלסעי אליהא פריצה ואלותר סנה ואגבה
וכדלך צלאה אלעידין ואלכסוף ואלאסתסקא
וצלאה אלכוף ואגבה אמר אללה סבחאנה
בהא והו פעל יסתדרכון בה פצל אלגמאעה

Statio, inclinatio (qualis eſt, cùm manus imponuntur genubus, aut depreſſum dorſum

æqua-

æqualiter exporrigitur *) adoratio (*quæ peragitur, frontem applicando terræ, ad commonſtrandam ſupplicis animi dejectionem atque abnegationem ſui ipſius) *neceſſitatis ſunt. Seſſio verò* (quæ Orientalibus eſt humicubatio) *prior, conſtitutionis*; *poſterior neceſſitatis*; *ſalutatio* (formula intelligitur, qua viri ſancti memoriæ benedicitur, terminis עליה אלסלאם *pax ſuper eo) itidem neceſſitatis, mora exigua traditionis: Abſtinentia à ſermocinatione inter preces, neceſſitatis; duplex teſtificatio* (quo nomine vel intelligunt uſitatatam illam ὁμολόγησιν אשהד לא אלאה אלא אללה ומחמד רסול אללה *Non eſt DEus, niſi ille DEus, & Muhammed Legatus DEi*; vel moram, quam in precibus conſidendo trahunt, ut Muhammedi ſuo bene precentur*) traditionis: Obvertere ſe Templo Meccano* (in precibus) *neceſſarium eſt; ut & precatio die Veneris, & ſtudium ſive propoſitum ei ſe adjungendi: Precatio privatim peracta, conſtitutionis neceſſaria eſt: ita & precatio duorum feſtorum. Cùm Eclipſis eſt Lunæ, aut impetranda irrigatio*, (pluvia *Erpen.* Hiſt. Elm. p. 6. legit צלאה אלאסתשפא *precatio pro obtinenda ſanitate*; ſed hæc noſtra lectio verior eſt, niſi de alia fortè loquatur *Erpenius*) *preces fiunt; Precatio timoris neceſſaria eſt, quam mandavit DEus laudatus:*

Opus enim eſt, quo totus Cœtus conſequitur beneficium.

III. ואלעסל לדכול מכה מסתחב ואלגמע
לילה אלמטר תכפיף פקד פעלה אלכלפא
ואלגמע בערפה ומזדלפה סנה ואגבה וגמע
אלמסא פר פי גד אלסיר רכצה וגמע אלמריץ
יכאף אן יעלב עלי עקלה תכפיף וכדלך גמעה
לעלה בה פיכון דלך ארפק בה ואלפטר פי
אלספר רכצה ואלאקצאר פיה ואגב ורכעתי
אלפגר מן אלרעאיב וקיל מן אלסנן וצלאה אל
צחי נאפלה וכדלך קיאם רמצאן נאפלה
ופיה פצל כתיר ומן קאמה אימאנא ואחתסא
באׄ עפר לה מא תקדם מן דנבה ואלקיאם
מן אלליל פי רמצאן ועירה מן אלנואפל אלמרעב
פיהא ואלצלאה עלי מותי אלמסלמין פריצה
וכדלך מוארתהם באלדפן עסלהם סנה ואגבה
כדלן וטלב אלעלם פריצה עאמה יחמלהא
מן קאם בהא אלא מא ילזם אלרגל פי כאצה
נפסה ופריצה אלגהד עאמה יחמלהא מן קאם
בהא אלא אן יעשי אלעדו מחלה קום פיגב
פרצא עליהם קתאלהם ארא עאנוא מתלי
עדתהם וא לרבאט פי תעור אלמסלמין וסדהא
וחיאטתהא ואגב יחמלהא מן קאם בהא

Lotio ad ingreſſum Meccanum, accepta eſt. Panegy-

negyris, nocte pluvioſa, facilitas, quam & Chaliſa peregerunt. Panegyris, in monte Arafat, ejusq; preſſus confluxus, neceſſaria inſtitutionis. Panegyris peregrinantis, cum commodū eſt iter, commoditas. Panegyris ægroti, cum metuitur, ne mentis fiat impos, levitas. Ita cùm ſe aggregaverit propter morbum ſuum, (morbi pellendi animo) *majus illud ei afferet adjumentum. Solutio jejunij in itinere, commoditas eſt. Abſtinentia in eo, neceſſaria eſt. Duæ matutinæ incurvationes res* περιπόθητοι *ſunt; aliis traditio. Oratio, quæ inter Solis ortum & meridiem peragitur, ſpontanea eſt. Ita & ſtatio Ramadani, in qua magna* ἐξοχή: *Quisquis enim fideliter, & animo imputationis (merendi ſtudio) fecerit, remittuntur ei omnia præcedentia peccata. Qui noctu menſis Ramadan, aut aliâs ſurrexerit,* ἑκούσιον *quidem & ſpontaneum, ſed deſiderabile facit opus. Oratio pro defunctis Muſelmannis neceſſaria; ut lotio eorum, cùm in ſepulchra ſunt recondendi, neceſſaria conſtitutio. Studium literarum neceſſarium eſt, quod, qui ei invigilat, patienter ferre debet in genere, præter id quod unicuique incumbit in ſpecie. Pugna* (pro religione) *neceſſaria lex eſt, generaliter, quam patienter ſuſtinebit, qui exequi eam debet: Niſi veſperi accedat hoſtis, catervatim caſtra metaturus, tum lege tenentur eum oppugnare, cùm ſubſidium afferunt alterum tantum majus numero. Equitum verò*

turma ad fines Muſelmannorum, præſidium militare, & munimenta eorum maximè convenit, ut, cui incumbit, ſtudiosè curet

IV. וצום שהר רמצאן ואלאעתכאף
נאפלה ואלתנפל באל צום מרעב פיה וכדלך
צום יום עשרא ורגב ושעבא ויום ערפה
ואלתרויה וצום יום ערפה לעיר אלחג.

Jejunium menſis Ramadani neceſſarium: Mora in templo Meccano, cultus ſpontaneus; Tὸ ἑκού-σιον *autem in jejunio valde deſiderabile. Ita jejunium diei decimi menſis Muharram, & Raghebi, & Schaabani, & diei Arafat, & apparitionis, & jejunium diei Arafat, extra ſolennitatem feſti.*

V. חכאה אלעין ואלחרת ואלמאשיה
פריצה וזכאה אלפטר סנה פרצהא רסול אללה
עלם וחג אלבית פריצה ואלעמר סנה ואגבה
ואלתלביה סנה ואלניה באלחג פריצה ואלטואף
ללאפאצה פריצה ואלסעי בין אלצפא
ואלמרוה פריצה כדלך אלטואף אלמתצל בה
ואגב וטואף אלאפאצה אכד מנה ואלטואף
ללודאע סנה ואלגמע בערפה ואגב ואלוקוף
בערפה פריצה ומבית אלמזדלפה סנה ואגבה
ובדלך אלחלאק ותקביל אלרכן סנה ואלעסל
ללאחראם סנה ואלרכוע ענד אלאחראם
סנה ועסל ערפה סנה ואלעסל ללדכול מכה
מסתחב

מסתחב ואלצלאה פי אלגמאעה אפצל מן
צלאה אלפד בסבע ועשרין דרגה ואלצלאה פי
אלמסגד אלחראם ומסגד אלרסול פדא אפצל
מן אלצלאה פי סאיר אלמסאגד ואכתלף פי
מקדאר אלתצעיף בדלך בין אלמסגד
ואלחראם ומסגד אלרסול עלםם ולם יכתלף
אן צלאה פי מסגד אלרסול אפצל מן אלף
צלאה פימא סואה וסוי אלמסגד אלחראם
מן אלמסאגד ואהל אלמדינה יקולון אן
אלצלאה פיה אפצל מן אלצלאה פי אלמסגד
אלחראם בדון אלאלף והדה כלה פי אלפראיץ
ואמא אלנואפל ופי אלביות אפצל ואלתנפל
באלרכוע לאהל מכה אחב אליה מן אלטואף
ללערבא אחב אלינא מן אלרכוע לקלח וגור
דלך להם *Decimæ nummorum, agrorum & pecorum ſunt neceſſariæ. Decimæ* (Eleemoſyna, διανηστισμοῦ feſto Muhamedico, quod menſis Ramadani Jejunio ſucceſſit, erogata; vid. *Bibl. Orient. noſt.* p. 117.) *inſtitutio ſunt, quam Apoſtolus ſ. q. p. ſanxit. Peregrinatio Domûs* (Meccanæ) *religioſa, divina eſt; mora ibi, traditionis neceſſariæ: Peregrinantium conſortium, mutuúmque eorum obſequium, traditio peregrinanti neceſſaria, ut & circuitus ad impetuoſum illum confluxum, quo peregrinantes â monte Arafat ad Minam tendunt: Proceſſio inter Zafa &*

& Marva neceſſaria. Circuitus item ei annexus neceſſarius. Circuitus à monte Arafat ad Minam laborioſior eſt (magis conſtringit) *Circuitus valedictorius* (ultima peregrinatio) *traditio. Pernoctatio in Mina, die Arafat, itidem traditio. Congregatio autem in Arafat, neceſſaria. Statio in Arafat, conſtitutionis divinæ. Pernoctatio preſſa peregrinantium frequentiæ, traditionis neceſſariæ: Ita & tonſura, & oſculum angulorum traditio. Ablutio locorum ſacrorum, Inclinatio ad loca ſacra, lotio Arafat traditio. Ablutio ad ingreſſum Meccanum deſiderata eſt. Preces totius Conventus, viginti ſeptem gradibus ſunt præſtantiores precibus privatis: Preces in Templo Meccano, & Templo Apoſtoli* (Muhammedis, Medinenſi) *privatæ antecellunt preces, in reliquis Templis, omnes. Diſceptatur tamen de menſura dupli inter Templum Meccanum, & Apoſtoli ſ. q. q. Extra controverſiam tamen eſt, preces in Templo Apoſtoli meliores eſſe mille precibus alibi conceptis: In templo Meccano præſtantiores cæteris, in quibusq; Meſgidis peractis. Populus autem Medinenſis ſtatuit preces in Apoſtolico templo recitatas præſtare, mille circiter modis. Atque hæc omnia ſunt divinæ authoritatis. Inter ſpontanea, quæ in Ædibus ſacris peraguntur, præſtant. Sponte ſuſcepta incurvatio populi Meccani nobis gratior, Circuitu: Circuitus autem religioſè peregrinan-*

grinan-

grinantium incurvatione nobis acceptior, propter paucitatem eorum, qui illum facere reperiuntur.

VI. ומן אלפראיץ̇ ע̇ץ̇ אלבצ̇ר ען אלמחארם וליס פי אלנטרה אלאולי בעיר תעמדה רג̇ ולא פי אלנטר אלי אלמג̇תאלהולא פי אלנטר אלי אלשאבה לעדד בשהאדה עליהא ומשבהה וקד ארכ̇ץ פי דלך ללכ̇אטב

Ex ſtatutis divinis eſt depreſſio oculorum à rebus illicitis : Neque tamen primus intuitus, absque προαιρέσει, culpa eſt; Neque aſpectus eligendæ (in matrimonium; *aliàs* etiam peregrinantem, luſtrantem ſignificat*) neque aſpectus puellæ prætextu, ut teſtimonium de ea perhibere poſſit, aut alio aliquo ſimili. Hæc enim ei, qui filio quærit conjugem, magnam afferunt facilitatem.*

VII. ומן אלפראיץ̇ צון אללסאן ען אלכדב ואלגור ואלפחשא ואלעיבה ואלנמימה ואלבאטל כלהפקאל אלרסול עלם מן כאן יומן באללה ואליום אלאכר פליקל כ̇יראאו ליצמת וקאל מן חסן אסלאם אלמר תרכה מא לא יעניה *Ex ſtatutis divinis eſt cuſtodia linguæ à mendacio, & falſo, & obſcæno, abſcondito, obtrectatione & omni vanitate. Dixit Apoſtolus ſ. q. p. Quis quis crediderit in Deum,*

&

& ultimum judicium; dixerit bonum, aut tacuerit. Dixítque: optimum viri in Iſlamiſmo eſſe, ut illud deſerat, quod ad ipſum non ſpectat (ſua curet, aliena linquat) &c.aut non juvat.

VI. וחרם אללה סבחאנה דמא אלמסלמין
ואמואלהם ואעראצ֗הם אללא בחקהא
ולא יחל דם מסלם אלא אן יכפר בעד
אימאנה או ירתי בעד אחצאנה או יקתל נפס
בע֗יר נפס או פסאד פי אלארץ֗ או תמרק מן
אלדין פלתכף ידך עמא לא יחל לך מן
מאל אוג֗סד אודם ולא תסע בקדמיך פימא
לא יחל לך ולא תבאשר בפרג֗ך או בשימן
גסדך מא לא יחל לך קאל אללה תעאלי ואלדין
הם לפרוג֗הם חאפטון אלא עלי אזואג֗הם
או מא מלכת אימאנהם פאנהם ע֗יר מלומין
ומן אבתע֗א ורא דלך פאוליך הם אלעאדון
וחרם אללה סבחאנה אלפואחש מא טהר
ומא בטן ואן יקרב אלנסא פי דם חיצהן
או דם נפאסהן וחרם מן אלנסא מא
תקדם דכרנא איאה ואמר באכל אלטיב והו
אלחלאל פלא יחל לך אן תאכ֗ל אלא טיבא
ותסתעמל סאיר מא תנתפע בה טיבא ומן ורא
דלך מתשבהאת מן תרכהא סלם ומן אכ֗דהא
כאן כאלראתע֗ חול אלחמא יושך אן יקע פיה

Et prohibuit Deus laudatus ſanguinem Muſelman-

mannorum,& opes eorum,& ſupellectilia eorum, niſi jus & æquum aliud poſtulet : Neque permiſſus eſt ſanguis Muſelmanni, niſi, poſtquam credidit, fidem abnegaverit, aut diſſolutus ſit, poſtquam ſe (conjugio) *munivit; aut alium, absq; culpa, aut ſummam ob corruptionem occiderit, aut à religione deflexerit: aliâs abſtinebis manum tuam ſimpliciter. Nihil tibi permiſſum eſt, neque in opes, neque in corpus, neque in ſanguinem. Tu autem pedes tuos, in ea quæ illicita ſunt, non extendas, neque experiaris relaxationem tuam in iis, aut in ulla re corporis t ui, quæ tibi permiſſa non eſt. Dixit DEus Celſiſſimus: Qui autem verecundiam ſuam cuſtodiunt; exceptis conjugibus, aut manu acquiſitis; ſunt illi irreprehenſibiles. Qui verò hæc etiam ſectantur, ſunt illi utique transgreſſores. Prohibuit verò DEus obſcæna, ſive manifeſta ſint, ſive occulta, & cùm quis appropinquat mulieribus menſtrua patientibus, aut puerperis. Prohibuit autem eas mulieres, quarum mentio* (poſt initium *Surat.* de *mulieribus*) *præceſſit, juſsitque edere bona, quæ conceſſa ſunt: Non conceſſit autem tibi, ut quicquam edas, niſi bonum; cæteris, quæ proſunt, fruaris ad voluptatem. Qui cætera, quæ h is ſimlia non ſunt, relinquit, ſalvus erit; qui verò ea apprehendit, ſimilis ei, qui liberè paſtus circa lutum, citò in illud incidet.*

והרם VII.

IX. וחרם אללה אכל אלמאל באלבאטל ומן אלבאטלאלעׄצב ואלתעׄדי ואלכׄיאנה ואלרבא ואלסחת ואלקמאר ואלעׄרר ואלעׄש ואלכׄדיעה ואלכׄלאבה

Prohibuit etiam DEus conſumtionem facultatum iniquam, nempe per rapinam, exceſſum, deceptionem, uſuram, modum illicitum, luſum (chartarum cum primis) *fraudem, dolum, artes cladeſtinas & violentum raptum.*

X. וחרם אללה אכל אלמיתה ואלדם ולחם אלכׄנזיר ומא אהל לעׄיר אללה בה ומא דבח לעׄיר אללה ומא אעאן עלי מותה תרדא מן הבל או וקדה בעׄצא או עׄירהא ואלמתחנקה בחבל או עׄירה אלא אן יצׄטר אלי דלך כאלמיתה ודלך אדא צארת בדלך אלי חאל לא חיאה בעׄדה ולא דכאה פיהא ולא באס ללמצׄטראן יאכל אלמיתה וישבע ויתזוד פאן אסתעׄני ענהא טרחהא וכל שי מן אלכׄנזיר חראם

Vetuit DEus morticinium, ſanguinem & carnem porcinam, & omne quod in alio, quàm DEi nomine (ſolent enim ritè mactaturi dicere בסם אללה *in nomine DEi*) *mactatur, aut Idolothytum, aut quod ſuum promovit interitum præcipitando ſe de monte, aut incendio mutuo; aut alio ſimili modo: ſuffocatum item laqueo, aut alio*

alio inſtrumento; niſi invitus cogatur, quaſi morticiniũ, id quod contingit, cùm ad illum ſtatum reducitur, ut neque vita poſtea ei ſuperſit, neque maſtandi actus. Neque enim malum eſt, coactum edere morticiniũ, ut eo ſatietur, & ad viaticum inſtruatur: Quod ſi verò utilitatem inde ſuam accepit, abjicit illud. Omne autem porcinum eſt illicitum.

XI. וחרם אללה סבחאנה שרב אלכמר
קלילהא וכתירהא ושראב אלערב יומיד פציח
אלתמר ובין אלרסול עלם אן כל מא אסכר
כתירה מן אלאשרבה וקלילה חראם וכל
מא כמר אלעקל פאסכרה מן כל שראב פהו
כמר פקאל אלרסול עלם אן אלדי חרם
שרבהא חרם ביעהא ונהי ען אלכליטין מן
אלאשרבה ודלך אן יכלט ענד אלאנתבאד
וענד אלשרב *Vetuit autem Deus laudatus potum vini, pauxillum & multum: potus autem Arabum hodie eſt vinum ex contuſis immaturis* (ne ferveat) *dactylis paratum. Explicuit autem Legatus S. q. p. mentem ſuam, omnem illum, ſive parvum, ſive magnum potum, qui inebriat, eſſe illicitum: Quidquid autem intellectum turbat, eúmque inebriat, cujuſmodicunq; potus ſit, eſſe vinum. Dixit inſuper Legatus S. q. p. Qui prohibuit ejus potum, prohibuit etiam ejus venditionem. Prohibuit inſuper duas potûs mixtiones*

nes (potum dilutum) *ut, cum miſcetur vinum ex dactylis, aut etiam uvis paſſis* (etenim, juxta regulam Arabum, מעני פי אלכמר ליס פי אלענב vino non ea proprietas eſt, quæ uvis, id quod lepidâ apud *Busbequium* illuſtratur de ipſo Imperatore Ottomannico Hiſtoriâ pag. 296.) *Cum alio potu.*

X. ונהי עלם ען אכל כל די נאב מן אל סבאע וען אכל לחום אלחמר אלאהליה ודכל מדכלהא לחום אלכיל ואלבעאל לקול אללה תבארך ותעאלי לתרכבוהא וזינה ולא דכאת פי שי מנהא אלא פי אלחמר אלוחשיה ולא באס באכל סבאע אלטיר וכל די מכלב מנהא

Vetuit etiam Muhammed. S. q. p. eſum omnis feræ dentatæ, eſum carnium aſinorum domeſticorum: quo pertinent carnes equorum, mulorum, (juxta *ſententiam Dei benedicti & celſiſſimi: Ut imponatis iis pondera:*) *ex quibus nihil mactationi commodum eſt, niſi aſini ſylveſtres. Neque culpabile eſt edere aves, & quicquid ungues habet aduncos.*

XI. ומן אלפראיץ בר אלואלדין פאן כאנא פאסקין ואן כאנא משרכין פליקל להמא קולא לינא ויעאשר המא באלמערוף ולא יטעיהמא פי מעציה כמא קאל אללה סבחאנה ועלי אלמומן יסתעפר לאבויה אלמומנין ועליה מולאה

מולאה אלמומנין ואלנציחה להם ולא יבלע
אמר חקיקה אלאימאן חתי יחב לאכיה
אלמומן מא יחב לנפסה כדלך רוי ען רסול
אללה צלם ועליה אן יצל רחמה *Ex conſtitutionibus divinis eſt, ſopyų in parentes, etiam impios, etiam Aſſociantes (ita Chriſtianos, & Judæos potiſſimùm appellant) eos blandè compellet, iíſque decenter cohabitet, neque inobedientiâ in illos, peccet, juxta Dei laudati effatum: Fideli convenit, ut à parentibus ſuis fidelibus remiſſionem peccatorum petat: Eidémque incumbit, ut fidelibus benefaciat, & amicè conſulat. Neque quiſquam ad fidei veritatem pervenit, donec fratrem ſuum fidelem dilexerit, ſicuti animam ſuam diligit*, prout id *de Apoſtolo S.q.p. refertur: Ejuſdem quoque eſt propinquis ſocietate & conſuetudine jungi.*

XII. ומן חק אלמומן עלי אלמומן אן יסלם
עליה אדא לקיה ויעודה אדא מרץ וישמתה
אדא עטס וישהד גנאזתה אדא מאת ויחפצה
אדא עאב פי אלסר ואלעלאניה ולא יהגר
אכאה פוק תלאת ליאל פאלסלאם יכרג מן
אלהגרה ולא ינבעי לה אן יתרך כלאמה בעד
אלסלאם ואלהגראן אלגאיז הגראן די
אלבדעה או מגאהר באלכבאיר *De officio fidelis eſt, infidelem, ut illum, cùm occurrerit ei, ſalutet; ægrotum viſitet, tuſſienti bene precetur,*

precetur, funeri interſit defuncti, colligat (ſublevet) *eum, ſi conſternatus eſt, vel clam, vel palàm. A fratre ſuo ultra tres noctes non ſit disjunctus: ſalutationem promat tempore diſceſſus* (cum à ſe invicem diſcedunt.) *Neque convenit, ut poſt ſalutationem fari deſinat. Dimiſſio autem* (valedictio) *hominis hæretici, aut gravibus peccatis notati, indifferens eſt*; quia nullum ejus agnoſcunt uſum.

XIII. ומן מבארם אלאכלאק אן תעפו
ען מן טלמך ותעטי מן חרצך ותצל מן קטעך
וגמאע ארב אלביר ואזמתה תתפרע ען ארבעה
אחאדית קול אלנבי עלם מן כאן יומן באללה
ואליום אלאבר פליקל כירא אם ליצמת וקולה
עלם מן חסן אסלאם מר תרכה מא לא יעניה
וקולה ללדי אכתצר לה פי אלוציה לא תעצב
וקולה אלמזמן יחב לאכיה אלתו מן מא יחב
לנפסה ולא יחל לך אן תתעמד סמאע אלבאטל
כלה ולא אן תתלר בסמאע כלאם אמראה
לא תחל לך ולא סמאע שי מן אלמלאהי
ואלענא ואלאקראה אלקראן באללחון אל
מרגעה כתרגיע אלענא ולאיחל כתאב אללה
אלעזיז אן יתלי אלא בסכינה ווקאר ומא יוקן
אן אללה ירצי בה ויקרב מנה מע אחצאר
לדלך אלפהם *Præſtantiſſimi mores ex eo lucent,*

cent cum ei remiſeris, qui injuriâ te affecit, & dederis ei, qui provocavit te; ei adhaſeris, qui ſe à te ſeparat. Sylloge autem optimorum morum, & cohærentiarum ejus, quatuor ſententiis Muhammodis abſolvitur, ut, cùm dicit Propheta: Quisquis crediderit in Deum, & ultimum diem, aut bonum dicat, aut ſileat. Item, cùm dicit: Optimum Islamismi viri eſt, relinquere, quod te non juvat. Item: Ei cui compendiosè traditum præceptum, non iraſcaris. Item: Fidelis diligat fratrem ſuum fidelem, ut diligit ſemet ipſum. Neque permiſſum tibi eſt, ut vano *rumori innitaris ullâ ratione, neque delecteris auditu ſermonis mulieris tibi illicita, ulliúſve rei ludicræ, aut cantici:* Lectionem *verò Alcorani vitioſâ vocalium pronunciatione enormem repetere licet, ut & canticum. Neque conceſſum eſt legere librum Dei, niſi quietè & reverenter, & ſi quid aliud eſt, quod Deo placeat: cum intellectu præſertim ad illum* (Alkoranum) *accedat.*

XIV. ומן אלפראיץ ·אלאמר באלמערוף
ואלנהי ען אלמנכר עלי כל מן בסטת ידה ·פי
אלארץ ועלי ·כל מן תצל ידה אלי דלך פאן לם
יקדר עלי דלך פבלסאנה פאן לם יקדר
פבקלבה ופרץ עלי כל מומן אן יריד בכל קול
ועמל מן ·אלבר וגה ·אללה אלכרים ומן אראד
בדלך גיר אללה לם ·יקבל עמלה ואלריא

אלשיר אלאצער *Ex ſtatutis divinis eſt præcipere honeſtum,& prohibere illicitum unicuique, cujus manus eſt expanſa ſuper terram, & cujuscunque manus eò pertingit. Id ſi fieri non poſſit* (opere,) *linguâ ſaltem fiat: ſi non linguâ, corde. Lege etiam divina cuilibet fideli injungitur, ut quicquid vel dicit vel facit recti, intuitu Dei præſtet: Qui enim, extra Deum, aliquid* tentaret, opus *ejus non reciperetur. Eſt námq; hypocriſis minor aſſociatio.* Ita πολυθεΐαν, ſive εἰδωλολατρείαν Arabes appellant. Claudit bonorum operum ſuorum Catalogum authoriis, quæ de *pœnitentia* ſupra jam diximus pag. 409. Atque hæc quidem ex ſcripto ἀνεκδότῳ attexere placuit, ut conſtaret lectori, quàm ſoliciti eſſent Muhammedani de ratione vel declinandi, vel eluendi peccata. Duo vocabula פראיץ *inſtituta divina, Leges neceſſariæ, ſcriptæ*; & סנן *Traditiones, ſtatuta humana*; *Eccleſiaſtica* in noſtris ſcholis appellari ſolent; in jure Muhammedico idem ſunt, quod Hebræis תורה שבכתב *Lex ſcripta*, & תורה שבעל פה *Lex oralis*; Pontificiis Verbum Dei ἔγγραφον, & ἄγραφον. Utrumque Muhammedani urgent, ex utroque religionis ſuæ principia deſumunt. Vocem אלואגב pro circumſtantiarum varietate modò *neceſſarium* transtulimus; modò

modò *conveniens, decorum*. Utrumque enim admittit ſignificatum. Cæterùm in reliquis paulò mororſior fui Interpres, ut, quantum fieri poſſet, Arabiſmũ exprimerẽ. Si quæ obſcuriora videantur τεχνικὰ, alibi illa fuſiùs explicabimus. *Specialior* doctrinæ Indulgentiariæ Syntheſis hoc loco non fuiſſet impertinens, niſi brevitatis ſtudium calamum tardâſſet calentem. Satisfactiones Pontificii poſcunt *Theologicas*; poſcunt & Muhammedani. Habent certas illi *precandi formulas*, quibus ſemel iterúmq; repetitis, virtutem meritoriam & ſatisfactoriam tribuunt. Habent & Muhammedani, qui ut in genere preces & Jejunia appellant אנואע אלעבאראת אלנפסאניה ואבדניה מן אלטהארה ואלסתר *compendium omnium ſpecierum cultuum ſpiritualium & corporalium, externarum & internarum*; Beid. ad c. 2. Alkor. Ita in ſpecie de precibus, Muhammed. אלצלוה עמאד אלדין פמן אקאמהא פקד אקאם אלדין כלהא ומן תרכהא וקד הדם אלדין כלהא *Precatio eſt columna religionis; qui eam ſtabilit, totam ſtabilit religionem, qui verò reliquerit eam, totam deſtruit religionem*. Item: אקל מא יחאסב בה אלעבד יום אלקיאמה ען אלצלוה פאן אתי בהא ארכל אלגנה ואלא זג כי אלנאר *Etiam minimi, quod quis de precibus ultimo judi-*

 cio

cio attulerit, habebitur ratio. Si quid de iis attulerit, ingredietur Paradiſum; ſin, mergetur in ignem. Sequi Cruciatam, cum primis Pontificiis expiatorium eſt, & qui arma contra Muhammedanos capeſſunt, præ cæteris indulgentias Pontificias obtinent; Muhammedani eos, qui cadunt פי סביל אללה *in via Dei*, pro religione, *κατ' ἐξοχὴν* Martyres appellant, quibus cœlum promittunt patulum, & apertum. Surat. *populi Imran*, num. 3. ita Muhammed. פלא תחסבן אלדין קתלוא פי סביל אללה אמואתא בל אחיא ענד רבהם יחקון *Nolito exiſtimare, eos, qui occiſi ſunt in via Dei, eſſe mortuos, quin imò vivi apud Dominum ſuum ſuſtentantur.* In cujus loci explicatione prolixi ſunt commentatores, & vel ad præſentem, vel futuram, certam tamen, eámque inſtantem referunt vitæ æternæ fruitionem. Inſidioſum hujus materiæ tentamen ab ipſo Tamerlane Muſelmannis propoſitum vide *Hiſtor. Eccleſ.* T. IV. pag. 609. In *eodem capite*, paulò ſuperiùs: ולין קתלתם פי סביל אללה אן מתם למעפרה מן אללה ורחמה כירא ממא יגמעון *Quòd ſi autem occidemini, aut moriamini in via Dei, utique condonatio à Deo & miſericordia præſtat iis, quæ colligere poſſent.* breviter: Habent

bent Pontificii ſuas Indulgentias *militares*; habent & Muhammedani. Habent illi *Theologicas*: Viſitationibus templorum, certis precum formulis, Jejuniis, &c. etiam ubi nulla inter præmium & pretium proportio eſt, paratæ ſunt Indulgentiæ. Easdem & Mnhammedani venditant, vel Alkorani legentibus paucula ὅτι παραχρῆμά τινα, vel Templum viſitantibus Meccanum, ridicula quædam ſacra obeuntibus, ſepulchra defunctorum viſitantibus. Duobus, tribúsve verbis remiſſionem culpæ, indéque ſequentis pœnæ, tribuunt, בינמא רגל מסתלק
עלי פראשה אד רפע ראסה פנטר אלי אלנגום
ואלי אלסמא פקאל אשהד אן כל רבאוכאלקא
אללהם אעפר לי פנטר אללה אליה פעפר לה
Cùm quidã jacens in lecto ſuo caput exuliſſet, ſtellásque intuitus, & cœlum dixiſſet: Teſtor hæc omnia Dominum habere & creatorem. O Deus, remitte mihi! reſpexit eum Deus, & remiſit ei.

Vendunt Pontificii Indulgentias, ipsúmque adeò cælum *eleemoſynis*, quas vocant, donationibus, Templorum vel ſtructuris, vel reparationibus, Monaſteriorum augmentis, &c. Vendunt & Muhammedani *decimis*, quas religioſiſſimè, veluti inſtitutum divinum, *eleemoſynas* זכאת appellare ſolent, prout Hebræi צדקה *juſtitiam*;

Quanquã ne Arabibus vocabulũ צדקה ſtri-
ctè pro eleemoſina ignotũ ſit. Hoc ſenſu po-
ſtea ex Alkorani C. 2. quædam dabimus ex-
empla. Codex Ravianus Mſc. de quo
Biblioth. Orient. pag. 180. Lib. IV. ex profeſſo
agit de צדאקאת *eleemoſynis*, objecto & mo-
do erogandi. Et initio quidem Cap. I. agitur
מן יגוז דפצאלע דקרה אליהומן לא יגוז
cui eleemoſyna debeat erogari, & cui non debeat.
Ex mente Muhammedis eleemoſyna deſti-
nanda, ללפקרא פאלמסאכין ואלעאמלין
Pauperibus, mendicis & operariis. פאלפקיר
מן לה אדני שי ואלמסכין מן לא שי לה
ואלעאמל ידפע אליה אלאמאם אן עמל בקדר
עמלה ואלרקאב יעאן אלמכאתבון פי פך
רקבאתהם ואלעארם מן לזמה דין ופי סביל
אללה מנקטע אלעזאת ואבן אל סביל מן כאן
לה מאל פי וטנה פהו פי מכאן מא שי לה פיה
Phakir *eſt, qui minimum poſſidet,* Meſcin, *qui
nihil: operarius cui eleemoſyna debetur, eſt
Antiſtes, cùm officium ſuum pro virili facit; &
mancipia, ut juvari poſſint, quando certam pecu-
niæ ſummam ad obtinendam libertatem Dominis
ſcribere debent; obaratus, cui certus ſolvendi præ-
fixus eſt terminus; Ad viam Dei,* (in uſus ſa-
cros, religionis & amoris divini ergò) *ille, qui
bello eſt exhauſtus: Viator, qui quidem domi ſuæ
habet*

habet facultates, in eo autem jam loco eſt, ubi nihil poſſidet. Sed hæc אגב אורחא in tranſitu. Revertimur ad priorem vocem זכאה, cui Etymi rationē aſſignant diverſi diverſam. Alii à *creſcendi* ſignificatu deducunt, quòd inde acceſſurum opibus incrementum ſperetur. *Aliys* magis placet purgandi notio. פאנהא תטהר אלמאל מן אלבכת ואלנפס מן אלבכל *quòd opes ab inquinamento, & animum ab avaritiæ ſordibus purget.* Vocari autem צדקה *Juſtitiam* לאנהא תדל עלי צדק אלעבד פי אלעבודיה. *quod ſinceritatis hominis in cultu DEi ſit indicium Juſtum.* Sed meriti phantaſma ipſi Muhamedi in animo fuiſſe, ſatis ex Alkorani textibus eſt manifeſtum. Sur. 2. II. v. 250. אן תבדוא אלצדקאת פנעמא היואן תכפוהא ותותוהא אלפקרא פהו כיר לכם ויכפר ענכם מן סיאתכם *Si manifeſtatis eleemoſynas veſtras, bene ſe habent illa; at ſi occultantes eas largimini pauperibus, melius vobis fuerit, & expiabit delicta veſtra.* Unde magna apud illos pauperum cura, & inſolita propemodum liberalitas; de qua *Itiner. Benjam.* p. 69. *Leo African.* deſcript. Afric. p. 286. Nam & hujus vitæ eximia liberalibus promittunt munera; fœneratoribus contrà & uſurariis ſupplicia. Sur. 2. v. 255. ימתק אללה אלרבא וירבי אלצדקאת.

Per-

Perdet uſuram (i. e. opes uſurâ acquiſitas, *Beidav.*) *DEus*; *ſed eleemoſynas multiplicabit*, *id eſt* יצאעף תואבהא ויבארך פיהא אכרגת מנה ועגה *duplicabit ejus remunerationem, eáque benedicet, quidquid ab eo & ex eo erogabitur.* Retributionem beneficentiæ, & liberalitatis ad paſſeres etiam extendunt: Ne illis quidē quicquā conferri volūt quod pereat. Ex lib. XL. traditionum Muhammedicarum, p. m. 172. ipſum ληρῳδὸν audiamus Pſeudoprophetam : כאן עמר בן
אלכטאב רצם ימשי פי סכך אלמדינה פראא
צביא פי ידה עצפור ילעב בה פרחם עמר
דלך אלעצפור פאשתראה מן אלצבי פעתקה
פלמא תופי עמר רצם ראוה פי אלמנאם
פסאלוה ען חאלה פקאלוא מא פעל אללה
בך קאל עפר לי ותגאוז ע͏ני קאלוא באי שי או
באי עמל בגודך או בעדלך או בזהדך קאל למא
וצעתמוני פי אלקבר ותרכתמוני וחידא פרכל
עלי מלכאן פטאר עקלי וארתעבת פראשי מן
היבתהמא ואכדאני ואגלסאני וארא אן יסאלני
פסמעת נדא אאתרכא עבדי ולא תכופאה
פאנך רחם עצפור פי אלדניא פרחמתה פי
אלעקבי *Omarus, Chittabi filius ; cui DEus propitius ſit ; ambulabat in plateis urbis, viditque puerum, in cujus manu paſſer erat, quocum lude-*

ludebat: Omarus verò illius paſſeris miſertus, emtum, eum à puero liberavit. Cúmque mortuus eſſet Omarus, viſum eum ſecundum quietem interrogaverunt de ſtatu ſuo, dicentes illi: Quid DEus in te fecit? (quo loco es apud DEum?) *Reſpondit: Remiſit mihi* (peccatum) *& pepercit mihi. Qua in re, inquiunt, aut quo opere? bonitate tuâ an juſtitiâ tuâ, aut ſplendore tuo? Reſpondit: Cùm me impoſitum ſepulchro ſolum reliquiſſetis, ingreſſi ad me erant duo Angeli, ita ut raperetur intellectus meus, & id quod corpori meo erat ſubſtratum, terrorem conciperet, præ reverentia eorum, qui me prehenſum ſedere fecerunt. Cúmque viderentur me interrogâſſe* (ſalutâſſe) *audivi* (dicentes:) *Relinquite ſervum meum, neque terrete eum: Miſertus enim eſt paſſeris in hoc mundo, propterea miſerebor ejus in poſteriori ſeculo.* Ridicula mercatura, quâ cœlum unius paſſerculi liberatione acquiritur; adeóque viliſſimum pretioſiſſimo permutatur! Neque tamen ſemper ipſos cautiores in inſtrumentis ſuis fuiſſe Chriſtianos, quando donationum ſuarum in literas referri voluerunt verba, illi nôrunt, qui in chartis ejusmodi non ſunt hoſpites. Unum ex Stumfio noſtro, quod ipſe vidit & legit, afferre liceat exemplum. *In DEi nomine, perpendendum eſt unicuique hominum, quàm velociter tempora caduca prætereunt,*

&

& futura ad propiant. Ideò penſet unusquisque apud ſemet ipſum, ſi habeat unde aliquid de ſuis facultatibus tribuere valeat ad venerabilia loca, pro remedio animæ ſuæ, ut in ſempiterna requie cum B. Petro & Andrea Paradiſum mereatur poſſidere. Quia illi datis rebus ſuis (NB.) *mercati ſunt regnum cœlorum. Regnum DEI tantum valet quantum habes. Quid vilius cùm emitur, vel quid charius, cùm poſſidetur? &c. Stumpf.* Hiſt. Helvet. l. V. c. 2. Non conviciandi, aut paratragædiandi; ſed excuſandi animo hunc paralleliſmum inſtituimus, ut obſervent & alij, quàm noſtrâ referat multum, ne cum Pontificiis noſtram, hominum nempe, quæramus juſtitiam, alienæ, quæ Chriſti eſt, immemores. Ita enim Phariſæi & Turcæ juſtitiam noſtram ſuperarent, nihilq;, quàm perpetuus angor (ne ultimo judicio, niſi Chriſti ſuccurreret meritum, illi contra nos inſurgerent) in receſſu nobis ſuper eſſet: utpote qui & precũ fervore, & eleemoſynarum liberalitate, & jejuniorum rigore, & honeſtatis amore, & patientiæ ſtudio, cultu parentum & præceptorum nos vincunt. Illud de Muhammedanis, coronidis loco, monemus, in his quidẽ & in aliis veluti Crobyli jugo implicatos eſſe & Eccleſiæ Romanæ paraſitos, & Muhamedis aſſeclas; Occurrere tamẽ nonnulla

nulla quæ ne quidem Muhammedani tribui ſibi, aut cum Romanis communia habere vellent. 1. Sunt Mahummedani l berales in commendandis eleemoſynis, ſed cautiores, in erogandis. 2. Habent Idolum meriti cum Pontificiis commune; nolunt tamen Pontificiorum doctrinam de Confeſſione & remiſſione peccatorum probare, hanc à ſolo DEo expectantes. 3. Et quia ſuperciliosa arbitrii libertas, fons eſt & fomes putidæ illius ſatisfactionis meritoriæ, quaſi de ſuo aliquid largiretur homo, non quidem negamus, ſubtiliter Muhammedanos περὶ τοῦ αὐτεξουσίου philoſophari, criſtas tamen adeò impudenter, ſaniores eorũ, ut Scholæ Pelagianæ in ipſo Chriſtianiſmo ſolent, non videmus erigere. Tria dicimus 1. *Muhammedanos ſuarũ eleemoſynarũ ex lege Alkorani*, cautiores haberi velle, diſpenſatores non prodigos encomiaſtas; nec in añiverſaria, aut libros vitæ, quos vocant, ſplendida dotationũ inſtrumenta dona ſua referri valde eorum deteſtantes morem, qui ſtudio placendi hominibus eleemoſynas erogarent. Surat. II. verſ. 243. 244.
יאיהא אלדין אמנוא לאתבטלוא צדקאתכם
באלמן ואלאדי כאלדי ינפק מאלה ריא
אלנאס ולא יומן באללה ואליום אלאכר
פמתלה

פמתֹלה כמתל צפואן עליה תראב פאצאבה
ואבל פתרכה צלדא לא יקדרון עלי שי ממא
כסבוא ואללה לא יהדי אלקום אלכאפרין
ומתל אלדין ינפקון אמואלהם אבתעֹא
מרצֹאת אללה ותתביתא מן אנפסהם כמתל
גֹנה ברבוה אצאבהא ואבל פאתת אכלהא
צֹעפין פאן לם יצבהא ואבל פטל *O vos qui creditis, ne irritas reddatis eleemoſynas veſtras exprobatione vel ablato detrimento: Sicut ille, qui erogat opes ſuas, quo ſe oſtentet hominibus, haud credens in DEum, ac diem extremum: Equidem ille ſimilis eſt petra glabra, pulvere contecta, quam ſi contingat imber, eam relinquit nudam. Haud quicquam proficere eo poſſunt, quod acquiſiverunt ſibi, neque enim DEus dirigit infideles. Similitudo verò ipſorum, qui expendunt opes ſuas ſtudio placendi DEo, & firmandi ſemetipſos, eſt velut hortus in editiore loco, quem ſi contingat imber, profert fructum ſuum duabus vicibus; ſi non contingat, vel ros* (pluvia levis) *ſufficit. Alterum* eſt, Muhammedanos doctrinâ Pontificiâ, de remiſſione peccatorum, graviter offendi. Nolunt nempe, ab alio, quam à ſolo Deo, abſolutionem propriam & judicialé expectandam. אבא בכר אלצדיק קאל ללנבי עלם
עלמני דעא ארעו בה פי צלאתי קאל קל אללהם
אני

אני ט̇למת נפסי טלמא כתירא ולא יע̇פר
אלדנוב אלא אנת פאע̇פר לי מן ענדך מע̇פרה
אנת אלע̇פור אלרחים *Abu becrus, juſtus, dixit Propheta: Doce me Invocationem, qua utar in mea precatione. Reſpondit: Dicito: O DEus, ego me ipſum varia affeci injuria, neque eſt qui remittat peccata, excepto te. Remitte ergo mihi, quia apud te remiſſio eſt: Tu enim remittens miſericors.* Addam Ahmedis ben Abdalla, hac de re, tum confeſſionem, tum de libero arbitrio diſcurſum. Ita ergo Legatus Maurus:

Præterea iſti (Pontificii) volunt eſſe *conſcij peccatorū* hominum in Confeſſione, & quilibet iſtorum religioſorum, ſive Monachus ſit ſive Presbyter, clericus, habet poteſtatem ignoſcendi cuilibet peccanti, ſi genu flexo fateatur peccata ſua etſi graviſſima, ſive mœchus, &c. Tandem, poſt confeſſionem, abſolvitur à Sacerdote ab omnibus peccatis, qui dicit, ei jam remiſſa omnia peccata, nec poſſe aliter veniam peccatorum impertiri à Deo, niſi per confeſſionem, & quemlibet morientem inconfeſſum, damnari: Itaque auferentes Deo poteſtatem ignoſcendi peccata, tribuunt eam hominibus diverſis de cauſis; 1. Quia ignoſcere ſitum eſt in ſola libera voluntate, & miſericordia Dei, nec tenetur ignoſcere

ſi nolit, nec poteſt cogi eò, à quotquot ſunt in cœlo, ſive in terra, & potentia ſua abſoluta, ſi ipſi lubeat, poteſt damnare totam orbis machinam: Nam quisquis ſibi uſurpat jus alienum, & in eo jure ſi aliquid facit aut deſtruit, ſanè injuſtè agit, ſed qui proprio ſibi Jure, & in re propria aliquid facit aut deſtruit, nullis legibus talis impediri poteſt, nec cenſeri injuſtus. Si igitur DEus ignoſcit, id facit *ſolâ miſericordiâ* motus, quæ eſt proprium attributum ejus, & nullius alterius præter ipſum: Si homo ignoſcat, qui eum affecit injuriâ aliquâ &c. hoc poteſt in cauſa propria, non verò in aliena, ſive DEi. Præterea, quî ſcit Sacerdos, DEUM ſententiam ab ipſo latam approbaturum, & quicquid ipſe abſolvit, etiam abſoluturum & remiſſurum? Et in qua lege (quæſo) Scripturæ, aut ex Prophetis præteritis, hujusmodi quicquam inventum aut auditū eſt? Præterea, ſi quilibet Sacerdos eget alio, qui eum abſolvat, qui poteſt alios abſolvere, qui ſeipsum non poteſt? Deinde *diverſa* ſunt circumſtantiæ peccati. Aliud eſt peccare contra DEUM, quadam negligentia cordis; aliud ex ſententia & cognitione inverecundâ, audaci & perfrictâ fronte peccare: Aliud quando quis vincitur ab affectu & appetitu naturali, intus verò pœni-

pœnitet facti, & pudet comparere coram Deo,& pudet ſimul ſui ipſius,cum videat ſe peccâſſe contra tantum Deum. Itaque mille modis & circumſtantiis poſſunt variari peccata, quanquam ipſe actus ſit unus in ſe & externè. Si igitur tanta diverſitas inter circumſtantias & actum,vel opus ipſum externum peccati vel culpæ poterit unum & idem peccatum externè eſſe dignum veniâ,& aliud dignum pœnâ perpetuâ & gehennâ,juxta gravitatem culpæ,ſeu circumſtantiæ internæ, quam tamen menſuram novit ſolus Deus,& ſibi ipſi ſervat. Quomodo igitur ſacerdos cognoſcet, aut poterit ſe penetrare in arcana & abdita illa,quæ ſunt ſoli Deo nota?

Præterea, multi homines credunt in Deum,& ejus amore faciunt Eleemoſynas, & alia opera bona, vincuntur tamen, ab affectu & appetitu naturali: Iſti tales ſanè non longè diſtant à miſericordia Dei, dummodo ipſos facti pœniteat: Et alii avari, amoris Dei negligentes nulla virtute præditi, cùm nulla in eis ſit memoria aut recordatio peccatorum ſuorum, ii tales longè ſunt à miſericordia Dei: Si iſti duo committunt unum & idem peccatum, Sacerdos eodem & pari modo abſolvit utrumque, Sed quæ Juſtificatio eſt hæc?

Præterea unum & idem peccatum eſt in ſe pejus altero, & gravius ob jam dictas circumſtantias & alias infinitas, quarum causâ unum verè dignum venia erit, aliud autem non, & Sacerdos ignarus horum ſecretorum Dei, eadem menſurâ metitur bonum & malum, qui error ſanè nunquam in Deo reperietur. Præterea, homines non ſunt ita conſtantes, ſed potiùs ita varii, ut aliquando præ lætitia & hilaritate facilè & leviter ignoſcant cuilibet (etſi quis ei intulerit graviſſimam injuriam) aliquando ita triſtes & melancholici, ut minima quoque cauſa & occaſione ſint paratiſſimi ad occidendum quemcunque, & exercendum omne genus crudelitatis, & rara eſt temperantia in homine. Ita iſte Sacerdos aut erit hilaris, & ſic non caſtigabit peccatorem ut meritus, aut erit triſtis, aut melancholicus, & ſic cruciabit hominem ſupra debitum culpæ, ad deſperationē uſque: Aliquid tamen hujusmodi non eſt in Deo, qui ſemper permanet in unum eſſe, cujus ſolius eſt Judicare animas, & non alterius:

Præterea, ſi ſola ejusmodi confeſſio ſufficit homini, non indigebit veniâ Dei, cùm Sacerdotis venia ſufficiat; ſi verò æquè bene in Judicio Dei judicandus talis homo ſit à Deo, certè hæc Confeſſio nulla eſt.

Præ-

Præterea aliquis homo habuit rem cum uxore alterius, quam vi coëgit, Sacerdos verò abſolvit adulterium, inquiro, cùm maritus hoc reſciverit in die Judicii, poterit ne petere Judicium & juſtitiam à DEO annon? Si dicant, non, igitur DEUS non eſt Juſtus propter confeſſionem ſolam Sacerdotis; ſi dicant, poſſei; igitur Sacerdotis Confeſſio nulla eſt: pari modo calumniæ, teſtimonia & injuriæ, quibus falsò accuſantur ſæpiùs honeſtæ Virgines, & probi homines, & quorum honor & dignitas turbatur hujusmodi calumniis, inquiro, ſi calumniator abſolutus fuerit à Sacerdote, poterit ne altera pars petere à DEO Judicium & Juſtitiam, annon? Si dicant ita, igitur Deus injuſtus eſt, & neſcit dare cuiquam quod ſuum eſt, & hæc ſola cauſa & reſpectu confeſſionis, cùm potiùs ſit juſtiſſimus. *Abſit blaſphemia repetitis verbis!*

Præterea Sacerdos ſemper imponit pœnas quasdam peccantibus, ut, ſi quis eſt adulter, jubet, ut ſe ipſum cedat flagris, vel ut portet ſupra humeros crucem aliquam, &c. *Cùm tamen hoc totum ſit ferè nihil, reſpectu peccati. Et tamen in arbitrio Sacerdotis ſitum eſt imponere pœnas ad libitum.*

Dicat, quæſo, quâ ulnâ metitur, aut quo pődere ponderat aut pendit, ut ſciat, quid vel

 quan-

quantum pœna imponendum ſit unicuique pro culpa? Ex quibus omnibus tam evidenter apparet abuſus & error Confeſſionis: Unde etiam cognoſcitur, DEUM ſolum eſſe Judicem animarum, & non alium, qui ſolus novit gravitatem culpæ, & quâ pœnâ ſit qualibet digna: Poteſt (ut abſolutè Dominus) ignoſcere abſque aliqua pœnâ, cui ipſi libuerit, cui laus ſit in ſecula; A quo etiam petimus, velit nobis peccatoribus ignoſcere pro immenſa & infinita miſericordia ejus.

Mauri verò aliter confitentur peccata ſua. *Confiteri n.* eſt pœnitere aliquem ipſum ſolum facti peccati, coram DEO ſolo, & ſe vertere ad DEUM pium, miſericordem ex puro corde: Neque DEUS aliud vult, quàm, ut pœniteat hominem facti. Dicunt prætérea, hoc pœnitere fore validum cum Dei voluntate, qui ignoſcit peccatori, cum his *quatuor* conditionibus vel circumſtantiis, 1. *Ut pœniteat peccatorum ex puro corde & ſincero peccati commiſſi.* 2. *Ut promittat, ſe non amplius peccaturum.* 3. *Ut ſatisfaciat partibus, ut eſt, reddere & reſtituere bona aliena, reſtaurare honorem proximo, quem ipſius cauſa perdiderat, cum aliis ejusmodi.* 4. *Ut hoc pœnitere ſit ſolo amore DEi, qui gradus altior & perfectior eſt, quàm ſi timore inferni, vel præmio*

gloriæ

gloria pœniteat. Peccata enim Maurorum ſunt *triplicis generis.* 1. *Inter DEum & hominem*, ut eſt non ſervare id quod DEus præcepit ſive prohibuit, quod peccatum vel ignoſcit Deus, vel caſtigat. 2. *Inter hominem & ejus proximum*, ut qui aliena arripit, ſive uſurpat, vel calumniâ turbat honorem alterius &c. in damnum proximi; quæ omnia, ut in plurimum ſunt judicanda quo uſque ſatisfiat partibus; vel DEus ipſe parti offenſæ ſatisfaciat. 3. *Quod nunquam ignoſcet* (& ſic præcepit) cuicunque, qui ipſi fecerit DEO ſecundum æqualem, vel ſimilitudinem, ſive in Cœlo, ſive in terra: Hoc ſanè egebat majori explicatione; ſed quia reſponſio mea fuit aliquantum prolixior, nunc hæc ſufficiant, quo usque mihi conſtet, aliquem eſſe, vel qui adverſus jam dicta ſuperius reſponderat, vel qui velit majorem & clariorem explicationem, dare. Rediens iterum ad illud pœnitere, dico, quisquis moritnr pœnitendo eum facti, talem fruiturum DEi favore & ejus gloriâ, quamvis commiſerit tot peccata, quot ſunt arenæ in mari, & Stellæ in Cœlo; nec indigebit ſanè Sacerdos vel Confeſſione, cùm omnia ſint DEo nota, & ſciat quem ex corde & ſincerè pœniteat vel non: Hæc enim cauſa eſt ſola

inter DEUM & creaturam & ita non eget aliquis aperire cuiquam mortalium ſua peccata & defectus; niſi illi ſoli, quem nihil latet, ſive id ſit in cogitatione, ſive in imaginatione creaturarum ſuarum, cui laus ſit ſemper, Amen.

Ita Muhammedani de erroribus tum Confeſſionis auricularis, de qua & *Ibn-Edris* Tom. VI. p. 133. tum abſolutionis judicialis, tum deniq; ſatisfactionis Sacerdotalis. Cæterum, ex iis, quæ de jure abſoluto remiſſionis peccatorum, contra vindicatricem DEi Juſtitiam Eſſentialem, author diſſerit, parallelismus noſter Socino-Muhammedicus, de quo Hiſtor. Orient. pag. 361. monſtrari iterum poſſet evidentiſſimè. Sed quando aliud jam agimus, ad tertium coronidis properamus membrum; diſſertationem ejusdem *Ahmedis ben Abdalla*, de libero arbitrio, de quo graviſſimæ inter ipſos Muſelmanos, *Kadaraos* (Kadarias ipſe appellat) *Gheberitas* (Jeberias noſter) *Sunitas*, (Ahmedi Zunis) ſunt controverſiæ: Ita ergo Ahmed.

Dominus de Aquila & Ego, etiam miſcuimus ſermones bis aut ter de *libero arbitrio*, reliquimus tamen quæſtionem indeciſam: Nunc verò illi reſpondebo, & aperiam unâ, quid in hac materia ſentiamus

mus Mauri: Qua de re quamvis variæ ſint ſententiæ, præcipuè tamen ſunt tres; *Cadarias, Jeberias & Zunis*: Maxima pars Chriſtianorum & Judæorum videtur accedere ad opinionem Cadarias, quæ ex ſequentibus intelligetur.

In hac materia de libero arbitrio, multa ſcripſerunt omnes nationes: Materia enim eſt, in qua multa occurrunt & miſcentur de Dei Juſtitia, ejus abſolutâ potentiâ, & libera voluntate, quæ ſingula nulli poſſunt tribui, niſi ſoli Deo, abſolutè loquendo.

Omnes igitur Maurorum opiniones, ut jam dictum eſt, aut ſunt Cadarias, aut Jeberias aut Zunis. *Cadarias* concedunt homini liberum arbitrium. Dicunt enim, hominem poſſe efficere, quod ei lubet, ſive bene ſive malè, & ipſum hominem eſſe cauſam ſuorum operum.

Jeberias aſſerunt contrarium, hominem ex ſe nihil poſſe, eſſe inſtar mortui, & pendere omnino à Dei potentia.

Zunis opinio (quæ vera eſt, & quam ſequuntur omnes Mauri, amici & diſcipuli noſtri ſanctiſſimi prophetæ Mahummeti, ſervi & nuntii DEi, cujus gratia & benedictio ſit ſupra eum, Amen) dicunt, hominem habere potentiam & voluntatem ad eligendum bonum vel malum, ut ſi ſedeat,

poſſit ſurgere, & ſiſtet, poſſit ſedere; hominem præterea cognoſcere, ſe habiturum præmium, ſi bene fecerit, ſi malè, pœnam; Eum verò pendere à DEi potentia, & ejus voluntate æterna. Tandem hominem poſſe ſimul cum Dei potentia, & velle etiam, ſi DEus vult & non aliter, & ut hanc doctrinam declaremus melius, explicabimus priùs (Deo volente) quid ſit fundamentum cujusque opinionis, & tandem opinionem *Zunis* eſſe veram.

1. Qui *concedunt liberum arbitrium* homini, allegant; primùm DEum eſſe Juſtum, & non poſſe caſtigare vel afficere *ſupplicio peccatorem* juſtè, niſi eſſet ei liberum arbitrium.

2. DEum miſiſſe Prophetas in mundum cum præceptis; ſi verò nulla eſſet poteſtas homini ad faciendum id, quod illi præcipitur, & relinquendum, quod ei prohibetur, Prophetæ eſſent ſuperflui & nullius utilitatis.

3. Neque in die Judicii punirentur mali, neque præmiis afficerentur boni, niſi eis eſſet libertas; DEus in legibus mundo datis, ſancivit, malos & homicidas ſupplicio affici debere. Ex quibus patet, hominem habere propriam poteſtatem & liberum arbitrium? *Quibus reſpondemus*: Verum eſſe hoc

hoc, & convenire cum Dei Juſtitia, non tamen cum attributis ſapientiæ & potentiæ abſolutæ Dei Omnipotentis. Sapientia enim DEi comprehendit quicquid fuit & futurum eſt ab ipſa æternitate (quæ eſt ſine ullo principio) ad finem uſque mundi, & poſt, & ita novit ab æterno omnia opera Creaturarum bona ſive mala, quæ fuerunt creata cum potentia DEi, & ejus libera & determinata voluntate, ſicut ipſi viſum fuit. Denique novit eum, qui futurus erat malus, & tamen creavit eum, & ſimiliter bonum, quem etiam creavit. Neque negari poteſt quin (ſi ipſi libuerit) potuiſſet omnes creare bonos, placuit tamen DEo creare bonos & malos, cum DEo ſoli ſit libera & abſoluta voluntas & perfecta Electio & non homini. Ita etiam *Sanctus Salomon* in ſuis Proverbiis dixit: Vitam & mortem, bonum & malum, paupertatem & divitias, eſſe & venire à DEo: Chriſtiani etiam dicunt, *ſanctum Paulum* etiam dixiſſe in ſuis Epiſtolis: Dicet *forſitan lutum figulo, quare facis unum vas ad honorem & aliud ad contumeliam?* Cùm igitur miſer homo fuerit creatus à voluntate DEi & potentia; nihil aliud poteſt tribui illi ipſi, quàm ſenſus cognoſcendi & ſentiendi, an bene vel malè faciat, quæ unica cauſa (id eſt, talis ſenſus

co-

cognoſcendi) erit ejus gloriæ vel pœnæ cauſa; per talem enim ſenſum novit, quid boni aut mali ad verſus DEi præcepta fecerit. Vis ne hoc clarius? Dicas ægroto & debili viro, ut ſit robuſtus, Æthiopi, ut fiat albus; deformi, ut fiat pulcher, ſervo, ut Dominus, ſubdito, ut ſuperior, fœminæ, ut vir; ſtulto, ut ſapiens &c. Ibi omnes defectus reperiuntur in hominibus, qui *verò ſubjecti* ſunt Creatori, quem ideò continuò oramus, adſit nobis ſuâ gratiâ, quia ſumus per ipſum, in ipſo & cum ipſo.

Notandum hîc eſt, potentiam eſſe unicam & ſolam (potentiam æternam dico) cum in æternitate non fuerit niſi unica potentia perfecta, quæ eſt potentia Dei, qui ſolus eſt, qui ſemper operatur; Et potentiam hominis eſſe limitatam à ſua cauſa (id eſt à potentia DEi æternâ) quæ ſemper movetur cum ipſo, & non per ſe ipſum, cùm potentia DEi nunquam quieſcat, ſed ſit in continua operatione, qui aliter eſſet quid creatum. Itaque homo poteſt ſimul cum DEo operari, & velle cum voluntate divina, à qua pendet, ſed non aliter: quod clarius hinc apparebit. Nam ad opus quodlibet efficiendum, requiruntur tria, *Potentia*, *Sapientia & voluntas*: Non poteſt *velle* homo, niſi cum beneplacito & conſen-

ſu operantis, qui eſt DEus; nec ab aliquo alio eſt hic conſenſus, ſine quo homo non movetur: Hunc etiam conſenſum à Deo eſſe, eſt omnium neceſſarium. Nam, ſi eſſet hominis, cum homo ipſe dependet & eſt finitus, primi hominis conſenſus dependeret à ſecundo homine, & ſecundi à tertio, & ſic eſſet procedere in infinitum, & tandem veniendum eſſet, ad unum Infinitum independentem, qui eſt ſolus Deus: Nec valebit dicere, opus eſſe conſenſu Dæmonis ad malum, dæmon enim ipſe eſt quid limitatum & creatum, & ſic ab eo non poteſt eſſe ille infinitus conſenſus, ut neque ab homine, cùm uterque ſit creatura: Cùm ergo iſte conſenſus, quo homo movetur ad operandum, ſit neceſſariò à DEo, & non ab alio, evidens eſt, hominem ſemper velle cum voluntate DEi, non propriâ: Cum voluntas hominis pendeat à DEi voluntate, & cum iis, quæ diximus opinio *Cadarias* manet ſatis refutata.

2. *Secunda* opinio *Jeberias* aſſerit, hominem ex ſe nihil poſſe, & eſſe inſtar mortui. DEum per hominem operari ſive bene, ſive malè, nihil in homine eſſe proprium. Hæc etiam ſententia refutatur eodem fundamento, ac rationibus ſupra allegatis, id eſt, hominem ex ſe naturâ ſua habere co-

tit,

gnitionem & ſensum, quo cognoſcit & ſentit, ſe poſſe ſurgere, & iterum ſedere cum potentia DEi, & non eſſe inſtar mortui; Lex Maurorum omnino reprobat hanc ſententiam, & nullo modo admittit ob diverſas cauſas.

Prima, DEus miſit hominibus ſuos Prophetas, unà cum legibus, quibus præcipiebat, quid eis eſſet faciendum vel non, promittens præmium bonis, & pœnam malis; etſi homini nulla ex ſe erat poteſtas, non erat cur DEus ei mitteret leges, vel promitteret præmium vel pœnam. Hic debet notari, quædam inveniri in homine, quæ non pendent ab arbitrio & poteſtate ejus, quorum causâ non eſt dignus aliqua pœna, ut ſunt, adverſa omnia, quæ ei eveniunt, & quæ ex propria Creatione, ſive ortu eveniunt, ut eſſe parvæ vel magnæ ſtaturæ; eſſe ex bonis vel malis parentibus, & ſimilia; quædam verò eſſe è lege & præcepto DEi, quorum cauſa homo afficitur pœnâ ſeu præmio (hoc eſt, quantum ad legem, non quantum & reliqua homo poteſt efficere quod ei lubet) & ob hanc Cauſam Deus dedit Legem, & miſit Prophetas, quos ſequeretur. Quando igitur homo dormit, edit, movetur, orat, & ſimilia facit, ſive bona, ſive mala, non dicimus, Deum hæc facere;

re;ſed hominem, cùm homini potius hæc tribuantur,non DEo; quamvis DEus concurrat,& ita homo eſt,qui dignus eſt pœna ſeu præmio; & ita manet ſoluta & refutata opinio *Icberias*.

3. *Tertia*.Opinio eſt *Zunis* (quæ vera eſt) affirmat,homini potentiam eſſe, ſed limitatam à ſua cauſa, id eſt dependentem à DEi potentia,& voluntate,& propter illam cognitionem ſive ſenſum, quo deliberat,bene vel malè facere, eſſe dignum pœna ſive præmio.

Manifeſtum eſt in æternitate non fuiſſe aliam potentiam, præter DEi noſtri Omnipotentis, è cujus potentia pendebant omnia poſſibilia, id eſt, quæ poterant eſſe, cùm ab eo fuerint creata; ſapientia verò DEi novit etiam quæ non erant futura: Et potentia ejus, etſi non creaverit ea,potuit tamen,ſi ita DEo placuiſſet: Item novit Sapientia DEi, quæ erant Impoſſibilia, Id eſt, quæ non poterant eſſe (quæ tamen nullo pacto pendent ab ejus potentia, à DEi enim potentia non pendent niſi poſſibilia) itaque quamvis à DEi potentia non pendeat, quicquid poſſibile, ſeu impoſſibile eſt, ab ejus tamen potentia, non poteſt *niſi quod poſſibile eſt*, eſſe: Dicimus enim à DEi potentia non pen-

pendere creare alium DEum ipſi ſimilem, nec creâſſe aliquid, quod eodem tempore moveatur & quieſcat: Cùm hæc ſunt ex impoſſibilibus, comprehendit tamen ſuâ ſapientiâ tale aliquid non pendere ab ejus potentia. Sapientia DEi comprehendit omnia quadrupliciter:

1. *Novit Deus quicquid eſt, & futurum eſt eo ipſo modo, quo eſt & futurum eſt.* 2. *Novit illud, quod non futurum eſt, quomodo ſit ſine ullo eſſe.* 3. *Novit quomodo eſſent omnia, antequam haberent eſſe:* 4. *Novit, ſi jam eſſet illud, quod non eſt, ſive quod non futurum eſt, quomodo haberet eſſe, A potentia igitur DEi pendet ſolum quod poteſt eſſe, & poſſibile eſt eſſe, qua ſemper parata eſt dare eſſe poſſibilibus.* Et ſi hoc cognoſcamus pariter, omne quod ſive futurum eſt, ſive ſint opera noſtra; ſive quidvis aliud pendere à ſola potentia Dei: Et hoc non privatim intelligitur, ſed in genere de omni eo quod eſt & movetur, ſive in Cœlis, ſive in terris: Et nec ab aliqua potentia poteſt impediri potentia DEi, cùm nulla alia ſit abſoluta potentia, præter Dei. Potentia verò noſtra non eſt à ſe, niſi à Dei potentia, & cùm potentia noſtra ſit à Cauſâ ſua & limitata, ideò dicimus eſſe inſtar ſtraminis, in mari comparata cum potentia DEi, eo enim modo, quo ſtramen move-

movetur à motu maris, ita noſtra potentia & voluntas à DEi potentia: Itàque ſemper potentia DEi, eſt potentia, etiam ad occidendum aliquem; ut ſi homo hominem occidat, non dicimus potentiâ hominis id factum, ſed æternâ DEi potentiâ. Error enim eſſet tribuere hoc potentiæ hominis: Potentia enim DEi cùm ſemper ſit parata, & ante ipſum hominem ad occidendum; ſi ſolâ potentiâ hominis hoc fieri diceremus, & moreretur, potentia DEi ſanè (quæ ante erat) jam eſſet ibi fruſtra, quia poſt mortem non poſſet iterum potentia DEi eum occidere: Ex quo ſequeretur, potentiam DEi impediri à potentia hominis, & potentiam hominis anteire & antecellere potentiam DEi, quod eſt, abſurdum & impoſſibile: Igitur DEus eſt, qui operatur *æternâ ſuâ potentiâ*: Si verò homini injiciatur culpa, ſive in tali homicidio, ſive in aliis rebus, hoc eſt, quantum ad legem & præcepta homini tribuitur, ſolum opus externè, & ejus electio, quæ eſt à potentia & voluntate ejus, non verò internè; quod manifeſtum fiet unica ſimilitudine. Si quis homo eſſet ad ripam maris, & à tabula ſupernatanti (mota impetu maris) occideretur; diceremus hominem occiſum à tabula externè, internè tamen & primò à mari & e-

jus impetu. Kurſus ſi rem penitus conſideremus, videbimus, mare fuiſſe motum à ·entis, & ventos ab influentia ſtellarum, & tandem ſtellas à voluntate & potentia DEi, Architecti hujus machinæ. Itaque omnia redeunt ad DEum omnipotentem, & ita potentia hominis limitata à ſua cauſa, id eſt, à potentia DEi, exteriùs operatur, ſed interius ducitur & trahitur à potentia & voluntate DEi.

Hoc eſt illud punctum indiviſibile, & ita ſecretum, quod à pauciſſimis capitur, ut *ſapientiſſimus* Cidabo Mehamet Elgaceli affirmat (cujus ſpiritui concedat DEus gloriam ſuam, Amen.) ſequentibus verbis: *Ita abditum, profundum & abſtruſum eſt, intelligere punctum illud liberi arbitrij, ut neque characteres ad ſcribendum, neque ullæ rationes ad exprimendum ſufficiant, & omnes (quotquot hac de re locuti ſunt) hæſerunt fusè in ripa tanti & tam ſpatioſi maris; ſed ut ſaltem veſtigium aliquod appareat tantæ rei, utamur hac unica ſimilitudine: Acervus quidam cæcorum optavit ſemel ſcire, quantus & qualis Elephas eſſet, & ut certiores fierent, miſerunt tres cæcos eò, ut tangerent & palparent Elephantem, (neque aliter poterant judicare niſi tactu, cùm eſſent naturâ cæci) cùm ergò venirent ad Elephantem, quis,* quæ

que eorum injecit manus Elephanti, unus tetigit & palpalvit aures, & ex tactu videbatur ei, Elephantis craſſitiem eſſe inſtar duorum digitorum, longitudinem verò & totam ejus magnitudinem inſtar dimidij ſcuti, & præterea aliquid eſſe molle & ſuave: Secundus tetigit & palpavit dentes ejus molares, & videbatur ei, Elephantem craſſum inſtar brachij, & longum, ſed levem & glabra cute & rotundum, & è diverſo alterius durum: Tertius palpavit dentes & manus Elephantis, & videbatur ei, eſſe craſſum inſtar poſtis, & aſperum & rotundum: Cùm ergò redirent ad ſuos, qui palpavit aures, dixit Elephantem eſſe aliquid craſſum inſtar duorum digitorum, & ſuave & molle, & totam magnitudinem eſſe inſtar dimidij ſcuti: Alius dixit non ita rem ſe habere, eſſe potius levem, & glabra cute, durum & rotundum & longitudine unius brachij: Alius qui palpavit & tetigit pedes, contradicens utrique, dicebat, Elephantum eſſe craſſum inſtar, poſtis, rotundum & aſperum, &c. Qui igitur erant præditi oculis & viſu, facilè comprehendebant & cognoſcebant Elephantem, & partes ejus, ſimul etiam videbant, cœcos ex parte dicere verum, & tamen omnes ſimul non potuiſſe comprehendere totum Elephantum, ſed partes ejus ſolas. Ita habet in libero arbitrio hominis, ut niſi cui Deus conceſſerit gratiam, & aperuerit oculos mentis, diffi-

cilime aliter poſſit comprehendere & cognoſcere, quantus & qualis ſit ille Elephas Arbitrij; ſolùm poteſt ſcire, id quod à Prophetis & Sanctis DEi nobis nunciatum eſt, & à lege DEi ab eis obſervata, & nobis ita injuncta, ut quisquis eam ſervaverit, ſit futurus ſalvus, & qui contrà, damnatus; hoc eſt, quod ad legem & Juſtitiam ejus attinet. Nam quod ad potentiam & voluntatem attinet, ipſe poteſt efficere quod lubet, de creaturis ſuis: Quod etiam omnino quadrat cum intellectu. Intellectus enim ferè lumine naturali novit DEum eſſe rectum Judicem & juſtum, qui non aliter creaturam ſuam afficit ſupplicio quàm juſtè. Etiam DEum eſſe abſolutum Dominum, & hanc orbis machinam eſſe ejus, & ab eo creatam: DEum nulli debere reddere rationem cùm quicquid agit, agat in re propria ſibi, & ita abſolutè poterit afficere præmio ſeu pœnâ, quem vult, cùm omnis creatura ſit ejus, nec faciet alicui injuriam, etſi eum tormentis & æternis pœnis afficiat; plus enim boni & commodi accepit creatura, quando accepit eſſe à ſuo creatore, quàm incommodi & damni, quando ab eodem damnatus & affectus eſt tormentis & pœnis, hoc ita intelligitur, ſi DEus abſolutè id faceret: Quando autem DEus pietate & miſericordia motus eligit aliquos, ut ipſi inſerviant, donans eos gratiâ ſuâ, id facit ex infinita bonitate, & alios derelinquit, & pœnis tormentis afficit ex Juſti-

tia & rectitudine, & tandè dicimus omnes pœnas eſſe juſtas, quæ à DEo veniunt, & natura tamen culpâ, & omnia bona eſſe à pietate, & miſericordia ejus infinitâ, cui laus ſit & gloria & nomen ejus ſanctum exaltatum, Amen.

Hæc ex Ahmede. Cæterùm, qui ſint Kadaræi, Ghabaritæ, Sunitæ, prolixius à nobis dictum eſt, *in Hiſt. Orientali.*

XXV. *Hæc* Muhammedanorum, *pro expiatione ſcelerum, remiſſione peccatorum, vitæ æternæ acquiſitione, medicina, ratio & via. Legalem nempe juſtitiam quærunt, Evangelicæ ignari, & illam quidem ita operosè, ut neque externæ juſtitiæ obſervantia, nec liberalis charitatis demonſtratione, rigidiſſimi Chriſtianorum juſtitiarij iis vel eminus videantur accedere. Unde metuendum, ne regina aliquando Auſtri, cæteríq; adeò Arabes contra eos; qui vel pro unica paucarum propoſitionum precatiuncula Eccleſiaſtica, vel abjecto munere pecuniario, vel ſuperſtitioſa peregrinatione, tot annorum Indulgentias promittere ſibi audent; ſint ſurrecturi, eorumque in precibus ἀκήδειαν vel ſomnolentiam, in eleemoſynis parſimoniam, in jejuniis hypocriſin, ſuis operibus vel fictæ pietatis, vel charitatis, confutaturi ſint, & in ruborem converſuri.*

Non hoc jam agimus, ut, quod facile eſſet παραλληλίζωμεν Meſgidæ Muhammedicæ, & Scholæ Pontificiæ doctrinam: Id

verò dignum eſt examine, ut noſtra bona nôſſe diſcamus, malè cum iis inter Chriſtianos agi, qui Legalem pœnitentiam ſectantes, non animadvertunt, multis paraſangis ipſis infidelibus ſe eſſe inferiores. Præcedenti catalogo operum bonorum, vel divinitus, ut illi volunt, imperatorum, vel humana authoritate injunctorum, exhibuimus magnum ſatis numerum, & majorem fortè exactioremque, quàm à Gente barbara, perpetuisque bellis occupata, alij expectâſſent: Sunt præcepta quædam Ethica, Politica, Oeconomica, ὀ κακίϛȣ κόμματ☉, & quæ ne ipſum quidem dedecorare poſſent Chriſtianiſmum. Tam verò in enarrandis ſuis bonis operibus non ſunt accurati, quàm de ſingulorum præceptorum convenienti & decora executione ſolicite. De *precibus*, verbi gratia, magna extant Arabum comentaria. Nos, nomenclaturâ veluti Hiſtorica, pleraque de hac cultus Muhamedici ſpecie dedimus ἀξιομνημόν. ☉ *Append. Grammat. Harmon.* p. 191. &c. Quando verò tutius ex ipſo fonte bibuntur aquæ, viſum eſt, ſuccinctam de precibus Muhammedanorum ſubjicere leiturgiam, cujus authographum in Ceimelarchio Caſſellano etiamnum extat. Relinquemus deinde hoc tomo Orientem; ut Occidentis diligen-

gentiùs expendamus fata. Πάρεργα videntur, ſed neque inutilia, neque planè moleſta. Scimus fruſtra vel Judæos vel Muhammedanos, firmiſſimis etiam lateribus, invocare Patrem; quando Filium non habent. Sed neque eorum preces, quæ creaturis, Angelis & hominibus ab iis, qui Chriſtiano gaudent nomine, deſtinantur, ratas eſſe aut haberi poſſe, ipſi contra obſervant Muhammedani, & nos inficiari non poſſumus. Ut ergo quo ad objectum, utrinque graviter erratur; ita, cùm utriſque cultus hic meritorius ſit & mercenarius, ratione finis & effectus, viderint Latinæ Eccleſiæ Antiſtites, an cum Muhammedanis paria hoc loco faciant. Illud ἀνενδόιαστον, nihil de ſtudio concipiendi & abſolvendi penſa precatoria à Muhammedanis afferi, quod abſque probro oſcitantiæ noſtræ legi facilè poſſit. Dabimus textum Arabicum certis ſectionibus interſtinctum, cum annotationibus, ubi opus eſt neceſſariis.

I. בסם אללה אלרחמאן אלרחים אלחמד
ללה ללה רב אלעאלמין ואלעאקבה ללמתקין
ואלצלאה עלי סידנא מחמן סיד אלמרסלין
ועלי אלה ואצחאבה אגמעין *In (a) nomine DEi (b) miſeratoris miſericordis: Laus (c) Deo Domino Creaturarum: & conpenſatio fidelibus, &*

precatio ſuper Dominum noſtrum Muhammedem, Dominum (e) Apoſtolorum, familiam (f) ejus & ſocios ejus omnes.

a. Eſt hæc formula διακριτικὴ, qua libri Muhammedanorum ab aliis, ut plurimum diſtinguuntur. Uno verbo illis dicitur בסמל *in nomine Domini auſpicari.* Chriſtianorum verò formula initialis eſt: בסם אללה אלאב ואלאבן ואלרוח אלקדס אלאלה אלואחד *In nomine DEi Patris, Fili & Spiritus ſancti, unius DEi &c.* Alibi tamen etiam ſimpliciter: בסם אללה אלרחמן אלרחים *In nomine DEi clementis, miſericordis.*

b. Hæc duo quomodo differant, diximus *Faſcic. Diſputat. Heidelb.* p. 292.

c. Sed & hæc formula bene precandi in Arabum ſcriptis variat. Reperio enim: אלחמד ללה אלמלך אלגבאר אלעזיז אלמהימן אלסתאר ואלסלאם *Laus DEo regi potenti, valido, fideli, cuſtodi, & pax* &c. Alibi: אלחמד ללה נחמדה ונסתעינה ונסתעפרה ונסתהדיה ונומן ונתוכל עליה ונסאלה אלכיר כלה ונעוד באללה מן שרור אנפסנא וסיאת אעמאלנא מן יהדה אללה פלא מצל לה ומן יצלל פלא האדי לה *Laus DEo, quem laudabimus, auxilium ejus, remiſſionem peccatorum & directionem rogabimus: Credemus & fiduciam collocabi-*

cabimus in eo, ab eo omne bonum ſolicitabimus: Ad illum confugiemus, à malis animarum noſtrarum, & à pravitatibus operum noſtrorum: Quem dirigit DEus, non errat; quem verò errare ſinit, illum nemo dirigit &c. Alij hanc ipſam retinent formulam, addita mantiſſa: ואלעקאבה ללמתקין ולא עדואן אלא עלי אל קום אלטאלמין *Retributio piis; neque inimicitia niſi iniquis operibus.*

d. De hac loquendi formula; *Hiſtor. Orient.* p. 22. & in continuatione hujus Leiturgiæ.

e. Alia Muhammedis Epitheta dedimus *Hiſt. Orient.* p. 15. & *Append. Grammat. Harmonic.* p. 186.

f. Hæc fere ubique conjungi ſolet φρατριά.. Ita alibi. ואלסלאם עלי סידנא מחמד אלנבי אלמכתאר ואלה אלאבראר ואצחאבה אלמצטפין אלאכיאר *Pax ſuper Dominum noſtrum Muhammedem, Prophetam electum, familiam ejus, puram; ſocios ejus ſelectos, optimos* &c. Alibi: צלי אללה עלי סידנא ומולאנא מחמד ועלי אלה *Precetur* (benedicat) *Deus pro Domino & Præfecto noſtro, & familia ejus.*

II. אמא בעד ואני למא ראית בעץ אצחאבי אלתסמוא מני אן אגמע להם אלפרוץ ואלאבעאץ ואלסנן ואלהיאת פי אלצלות אלכמס

לתכון צלותהם צחיחה לא מבטלה תאמה לא נאקצה מפידה לא כאסרה מבעולה לא מרדודה *Cùm animadverterem, amicos quosdam à me flagitare, ut colligerem illis ſtatuta (a) obſervatu neceſſaria, & partes, & traditiones, & ceremonias in (b) quinque precibus externis; ut ita oratio eorum recta eſſet, non irrita; perfecta, non manca; utilis non detrimentoſa; accepta, non rejecta.*

a. Patet, quàm operoſa ſit Muhammedanis hæc cultus divini ſpecies, ad quam ritè peragendam & divina authoritas quædam imperârit, alia Hierarchia ſtatuerit; alia ad eſſe alia ad bene eſſe pertinent, de quo diſcrimine ſup. pag. 421.

b. Nempe באלפגר *in dilucido.* 2. באלמשרק *Oriente Sole.* 3 באלטהר *in meridie.* 4. באלעצר *inter meridiem & veſperam.* 5. באלמערב *Occidente Sole.* Hæ quinque vices ſunt אלפרץ *neceſſariæ; ſed duæ aliæ, ſcil.* באלעשא *in veſpera.* ſcil. una cum dimidia hora poſt Solis occaſum, & באלשפע *circa mediam noctem* ſunt אלסנה *Traditionis. Fabric. Specim.* Arab. p. 41. Notandum eſt, *inquit*, unum ex præcipuis Muhammedicæ legis præceptis eſſe, ut ſinguli quotidie quinquies orent, deſignatis adhoc quinque temporum differentiis. Horariis

rariis autem hiſce precibus;ad quas quinquies interdiu noctúque populum Hoggii ſive Choggii excitant, hæc nomina indita ſunt; pro ut illa expreſſit *Codovicius* in ſuo Itinerario Hieroſolymitano, *Aſcher*; *Adorh*; *Aſſera, Magrib, Aleſcher. Primam* ſecunda antelucana hora obſervant, quæ continet quatuor *Erket*, & duo *Chalamat*. Eſt autem *Erket* gemina inclinatio, cum totidem proſtrationibus. *Chalamat* eſt ſecreta oratio, quæ cum certis ceremoniis perficitur poſt quamlibet proſtrationem. *Secundam* circa meridiem faciunt, quæ continet decem proſtrationes, & quinque orationes ſecretas. *Tertiam* poſt meridiem, quæ continet octo proſtrationes, & quatuor orationes ſecretas: *Quartam*, Sole occidente, quæ habet quinque proſtrationes & tres orationes ſecretas. *Quintam* & poſtremam circa mediam noctem, quæ cæteris prolixior eſt, habens quindecim proſtrationes, & octo orationes ſecretas, ideoque à Santonibus inſtituta dicitur, ut populum augendum indicet; quo creſcente, fides quoque eorum creſcat & multiplicetur. *Has quidem preces quisque Muhammedanorum cum Parochiano ſuo Hoggio in* מסגד hoc eſt fano communi *facere tenetur, niſi legitimè impediatur.*

tur. Cùm prohibet negotium, ubique orare licet. Minus hæc accuratè: Conſunduntur enim preces neceſſariæ cum liberis. Rectius & compendioſius *Ahmed ben Abdalla* in Confeſſione Mſc. ubi de precibus ſic loquitur: *DEus præcipit vobis* צלאה *id eſt,* orationem *certis temporibus notis, quæ ſunt aurora, meridies & veſpera, quando Sol occidit, & quandiu illa rubedo Solis apparet veſperi usque ad albedinem ejus, & tandem irruit nox.*

III. לאן אלנבי צללי אללה עליה וסלמה
קאל אן אלצלאה עמאד אלדין פמן אקאמהא
פקד אקאם אלדין כלהא פמן תרכהא פקד
הדם אלדין כלהאוקאל רסול אללה צליאללה
עליה אן אלצלוה אפצל אלעבאדאת כלהא
ואוצי אללה סבחאנה בגמיע אלאנביא עליהא
ואוצי אלאנביא לאמתהם עליהא ופיהא
אלמעראג אלמבאגאת ואלכלאם מע אללה
תעאלי וקאל רסול אללה צלם אקל מא
יחאסב בה אלעבד יום אלקיאמה ען אלצלוה
ואן אתי בהא ארכל אלגנה פאלא זג פי אלנאר

Propheta enim (cui DEus benedicat & propitius ſit) dixit: Precatio columna religionis eſt: Qui eam ſtabilit, totam ſtabiliet religionem: Qui verò reliquerit (deſeruerit) eam, totam relinquet religionem. Idem dixit: Precatio

tio omnium cultûs ſpecierum præſtantiſſima eſt, quam DEus omnibus Prophetis ſuis, præcepit, Prophetæ autem populis ſuis. In iis ſcala adverſa (declinandi) *& colloquium cum DEo excelſo. Dixit in ſuper Apoſtolus ille DEi: Etiam de minimo, quod quis ex precibus ultimo Judicio in rationes attulerit, ratio ejus habebitur. Si quid attulerit, ingredietur Paradiſum: Sin, mergetur in ignem.*

a. His aliisque encomiis ornare ſolent Muhammedani precum cultum, ut ad majorem devotionem populum excitent. Duo autem ſibi potiſſimum in precibus tribuunt, quibus aliis palmam ſe præripere gloriantur, 1. *Convocandi modum*, ad attentionem ſingulariter compoſitum. Ahmed Ibn Edris pag. 339. לא נעלם פי שריעה מן אלשראיע אעלאמא באלאוקאת בלמעינאת ללצלואת בשי ישתמל עלי מצלחה עיר אלאעלאם פאליהוד יעלמון באלבוק ואלנצארי בצרב השבה עלי חשבה או נוע אכר מן אלג מאראת יסמונה אלנאקוס ועיר האיתין אלמלתין תעלם באלניראן ומעלום אן אלאמור לא תחצל אלא מצלחה אלאעלאם פשרע פי הדא אלשריעה וחדהא אלאדאן פחצל אלאעלאם ומצלחה אפצל אלינא עלי אלמלך

אלמלך אלעאלם ותחדיד כלמה אלאימאן
פיקהם קדר רסול אלמלך אלדיאן ואלחץ עלי
אלצלאה וגמיע סבל אלנגאה יקולה חי עלי
אלפלאח ואלפלאח כיר אלדניא ואלאכרה
וכלמה חי אמר ותכציץ עלי מא בעדהא ופיה
איקאט אלעאפלין ואנתשאר דכר אלדאכרין
באלמגאובה ללמודנין ופיה אעלא שעאר
אלתוחיד ואנואע אלתמגיד בדוי אלאצואת
בין אלארץ ואלסמאואת עלי אעלא אלבינאת
ואין הדא מן אלנפע פי אלבוקאת וקראע
אלחשבאת ומעלום אן הדא מצאלח גלילה
ומנאקב פצילה לם תקרא אלא פי הדא
אלשריעה אלמחמדיה והדה אלאמה אלטאהרה
אלזאכירה ודלך יוגב שרפהא עלי עירהא

*Non obſervamus in ulla alia Lege (religione) dari ſigna temporibus, precibus deſtinatis, quæ extra ſignandi uſum quicquam ad negotij ſucceſſum conferant. Judæi enim ſignum dant buccina: Chriſtiani ligni mutua colliſione, aut ſpecie alia metalli, quam tintinnabulum appellant. Extra has duas religiones ſigna dantur ignibus. Conſtat autem res non ſuccedere niſi per ſignorum diſpoſitionem: Hæc autem ſola Lex (*Muhamediſmi*) conſtituit ordinem convocationis, & uſum ſignorum: Diſpoſitio autem noſtrî optima erga Regẽ Mundi, παρoξυσμὸν habet, ad verbum*

fidei;

fidei; *incitat* (ad) *ſtatutum Legati Regis*, *boni malique Penſatoris* (Epitheton DEi eſt:) *Incitamentum enim ad preces, omnésque vias arcana communicationis* (notat etiam vias impetrandæ redemtionis) *eſt, cùm* (Præco) *dixerit*: Age, vultum exporrigite ad preces! Age, venite ad felicitatem; *Vox enim* פלאח *tam hujus, quàm futuri ſeculi notat bonum. Vocula autem* חי *imperativa eſt, & appropriativa ejus, quod ſequitur; in qua excitatio deſidum, reſuſcitatio memoriæ eorum,* qui recordantur, *in illis, quæ præconibus* (oratores) *mutuò reſpondent. Atque in his ſummum indicium unitatis; varia ſpecies laudis in iis, qui voce ſunt præditi, inter terram cœlumque, evidentiſſimas demonſtrationes ſuperantes. Quæ verò utilitas ex tubis, aut lignorum pulſu? Notum autem, ejusmodi diſpoſitiones eximias, & ceremonias præſtantes non occurrere, niſi in hac religione Muhammedica, & Gente hac ſancta: Id quod excellentiam ejus ſupra reliquas Sectas neceſſariò evincit.* Quæ de Judæorum buccinis habet author, *Maim.* teſtimonio prolixè confirmantur, Hal. Schabib. cap. 5. §. 18. &c. quorum alibi haberi poterit ratio נאקוס quod *tintinnabulum* vertimus, alii *campanam*; eſt crepitaculum ligneum, quo percuſſo precationis tempora Chriſtiani orientales indicunt; eſtque lignum durum, oblon-

oblongum, tenue, è duabus chordis ſuſpenſum, quod fuſte וביל dicto, percuti ſolet. Habent tamen ſoli *Maronitæ* ſuas campanas. Convocatio ad preces Arabibus eſt אדאן quod quid ſit, & infra audiemus, & breviter jam indicavimus *Append. Gramat. Harmon.* p. 193. Alterum eſt, *quod Muhammedanorum preces, ritè conceptæ, ubique gratæ ſint, & acceptæ.* Idem l. c: גמע אלשראיע אנמא יודן להם פי אלצלאה פי אלביע ושריעתנא וררת באלצלאה פי כל מוצע טאהר פי גמיע אקטאר אלארץ ומעלום אן אלצלאה ותעטים אללה תעאלי פיהא יכון אכתר מן אלאול לאן אלאנסאן קד יתעדר עליהא לביעה לכונה פי אלבריה או אלספר או יתסר לה לכן יבדוא לה פתכון אלצלאה ותעטים אללה תעאלי בהא פי עאיה אלקלה ופי הדה אלשריעה גמיע אלארץ מסגד ויכון תעטים אללה תעאלי ואגלאלה פי עאיה אלכתר פתכון הדה אלשריעה אפצל אלשראיע *Reliquæ religiones convocant in Templa ad preces: Noſtra autem permittit in omni loco puro, in omnibus terræ climatibus, orare. Certum autem, preces, & quæ in iis glorificatio DEi, priori modo frequentiores eſſe. Sæpe enim hominibus deeſt Templi commoditas, aut in de-*

ſerto

ſerto verſantibus, aut itinere occupatis, aut d liteſcenti; atque ſic rariùs preces, adeóqu δοξολογία *DEi ab eo publicè concipiuntur. I: hac religione* (Muhammedica) *omnis terra Oratorium eſt, adeóque magnificentia DEi, ejusque* δοξολογία *frequentiſſima: Unde patet hanc religionē omniū eſſe præſtantiſſimam.* Noi neceſſe eſt, elencho inſtituto, nos probare, injuriam facere Chriſtianis Ahmedem, quòd preces illorum certis aſtringat Templis, cum illas ἐν τόποις devotiones à Servatore ſuo Judæis & Samaritanis relinquere didicerint, *Joh.* c. VI. v. 21. Hiſtoricè tantùm Muhammediſmi enarramus hypotheſes & aſſertiones, quibus Juſtitiam operum præ aliis jactare ſolent. Quanquam inficiari non poſſimus, Romanam paulatim Eccleſiam, precū etiam cultum certis Sanctis & Templis ita adſtrinxiſſe, ut hinc, procul dubio, author inſultandi Chriſtianiſmo acceperit anſam. Sed pergimus.

III. פקבלת מא אלתסמוא מני פגמעה
להם אלפרון ואלאבעאן ואלסנן ואלהיאת מן
כתאב אלביאן וכתאב משכות אלאנואר וכתאב
אלמהדב וכתאב אלתהדיב וכתאב תנביה
אלעאפלין טאלבא ללתואב ורצי אלמר אלוהאב
פנסאל אללה סבחאנה ותעאלי אן יגעלנא מן

אהלה במנה וכראמה *Proinde in me recepturus quod petierunt â me, collegi in eorum gratiam ſtatuta, partes, traditiones, externas ceremonias,* (precum) *ex libro(a) Bian, Libro(b) Maſcalanvar, Libro(c) Mohaddeb, Libro Tabdibh, Libro(d) Tanbiholgaphelin, animo (e) quærendi retributionem, & ſtabiliendi menſuram Datoris. Rogabimus proinde Deum Laudatum, Excelſum, ut nos numeret inter ſuos cum gratia & honore.*

a. Liber Explicatorius, Didaſcalicus.

b. Ambiguæ voces, quæ vel *querelã luminum* notant, vel *mulierum. c.* Hæc duo *puritatem, integritatem* ſignificant. *d.* Lat. *Excitatio negligentium.* Ex pluribus ergolibris Leiturgicis hoc compendium contractum eſt.

e. Ita ſolent ſuos commendare labores ſcriptores Arabici. Author famigeratiſſimus lexici *Kamus* ita ſuam clauſit præfationem: ואללה אסל אן יתיבני בר גמיל אלדכר
פי אלדניא וגזיל אלאגר פי אלאכרה צארפא
אלי ינטר מן עאלם פי עמלי אן יסתר עתארי
וזללי ויסד לסדאר פצלה כללי ויצלח מא טגי
בה אלקלם וזאע ענה אלבצר וקצר ענה אלפה
ועפל ענה אלכאטר פאלאנסאן מחל אלנסיא
ואן אול נאס אול אלנאס *DEum verò precor, ut pro laboris præmio mihi tribuat honeſti nominis*

nis bonum in hac vita, & uberem mercedis gratiam in altera; obnixè rogans, ut quicunque opus meum doctior inſpexerit, tegat, ubi ceſpitaverim, lapſus meus, & obſtruente expleat favore ſuo, hiantes rimas: utque emendet, quod depravatum ſit calami ductu, quod hallucinatus ſit viſus, neque aſſequi valuerit intellectus, & quod per incuriam animus neglexerit. Utique homo (paronomaſia eſt, quam nulla facilè alia lingua aſſequatur) *ſedes eſt oblivionis; & primus, qui oblitus* (mandatum DEi) *fuit, primus hominum fuit.* Alius, errores ſequenti diſticho deprecatus eſt:

אן תגד עיבא וסד אלכללא
גל מן לא עיב פיה ועלא

Si reperias vitium (maculam) *obſtrue rimas;*
Excellit enim, ſuperat (reliquos) *& qui vitio non urgetur.*

IV. פאעלם אן אפצ̇אל אלצלוה ארבעה קיאם ורכוע פקעוד איצ̇א פהאא ארבעה אשיא פרץ ואבעאץ וסנה ואלהיארת ואמא אלפרוץ אדא סהי בואחדה פי צלותה ולם ידכרה פי אלחאל בטלת צלותה ואמא אלאבעאץ אדא סהי בואחדה פי צלותה לם תבטל צלותה ולכן יסגד אלסהו וסגוד סגדתאן וקתה בעד אלתשהד וקבל אלסלאם ויקום מקאמהא

ואמא אלסנה ארא סהי בואחדה פי צלותה לם
יבטל צלותה תואבהא ואמא אלהיה ארא סהי
בואחדה פי צלותהלם יבטל צלותה ולכן יקל
תואבהא *Scito autem, opera* (actus) *precationis eſſe quatuor, (a) ſtationem, (b) capitis inclinationem, adorationem, (c) ſeſſionem; n quibus quatuor iterum neceſſaria obſervationes, partes, traditiones, & ceremoniæ externæ. Qui ex neceſſariis legibus unam inter precandum omiſerit, neq; in momento revocaverit in memoriam, irrita ejus eſt precatio. Si ex partibus unam inter preces neglexerit, non irrita quidem habebitur precatio ejus; Sed emendabitur error adoratione, quæ gemina eſt frontis ad terram applicatio; eſtque tempus ejus poſt teſtificationem, ſed ante ſalutationem; & ſtabit ſtationem ejus. Qui in precibus unam traditionum neglexerit, precum ſuarum mercedem non reddet irritam. Qui ex ceremoniis unam per incuriam in precibus ſuis omiſerit, preces quidem ſuas irritas non reddet; præmium tamen earum minue.*

a. Statio, conſtitutio, indictio precum, quæ præſtitis præſtandis rata habetur: De hac author *Citabolresal.* cap. 8. pag. 19.
ואלאקאמה ותר אללה אכבר אללה אכבר
אשהד אן לא אלאה אלא אללה אשהד אן
מחמדא

מחמדא רסול אללה חי עלי אלצלאה חי עלי
אלפלאח קד קאמת אלצלאה אללה אכבר
אללה אכבר לא אלאה אלא אללה מרה ואחדה
Conſtitutio precum ſingulariter peragitur, verbis: DEus maximus, DEus maximus! Ego verò teſtor, non eſſe DEum, niſi illum DEum: Teſtor, Muhammedem eſſe Apoſtolum DEi. Venite ad felicitatem! Ita (his præconis de turri proclamatis verbis) *conſtituta eſt precatio. Verba, DEus maximus, Deus maximus, non eſt DEus niſi ille, una vice* recitantur. Hebræi etiam in precibus requirunt עמידה ſtationem; ſed alio ſenſu, ut poſtea ex *Maim.* audiemus. Pro ut & Arabibus אקאמה *conſiſtentia* precationis, dicitur, cùm poſt hanc, quæ eſt abſolutæ neceſſitatis, alia fit, quæ eſt liberæ obſervationis.

b. Sunt Orientalibus certæ, externæ exhibendæ reverentiæ, ceremoniæ, uſitatiſſimæ tres כריעה, קידה & השתחויה quæ quid ſint, ex *Maim.* Teph. cap. 5. breviter referre lubet: כריעה האמורה בכל מקום על ברכים קידה על אפים השתחויה זה פישוט ידים ורגלים עד שימצא מוטל על פניו ארצה *Vox* כריעה *ubique notat γονυκλισίαν;* קידה *vultus, capitis inclinationem;* השתחויה *manuum & pedum extenſionem, adeò ut homo faciei*

 enus

tenus projectus jaceat in terra. Arabes easdem ferè retinent ceremonias, duas præſertim γονυκλισίαν, & προσκύνησιν, de quibus *Append. Grammat. Harmon.* p. 294. De utraque prolixè admodum tum *Codex Ravian.* Lib. 11. cap. 3. & *Citabolres.* c. 9. Breviter רכע eſt corpus ſuum deorſum incurvare, pronum eſſe, ita ut manus imponatur genubus, vel depreſſum dorſum æqualiter exporrigatur; quod aliàs voce גמע exprimitur. סגד verò eſt, προσκυνεῖν השתחוה ſuper ſeptem membris, nempe utroque pede, utriſque genubus, utraque manu, & fronte, humi ſe, ad demonſtrationem animi humilis, applicare. Hæc propterea membra appellantur מסאגד *Stratum* ex foliis palmæ contextum, ſuper quo προσκύνησιν, ne manus frontémque polluant, peragere ſolent, כמרה dicitur.

c. De hac Seſſione *Citabolres.* p. 21. תם תרפע
ראסך באלתכביר פתגלס פתתני רגלך אליסרי
פי גלוסך בין אלסגדתין פתנצב אלימני ובטון
אצאבעהא אלי אלארץ ותרפע ידיך ען אלארץ
עלי רכבתיך תם תסגד אלתאניה כמא פעלת
אולא *Elevato poſteà capite tuo in δοξολογία, ſedebis, pedémq; ſiniſtrum inter* ſedendũ *inter duas* προσκυνήσεις *inflectes; dextrum autem erectum ſtatues,*

ſtatues, ut & interiores partes digitorum ejus, terram verſus: Manibusque è terra ad duo genua elevatis ſecundam perages προσϰύνησιν, prout antea primam. Et paulo poſt: תם תפעל פי אלסגוד ואלגלוס כמא תקדם מן אלוצף פאדא גלסת בעד אלסגדתין נצבת רגלך אלימני ובטון אצאבעהא אלי אלארץ ולא תקעד עלי רגלך אליסרי *Tum perages adorationem & ſeſſionem eo modo, qui præcedit. Cùmque ſederis, poſt duas προσϰυνήσεις, ſtatues pedem dextrum, & interiora digitorum ejus, terram verſus, neque ſedebis ſuper pede tuo ſiniſtro.*

d. Codex *Rav.* Lib. II. c. 4. in precibus ſex requirit פראיץ, nempe, אלתחרימה ואלקיאם ואלקראה ואלרכוע ואלסגוד פאלקעדה פי אכר אלצלוה מקדאר אלתשהד ומא זאד עלי דלך פהו סנה *Prohibitionem, ſtationem, lectionem* (Alkorani; quam precibus immiſcent) γονυϰλισίαν, προσϰύνησιν, *ſive adorationem, ſeſſionem ad finem precationis, ſpatio quo recitatur teſtimonium* (ſymbolum fidei Muhammedicæ de quo jam jam) *Quod ſupereſt, ad traditionem refertur.* Quid ſit תחרים hoc loco, patet ex ſynonymi interpretatione in Citabolreſal. p. 19. ואלאחראם פי אלצלואת אן תקול אללה אכבר לא יגזי עירהדא אלכלמה *Prohibitio, conſecratio precationis eſt, cum dixeris:*

xeris: DEus maximus! Neque æqui pollet huic voculæ alia quæcunque. Alii tamen æquipollentiam admittunt. Cod. Rav. L. II. c. 4. ואן קאל בדלא מן אלתכביר אללה אגל ואעטם ואלרח מן אכבר אגזאה ענד אבי חניפה ומחמד רחמהמא אללה וקאל אבו יוסף לא יגזא אללה בלפט אלתכביר *Si loco uſitatæ Doxologiæ* (אכבר אללה) *dixerit: DEus glorioſiſſimus & maximus; aut, miſericors eſt maximus; æquipollentia hæc admittitur, juxtà Abu Hanipha, & Muhammedem. At Abu Joſeph negat æquipollentiam, niſi vox* אכבר adſit.

e. Ita & Judæi octo requirunt, ad legitimam precum conſtitutionem עמידה ונכח המקחש ותיקון הגוף והמלבושין ותיקון המקום והשוית הקול והכריעה והשתחויה *Stationem, è regione ſanctuarij,* (Arab. קבלה vocant) *diſpoſitionem corporis, veſtimentorum, loci; vocis æquabilitatem,* γονυκλισίνα, *&* προσκύνησιν; Majm. Teph. c. 5. quas tamen neglectas precum tollere legitimũ cultũ negant.

f. Plenius de hac negligentiæ compenſatione *Cod. Rav.* L. II. c. 7. פי סגוד אלסהו ואגב אלזיאדה ואלנקצאן בעד אל סלאם יסגד סגדתין תם יתשהד ויסלם ואלסהו ילזם אדא זאד פי צלותה פעלא מן גנסהא ליס מנהא או תרך קראה פאתחה אלזתאב או אלקנות או אלתשהד

אלתשהד או תכביראת אלעידין אלגהר
אלאמאם פימא יכאפי או כאפת פימא
יגהר προσκύνησις παρορχάματος (id eſt, adoratio pro errore in precum recitatione commiſſo) *neceſſaria eſt, aut propter additionem, aut propter detractionem, poſt ſalutationem: & geminam faciet adorationem, poſtea teſtationem peraget & ſalutis comprecationem. Hæc autem παρορχάματος adoratio neceſſaria eſt, cùm precibus opus aliquod accedit, quod ad eas non pertinet, aut negligitur, quod traditione ſtatutum eſt, aut cùm quis intermittit lectionem, aut teſtationem, aut μεγαλυνισμὸς duorum feſtorum: aut publicè peragit Antiſtes, quæ clam fieri deberent, vel clam exequitur, quæ publica eſſe deberent.*

g. Teſtificatio, aut teſtimonium hoc quid ſit, & ſalutatio, ſalutis comprecatio, ex *Citalobres*, pag. 22. diſcere juvat:
אלתשהד אלתחיאת ללה אלזכיאת ללה
אלטיבאת אלצלואת ללה אלסלאם עליך איהא
אלנבי ורחמה אללה וברכאתה אלסלאם עלינא
ועלי עבאד אללה אלצאלחין אשהד אן לא אלה
אלא אללה ואשהד אן מחמד עבד אללה
ורסולה פאן סלמת בעד הדא אגזאך וממא
תרידה אן שית ואשהד אן אלדי גאבה מחמד
חק ואן אלגנה חק ואן אלנאר חק ואן אלסאעה
אתיה

אתיה לא ריב פיהא פאן אללה יבעת מן פי
אלקבור אללהם צלי עלי מחמד ועלי אל
מחמד וארחם מחמדא ואל מחמד ובארך
עלי מחמד ועלי אל מחמד כמא צלית ורחמת
ובארכת על אבראהים ועלי אל אבראהים
פי אלעאלמין אנך חמיד מגיד אללהם צלי
עלי מליכתך אלמקרבין ועלי אנביאיך
ואלמרסלין ועלי אהל טאעתך אגמעין אללהם
אעפר לי ולואלדי ולאימתנא ומן סבקנא
באלאימאן מעפרה עזמא אללהם אני
אסלך מן כל כיר סאלך מנה מחמד נביך אללה
אעפר לנא מא קדמנא ומא אכרנא ומא
אסררנא ומא אעללנא ומא אנת אעלם בה
מנא רבנא אתינא פי אלדניא חסנה ופי
אלאכרה הסנה וקנא עדאב אלנאר גאעוד בך
מן פתנה אלמחיא ואלממאת ומן פתנה אלקבר
ומן פתנה אלמסיח אלדגאל ומן עדאב אלנאר
וסוא אלמציר אלסלאם עליך איהא אלנבי
ורחמה וברכאתה אלסלאם עלינא ועלי עבאד
אללה אלצאלחין תם תקול אלסלאם עליכם
תסלימה ואחדה *Teſtificatio abſolvitur laudibus, encomiis, blandis verbis, & benedictionibus DEi* (ut ſunt;) *Pax tibi, ò Propheta, miſericordia DEi, & benedictio ejus. Pax nobis, & ſervis DEi bonis: Teſtórque, non eſſe DEum, niſi*

niſi illum Deum; & teſtor, Muhammedem eſſe ſervum DEi, & Apoſtolum ejus. Si autem ſalutatione functus es, æquipollenter, ſi velis, poteris dicere: Etiam teſtor, illud, quod attulit Muhammed, veritatem eſſe; Paradiſum, & Ignem (infernalem) *veritatem eſſe: De hora futura* (ultimo judicio) *non eſſe dubium; DEum enim excitaturum eos, qui ſunt in ſepulchris. ô DEus, ora pro Muhammede, & familia ejus: Miſerere Muhammedis & familiæ ejus: Benedic Muhammedi, & familiæ ejus: Sicut oraſti, miſertus es, & benedixiſti Abrahamo, familiæ Abrahami in utroque mundo. Tu enim laudabilis es & deſiderabilis. DEus ora* (hoc verbum Arabibus, Deo tributum, idem eſſe, quod *benedictione proſequi,* alibi oſtendemus) *pro cœtu tibi appropinquantium, & pro Prophetis tuis, tuis Legatis, populo obſequiꝫ tui univerſo: ò DEus remitte mihi, & parentibus meis, propinquis meis & qui nos præceſſerunt in fide, remiſſione conſtanti. O DEus, DEus, rogo Te omne bonum, quod petiit abs Te Muhammed, Propheta tuus. DEus, condona nobis priora & poſteriora noſtra* (peccata;) *quæ vel palàm, vel clam fraudulenter egimus, & quæ tu melius nôſti, quàm nos ipſi. Domine noſter bea nos in hoc & futuro ſeculo, pulchro præmio: Serva nos à pœna ignis. Et confugiam ad auxilium Tuum contra tentationem vitæ & mortis; contra tenta-*

tentationem ſepulchri, & Antichriſti, & à pœna ignis, & malo ſucceſſu. Pax tibi, ò Propheta, & miſericordia DEi, & benedictio ejus. Pax nobis, & ſervis DEi bonis. Poſtea una ſalutatione dices: Pax vobis. &c. quod quibus ceremoniis fieri debeat, author in ſequentibus explicat.

V. ואעלם אן אלפרוץ פי צלוה אלצבח
והי רכעתאן פיהא אתנתאן ותלתון פרצא קאל
אמאם אלשאפעי ואצחאבה רצי אללה ענהם
ופי אלרכעה אלאקלה מן כל צלוה ואגבה
ארבעה עשר פרצא והי הדה אלניה ותכבירה
אלאחראם ואלקיאם וקראה אלפאתחה
איה מנהא ואלרכוע ואלטמאנינה פיה
ואלרפע מן אלרכוע ואלטמאנינה פיה
ואלסגדה אלאקלה ואלטמאנינה פיהא
ואלגליס בין אלסגדתין ואלטמאנינה פיה
ופי אלרכעה אלתאניה אתנא עשר פרצא
כמא דכרנא עיר אלניה ותכבירה אלאחראם
ופי אלגלוס אלאכרה סתה פרוץ והי הדה
אלגלוס אלאכיר ואלתשהד פיה ואלצלוה
עלי אלנבי צללי אללה עליה פיה ואלתסלימה
אלאולי וניה אלכרוג מן אלצלוה ואלתרתיב
פי אפעאל אלצלוה פגמלתה אתנאן ותלתון
פרצא *Scito autem, ſtatutas divinitus precum ma-*

(a) matutinarum leges, duas nempe capitis (b) inclinationes, conſtantes 32. neceſſariis obſervationibus. Antiſtes (c) Schafaus, ejusq; ſocii, quibus DEus ſit propitius, dixerunt. In inclinatione capitis minima, uniuscujusque precationis, neceſſaria ſunt requiſita quatuordecim, (d) intentio nempe, (e) μεγαλυνισμὸς ſacrorum (cum ſolennitates publicæ certa δοξολογία indicuntur) *conſtitutio precum, lectio Suratæ primæ, certorum nempe ex ea verſuum, & capitis inclinatio, & quæ in ea eſt (f) quies, elevatio ab inclinatione, & quæ in ea quies: προσκύνησις minima, & quæ in ea quies: Seſſio inter duas προσκυνήσεις, & quæ in ea quies. In incurvatione ſecunda duodecim ſunt leges neceſſariæ, veluti memoravimus; præter intentionem, & μεγαλυνισμὸν Sacrorum. Seſſionis poſtremæ ſex ſunt ſtatuta divina, ſeſſio poſtrema, teſtificatio, precatio pro Propheta, ſuper quo pax, ſalutatio prior, intentio egreſſus à precibus. Ordo autem operum προσδεκτικῶν 32. ſtatutis abſolvitur divinis.*

a. Suprà jam monuimus, quinque eſſe vices ſtatas precum Muhammedicarum; quod & alii obſervârunt: Quas verò ſingulis temporibus deſtinârint formulas, alibi hactenus non occurrit, niſi quod in Codice Mſc. Arabico-Turcico, quem à Reverendo *D. Eſſenvvein*, Speciali Leobergenſi, a. Ch. 1659. Stutgardiæ dono accepi, ordine

ne exhibeantur. Sunt autem ſequentes 1. Preces (אלפגר) Matutinæ אללהם אנא נסלך אימאנא וקלבא כאשעא ויקינא צאדקא ולסאנא דאכרא ובדנא צאברא ועמלא מתקבלא ודינא קימא ואלסלאמה מן כל אתם ואלענימה מן בר ואלפוז באלגנה ואלנגאה מן אלנאר אללהם אצבחנא צבאחא מבארכא לא כאזיא ולא פאצחא אללהם אנא נסלך כיר אלצבאח וכיר אלמסא ושר אלקצא וכיר אלקדר וכיר מא גרי בה אלקלם ברחמתך יא ארחם אלראחמין *O DEus, rogamus te fidem, cor humile, erectum & verax; Linguam commemorantem; corpus patiens, opus acceptum, judicium rectum: Integritatem ab omni vitio, prædam omnis juſtitiæ: Felicitatem in Paradiſo, liberationem ab igne. O DEus matutinum nobis tempus largire benedictum, non ignominioſum, neque opprobrij plenum. O DEus, rogamus Te id quod mane & veſperi bonum eſt: Malum decreti,* (averte) *& bonum Providentiæ* (largire.) *Bonum, quod* (ſorte) *ſagitta, obtinetur ò tu qui miſeratorum maximè es miſericors.*

Precum (אלטהר *meridianarum*) formula: אנא נסאלך זיארה פי אלעלם וברכה פי אלחק ותובה קבל אלמות וראחה ענד אלמות ונגאה מן אלנאר ודכולא פי אלגנה ועאפיה פי

פי אלדניא ואלאכרה ברחמתך יא ארחם אלראחמין Rogo te augmentum ſcientiæ, *benedictionem alimenti, pœnitentiam ante mortem, quietem in morte, remiſſionem poſt mortem, liberationem ab igni, ingreſſum in Paradiſum, incolumitatem in hac & futura vita, idque per miſericordiam tuam, ô tu* &c.

Precum veſpertinarum (צלוה אלעצר) formula eſt: אללהם אנא נסלך אלנציב אלאופי מן גנאת אלנעים ונסלך אלהדי פי אלתקי ואלבשרי ענד אנקטאע אלדניא ונסלך אימאנא לא ירתד וקרה עין לא תנפד ופרגא לא תנקטע ותופיק אלחמד ולבאס אלתקוי וזינה אלאימאן ומואפקה נביך מחמד צללי אללה עליה וסלם פי אעלא גנה אלכלד ברחמתך יא ארחם אלראחמין *ô DEus, rogamus Te partem perfectiſſimam ex hortis amœnis: Rogamus Te directionem in pietate & annunciatione, cùm mundus deſierit: Rogamus te fidem, quæ repelli non poſſit, & refrigerium oculorum, quod non tranſeat; Solatium, quod non ceſſet: Concurſum DEi propitium ad laudem, veſtem timoris, decus fidei, conſenſum cum Propheta tuo Muhammede, pro quo DEus oret, eíq; pacem largiatur in ſupremo horto æternitatis per miſericordiam Tuam, o tu* &c.

Exem-

Exemplum precum אלמערב, *poſt occaſum Solis:* אללהם נגנא מן אלנאר סאלמין ואדכלנא אלגנה בסלאם אמנין ואעפר לנא ולאמואת אלמסלמין וצללי אללה עלי סידנא מחמד ואלה אגמעין וסלאם עלי אלמרסלין ואלחמד ללה רב אלעאלמין *ò DEus præſta nos ab igne ſalvos; & deduc nos in Paradiſum cum pace ſecurorum: Remitte nobis peccata & defunctis Muſelmannorum: Et oret DEus pro Domino noſtro Muhammede, & univerſa ejus familia, Amen: Et pax ſit ſuper Apoſtolos. Laus Deo, Domino Creaturarum.* Formula precationis *nocturna* אלעשא אללהם יא דאים אלפצל עלי אלבריה ובאסט אלידין עלי אלעטיה ויא צאחב אלמואהב אלסניה צללי עלי מחמד כיר אלורי אלסכיה וארזקנא עישה ראציה ואעפר לנא יא דא אלעלא פי הדה אלעשיה ואחפטנא מן אלאפאת ואלעאהאת ואלבליה ברהמתך יא ארחם אלראחמין *ò DEus, qui aterna es bonitate in creaturas, extendens manus muneribus: Dator munerum annuorum, ora pro Muhammede, qui inter homines liberales optimus. Suſtenta nos ad vitam placentem, & remitte nobis* (peccata) *ò Excelſe, in hac veſpera, & libera nos à malis & pernicie, & tentatione, per miſericordiam Tuam, ò Tu* &c.

b. Habet una quæque precatio diver-

ſas

ſas inclinationes & proſtrationes pro diverſitate vel temporis, vel otii vel precum. Et luci quidem matutinæ duæ tribuuntur. Aliâs Synecd. Arabes dicere ſolent רכע רכעה vel רכעתין vel תלאת רכעאת *P. regit preces ſuas.* Judæi ſingulis precibus quinque aſſignârunt כריעות incurvationes, de quibus *Maim.* Hil. Teph. c. 5.

c. Fuit hic inter primarios Antiſtites Muhammedanos, de quibus in Hiſt. Orient. p. L. II. C. ult.

d. De hac intentione operoſi ſunt Hebræorum Magiſtri, qui eam כונת הלב diſpoſitionem cordis appellant. Id quid ſit, *Maim.* exprimit Hil. Tephill. c. 54.

שיפנה את לבו מכל המחשבות ויראה עצמו כאלו עומד לפני השכינה *Cùm avertit* (homo) *cor ſuum ab omnibus cogitationibus* (impertinentibus) *& ſibi videtur ſtare in conſpectu Maieſtatis divinæ.* De hac diſpoſitione cordis R. *Ab. Eſra*, in Pſalm. 78. עיקר התפלה כונת הלב *Fundamentum precationis eſt diſpoſitio cordis.* Alibi: תפלה בלא כונה כגוף בלא נשמה *Precatio ſine intentione, eſt ſicut corpus absque anima.* Item; כל הפלה שאינה בכונה אינה תפלה *Omnis oratio, quæ fit ſine intentione, non eſt oratio.* Et in *Orach Chaim.* num. I. Sect. 4. טוב מעט תחנונים בכונה מהרבות

בלא

בלא כונה *Meliores ſunt pauca preces cum intentione, quàm multæ, ſine intentione.* Unde Canon *Maim.* Hil. Teph. c. 4. כל התפלה שאינה בכונה אינה תפלה ואם התפלל בלא כונה חוזר ומתפלל בכונה מצא דעתו משובשת ולבו טרוד אסור לו להתפלל עד שתתישב דעתו *Precatio, abſque intentione, non eſt precatio: Quòd ſi abſq; intentione quis fuerit precatus, repetat precationem cum intentione. Si quis turbato aut occupato fuerit animo, non licet ei precari, donec ad ſe redierit.*

e. Hocquid ſit, diximus ſupra pag. 487. Cùm nempe certâ formulâ אכבר אללה *DEus maximus*, &c. tempus precibus deſtinatur, & devovetur. Wann das gebet gebannet wird.

f. Intelligitur mora quædam, qua veluti attonitus, demiſſo, & humili ſtat orator animo: תסתוי קאימא מטמינא מסתרסלא *Stabis erectus, quieſcens, & demiſſus. Cita bolres.* pag. 20. ubi prolixè de his actibus author loquitur. Et alter *Codex Rav.* Lib. II. c. 4. תם ירפע ראסה ויכבר פארא טמין גאלסא כבר וסגד וארא טמין סאגדא ככר *Elevato poſtea capite ſuo μεγαλύνει: Cúmque ſedens quievit, μεγαλύνει καὶ προσκυνεῖ. Cùm verò προσκυνήσας quievit, μεγαλύνει.*

g. De

g. De hac ſeſſione ſupra. p. 423. plura infra.

VI. פאעלם אן אלפרוץ פי אלמערב
ארבעה וארבעון פרצא ופי אלרכעה אלאקלה
ארבעה עשר פרצא והי הדה ופי אלרכעה
אלתאניה אתנא עשר פרצא ופי אלרכעה
אלתאלתה איצא כדלך ופי אלגלוס אלאכירה
סתה פרוץ פגמלתהא ארבעה וארבעון פרצא

Nôris autem, Leges ſtatutas precum poſt occaſum recitari ſolitarum, eſſe 44. *In inclinatione nempe minori ſunt* 14. *Leges ſtatuta ; in inclinatione ſecunda* 12. *& in inclinatione tertia totidem : In ſeſſione poſteriori ſex ſtatuta divina : Summa illorum ſtatutorum* 44.

a. Quinque precum Muhammedicarum nomina ſuprà pag. 474. ex mente eruditorum Europæorum recenſuimus ; vide Animad. *Lud. de Dieu* in Act. cap. 3. Nunc & momenta ſingularum, & nomina etiam ex ipſis audiamus Arabibus, quæ ordine nobis exhibentur in *Cod. Rav.* L. II. cap. 1. & *Citabolres.* pag. 16. Illius potiſſimum, quia brevior eſt, hac vice arabimus vitulâ :

אלצלוה אול וקת אלפגר אדא טלע אלפגר
אלתאני והו אלביאץ אלמעתרץ פי אלאפק
ואכר וקתהא מא לם תטלע אלשמס ואול
וקת אלטהר אדא זאלת אלשמס ואכר וקתהא

ענד אבי חניפה אדא צאר טל שׄי מתליה סוי
פׄיאלזואל וקאל אבו יוסף ומחמד רחמהמא
אללה אדא צאר טל כל שׄי מתליה ואול וקת
אלעׄצר אדא כׄרג וקת אלטהר עׄלי אלקולין
ואכׄר וקתהא מא לם תעׄרב אלשמס ואול
וקת אלמעׄרב אדא עׄריב אלשמס ואכׄר וקתהא
מא יעׄב אלשפק והו אלביאץׄ אלדיפׄי אלאפק
בעד אלחמרה ואול וקת אלעׄשׄא אדא עׄאב
אלשפק ואכׄר וקתהא מא לם יטלע אלפגר

Prima *precatio peragitur tempore auroræ, cùm ſurrexerit diluculum ſecundum, quod eſt albedo* ſe manifeſtans *in horizonte. Ultimum temporis ejus, cùm Sol nondum eſt exortus. Initium temporis* meridiani eſt, *cùm Sol abiit de cœli culmine: Terminus temporis, juxta Abi-Chaniſam, cùm umbra rei fuerit ſimilis, æqualis, umbræ receſſûs* (recedentis & poſt meridiem declinantis Solis:) *Abu Joſeph autem & Muhammed, quorum Deus miſereatur, dixerunt; cùm umbra omni rei æqualis eſt. Initium temporis* veſpertini *eſt, cùm egreditur tempus meridiei, ſpatium duarum ſententiarum: (Citabolres,* ארא אזאלתואלשמס ען דבר אלסמא ואכׄד אלטל פי אלזיאדה: *cùm receſſerit Sol à poſteriori parte cœli, & incipit incrementum umbræ) Terminus, prius quam occiderit Sol. Initium* occaſus, *cùm Sol occidere incipit: Terminus ante*

antequam ſe albedo, quæ in Horizonte poſt rubedinem apparet, abdiderit. Initium veſperæ, *cùm albedo illa ſe abſcondidit ; finis verò, ante diluculum matutinum.*

VII. פאעלם אן אלפרוץ פי אלצלוה
אלטהר סתה וכמסון פרצא ופי אלצלוה אלעצר
ואלעשא כדלך והי הדה ופי אלרכעה עשר
פרצא ופי אלרכעה אלתאניאתנא עשר פרצא
ופי אלרכעה אלתאלתה אתנא עשר פרצא ופי
אלרכעה אלראבעה איצא כדלך ופי אלגלוס
אלאכירה סתה פרון פיכון אלגמלה פי אלצלוה
אלרבאעיה מאיה ותמאניה וסתין פרצא ופי
אלתלאתיה והי אלמערב ארבעה וארבעון
פרצא ופי אלצבח אתנאן ותלתון פרצא וגמלה
אלפרוץ פי אלצלוה אלכמס פי אליום
ואללילה מאיתאן וארבעון פרצא ולא יצח
אלצלוה אלא באתיאן אלפראיץ כלהא ומן
תרך פרצא פי אלצלוה סהוא כאן או עמדא
פקד בטלת צלואתה באלאגמאע רצי אללה
ענהם *Scito etiã divina precum meridianarum ſtatuta eſſe 56. neceſſariò obſervanda: Totidem in veſpertinis & nocturnis, nempe: Statuta inclinationis minoris ſunt* 14. *Inclinationis ſecundæ* 12. *Inclinationis tertiæ* 12. *Inclinationis quartæ to-*

tæ totidem. Seſſionis ultimæ 6. Summa quatuor precationum 186. Statuta. Tertia, quæ eſt poſt Solis occaſum 44. eſt ſtatutorum: Matutinæ 32. ſtatutorum. Summa quinque precationum, diu noctúque reddi ſolitarum, eſt ſtatutorum divinorum 244. Precatio autem legitima non eſt, niſi ſtatuta illa neceſſaria accedant omnia. Et qui vel unum omiſerit, ſive per errorem, ſive deſtinato conſilio, ejus utique precatio eſt irrita, idque ex conſenſu ſocietatis Muhammedicæ, cui DEus ſit propitius.

a. De qua Citabolres. pag. 16. אלצלאה אלצבח פהי צלאה אלוטי ענד אהל אלמדינה *Matutina precatio eſt Medinenſibus precatio q. fundamẽtalis.* Nocturna p.18. appellari ſolet; צלאה אלעתמה precatio quæ tertia parte noctis, à fine crepuſculi, peragitur.

b. Hinc demum patet, quàm ſit Muhammedanis religioſa hæc quinquies orandi Leiturgia, à qua vix neceſſitatis ullus caſus excipit. Sionit. de morib. Oriental. cap. XV. *Secundo loco oratio præcipitur, precésque horariæ, quas in templis aut domi, foríſque peragere debent. Quinquies ad has preces interdiu noctúque accedunt.* Primæ *orationis tempus eſt hora antelucana, cùm apparere incipit aurora:* Secunda *fit circa meridiem:* Tertia *poſt meridiem antequam Sol declinare incipiat:* Quarta *poſt*

ta *poſt Solis occaſum, dum ſtella apparere inci-piunt: quinta denique prima noctis vigilia, ſeu tertia noctis parte, quæ licita eſt, inquit Ben Sidi Ali usque ad mediam noctem, quo tempore transacto illicita omnino eſt. His ergo præcisè horis adeò ſunt intenti, ut nemini illas absque peccato transgredi liceat.* Imò, *ait Ben-Sidi Ali, ſi quis in mare fuerit dejectus, ſciatque orationis tempora inſtare, ſi poteſt, orationis legem complere debet: Ac mulier, inquit, dum parturit, non eſt ab hac Lege immunis; ſed infantis caput aliquo in loco reclinare debet, & ſtatutum orationis tempus adimplere, quod in hac ſecta arduum omnino eſt. Viatores autem omnes, ſtatim atque orationis tempus inſtare advertunt, à via parùm ſemoti ſe lavant, ſi aqua adſit, alioquin terrâ leviter effoſsâ, lavare ſe ſimulant, & illinc non diſcedunt, donec orationem compleant ſuam.*

VIII. ואמא אלאפעאל אלתי תסמי

אלאבעאץ אלתי תגבר באלסגוד והי ארבעה
אלגלוס ואלתשהד אלאול פיה ואלצלוה עלי
אלנבי צללי אללה עליה פיה ואלקנות פי
אלצבח פגמלה אלאבעאץ פי אלצלוה אלכמס
תלתה אבעאצא עלי מדהב אלאמאם
אלשאפעי רחמה אללה עליה *Porrò opera quæ partes aliâs appellari ſolent, & quæ*

... ... in προσκυνήσει; ſunt quatuor, Seſſio, & teſtificatio (a) prior in ea; precatio pro Propheta, cui DEus ſit propitius; quæ in ea; & (b) devotio in precibus matutinis. Summa autem partium in precibus quinque, obſequitur 3. juxta ſectam Antiſtitis Schafai; cujus DEus miſeratur.

a. Duplex enim ceu ſupra p. 423. oſtendimus.

b. Hæc in *Citabôlres.* pag. 21. ita deſcribitur: ואלקנות אללהם נסתעינך ונסתעפרך ונומן בך ונתוכל עליך ונכנע לך ונכלע ונתוך מן יכפרו אללהם איאך נעבד ולך נצלי ונסוד ואליך נסעי ונחפר נרגו רחמתך ונכאף עדאוך צדאבך אלגן אן עדאבך באלכאפרין מלחק

Devotio (ἐπιμονὴ in precibus) *peragitur verbis: O DEus, imploramus auxilium tuum, & remiſſionem abs te petimus; credimus in te; fiduciam in te collocamus, humiliamus nos Tibi, abdicantes & rejicientes eum, qui te abnegat. O DEus: Te colimus, ad Te precabimur. Te adorabimus, ad Te curremus, ad Te, ut famulemur, properabimus, in miſericordia Tua ſpem collocabimus: Metuemus pœnam tuam; pœnam Dæmonum. Pœna enim tua eſt in infideles.*

IX. ואמא אלסנה אראה סהי בואחדה פי צלואתה לם יבטל צלותה ולכן יקל תואבה:

והי

והי הדה אלנטק באללסאן פי תרגמה אלניה
ורפע אלידין חרו מנכביה ודעא אלאסתפתאח
ואלגהר באלתכביראת ואלתעוד מן אלשיטאן
אלרגים ווצע אלימני עלי אליסרי ויקבן בכפה
אלימני עלי כוע אליסרי מע אלרצע ובען
אלסאעד ואן יצע ידיה תחת צדרה ופוק סרתה
ואלתאמין בעד אלפאתחה ויקרא בעד
אלפאתחה ותכבירה אלרכוע ואן יקבן בכפיה
עלי רכבתיה ויפרק אצאבעה ואן ימד טהרה
ועאנקה ולא ירפק ראסה ולא תכפצה
ואלתסביח פי אלרכוע ויקרא אללהם לך
רכעת ובך אמנת ולך אסלמת וכשע לך סמעי
ובצרי ולחמי ועטמי ופי אלרפע מן אלרכוע
קאל סמע אללה למן חמדה רבנא אלחמד
ואלתנא פיה ותכבירה אלהוי ואלאול מא יקע
עלי אלארץ רכבתאה תם גבהתה ונאפה
ואלסגוד עלי סבעה אעצאיה אלידא תם
ורכבתאה וגבהתה ואנפה ומחראף אצאבע
רגליה ואן יצע ידיה חדוא מנכביה ויצם
אצאבעהא ויצם אבהאמה אליהא מסתקבל
אלקבלה להא ויגא פי עצדיה ען גנבה ויעל
בטנה ען פכדיה ואלתסביח פי אלסגוד ואן
יקרא אללהם לך סגדת ובך אמנת ובך
אסלמת כשע לך סמעי ובצרולחמי ועטמי

ותכביר אלגלוס בין אלסגדתין אן יצע רגלה
אליסרי יקעד עליהא גיר גלוס אלאכיר וינצב
קדמה אלימני פי אלגלוס ווצע ידיה עלי פכדיה
ואלדעא פי אלגלסתין ותכבירה אלסגדה
אלתאניה ותכבירה אלרפע מן אלסגוד אלי
אלקיאם מן אלגלוס פי אלרפעה אלאקלה
ווצע אליסרי עלי פכדה אליסרי מבסוטה
אלאצבע ידה אלימני מצבוטה אלא אלמסבחה
פאנה סיר בה ענד כלמה אלאתבאת באלא אלה
ולא יסיר בה ענד כלמה אלנפי בלא אלה אן
יכרג רגלה אליסרי מן גהה אלאימן פינצב
קדמה אלימני פי אלגלוס אלאכיר ויקרא
אלמבארכאת אלצלואת אלטיבאת
ואלצלוה עלי מחמד פי אלתשהד אלאקל
ואלצלוה עלי אבראהים ועלי אל אבראהים
פי אלתשהד אלאכיר פאלרפע אלתשהד
אלאכיר ואלתסלימה אלתאניה עלי אליסרי
וניה אלסלאם עלי אלמלאיכה ועלי אלחאצרין
פי אלאימן ואלאיסר וקאל אסאלך אלפוז
באלגנה בעד אלתסלימה אלאולי וקאל אסאלך
אלנגאת מן אלנאר ועפו מן אלחסאב בעד
אלתסלימה אלתאני פיכון גמלה אלמסנה פי
אלצלוה אלכמס פי אליום ואלליל תמאן
ותמאניה

ותמאניה וארבעין סנה *Inſuper ſi quis unam*(*a*) *ex traditionibus, in precibus ſuis per errorem omiſerit, non propterea irrita redditur ejus precatio, minuitur tamen ejus præmium: Sunt autem* (traditiones:) *Elocutio linguæ, qua intentio explicatur; elatio manuum verſus humeros; imploratio*(*b*)*auxilij; clara pronunciatio* μεγαλυνισμῶν, *imploratio auxilij contra Dæmonem maledictum: Poſitio* (*c*) *dextræ ſupra ſiniſtram; ita ut manu dextra apprehendat extremitatem cubiti paululum protuberantem ſiniſtram, cum commotione brachij, manus etiam ſuas pectori, ſupra umbilicũ, imponat. Penſum*(*d*) *autem Alkorani certũ, quod proœmium*(primam Suratã) *ſequitur, poſt illud leget:* Μεγαλυνισμὸς *incurvationum fit, ubi manibus ſuis genua apprehendet, dorſum verò ſuum, ſuámq; cervicem extendet, digitos diſtendet, caput autẽ ſuum neq; attollet, neq; deprimet.* Δοξολογία *inclinationibus peragitur, clamando:* O Deus, Tibi inclino, in Te credo, Tibi me committo: Tibi ſupplicat auditus meus, & viſus meus, & caro mea, & os meum. *Dum autem ſe elevat ab inclinationibus, eloquitur:* Illum exaudit DEus, qui laudat eum: Domine noſter; Tibi laus & gloria in eo. Μεγαλυνισμὸς *demiſſionis adeóque primus fit, cùm terræ primò applicantur genua, poſtea frons & naſus.* Προσκύνησις *autem peragitur ſuper ſeptem membris, utraque manu,*

manu, utroque genu, fronte & naſo ejus, extremitate denique digitorum pedum ejus. Quòd ſi manus ſuas verſus humeros ſuos poſuerit, digitos & pollices ſuos ad eos contrahet: Ipſe verò ad eum, qui antrorſum propoſitus illic eſt, ſe vertet orandi tractū: Brachiisq; lateri applicatis ventrē ſuum ante fœmora prominere faciet. Fit autem δοξολογία προσκυνήσεως, *ſequentibus verbis:* O DEus, Tibi ſupplex fio, in Te credo, Tibi me committo: Humiliter ſe Tibi devovet auditus meus, & viſus meus; caro mea, & os meum. Μεγαλυνισμὸς *ſeſſionis, inter duas* προσκυνήσεις, *fit, cùm* (quis) *pedem ſuum ſiniſtrum poſuerit, ut ei poſſit inſidere (excepta tamen ſeſſione poſteriori) pedem verò dextrum inter ſedendum erectum figat; manibus interim fæmoribus impoſitis. Precatio autem inter duas ſeſſiones duabus conſtat adorationibus.* Μεγαλυνισμὸς *ſecundæ adorationis, &* μεγαλυνισμὸς *elevationis, ab adoratione ad ſtationem à ſeſſione, in inclinatione minima, eſt, cùm manum ſuam ſiniſtram fæmori ſuo imponet ſiniſtro, extenſis digitis; manus autem dextra erit firmiter conſtricta (niſi cùm* δοξολογεῖ, *tunc enim, ubi pervenerit ad particulam confirmativam fidei:* Niſi (באלאללה) DEus, *dimittit eam; non verò dimittit illam, ad voculam negativam:* Non (לא אלה Non eſt DEus) *& egredietur pes ſiniſter à latere dextero: Pedem autem dextrum*

trum ſtatuet in ſeſſione poſteriori, & leget benedictiones, preces licitas,(blandis verbis conceptas) *precationes pro Muhammede in teſtificatione minori; orationem pro Abrahamo & familia Abrahami, in teſtificatione poſteriori; ſalutationem ſecundam ad ſiniſtram; intentionem ſalutandi Angelos, & præſentes ad dextram & ſiniſtram; dicetque:* Rogo te felicitatem in Paradiſo; *poſt ſalutationem primam: Poſt ſalutationem verò ſecundam:* Rogo Te ut liberes me ab igni, concedas miſericordiam die rationis (ultimo judicio) *Summa eorum, quæ ad quinque precum vices, noctu & interdiu requirit traditio, eſt* 848.

a. Sub finem hujus περικοπῆς audivimus, ſummam traditionum aſſurgere ad 848. quas omnes obſervare moroſæ omnino eſt βαττολογία, à qua DEi voluntas revelata pridem nos liberavit. Illud tamen ſemper manet, Muhammedanos Juſtitiæ legalis, quæ in propriis quæritur meritis, obſervantiores eſſe, quàm ſint quicunque alii, cœlum ſuis meritis tribuentes.

b. Frequens hujus verbi in ſcriptis Leiturgicis mentio. *Citabolres.* pag. 19. פאן כנת
פי אלצבח קראת גהרא באם אלקראן לא
תסתפתח בסם אללה אלרחמאן אלרחים
פי

פי אכם אלקראן ולא פי אלסורה בעדהא *Si manè fueris occupatus precibus, clara leges voce primam Alkorani Suratam; neque tamen auxilium rogabis verbis: In nomine DEi miſeratoris miſericordis*; quæ in prima occurrunt Surata, & in altera, quæ iſtam ſequitur. *Cod. Rav.* L. II. c. 4. פיפעל פי אלרכעה אלתאניה מתל, מא פעל פי אלאולי אלא אנה לא יסתפתח ולא יתעוד ולא ירפע ידיה אלא פי אלתכבירה אלאולי *Idem faciet in inclinatione ſecunda, quod fecit in prima; niſi quod nec auxilium implorabit, nec ad Deum (contra Dæmonem maledictum) provocabit, nec manus ſuas elevabit, niſi in μεγαλυνισμῷ priori.*

c. De his ritibus prolixius & clarius agitur in *Cod. Rav.* Lib. II. cap. 4. *Citaboires.* pag. 19.

d. Vocem cæteroquin ſatis obſcuram, ſupra p. 423. *moram* vertimus; ſed hoc loco aliud notare videtur: *Giggam:* אלתאמין *cùm aliquis ad certū locum in Alkorani profana lectione devenit.* Id verò quid ſit tum ex litera (*a*) colligere licet, tum plenius ex altero *Cod. Miſc. Rav.* cap. 4. ויעתמד בידה אלימני עלי אליסרי ויצמהא תחת סרתה תכם יקרא סבחאנך אלי אכרה ויסתעין באללה מן אלשיטאן אלרגים ויקרא בסם אללה אלי אכרה

אכרה ויסר בהמא פי נפסה תם יקא פאתחה
אלכתאב וסורה מעהא או תלאת איאת מן אי
סורה ש׳א ואדא קאל אלאמאם ולא אלצאלין
קאל אמין ויקול להא אלמותם ויכפיהא תם
יכבר וירכע ויצע ידיה עלי רכבתירה ויפרג
:צאבעה ויבסט טהרה ולא ירפע ראסה ולא
ינכסה פיקול פי רכועה סבחאן רבי אלעטים
תלתא ודלך אדנאה תם ירפע ראסה פיקול
סמע אללה למן חמדה ויקול אלמותם רבנא
לך אלחמד פאדא אסתוי קאימא כבר וסגד
ואעתמד בידיה עלי אלארץ ווצע וגהה בין כפיה
וסגד עלי אנפה וגבהתה ואן אקתצר עלי
אחדהמא ואן ענד אבי חניפה רחמה אללה וקאל
אבו יוסף ומחמד רחמהמא אללה לא יגח
אלאקתצאר עלי אלאנף אלא מן עדר ואן סגד
עלי כור עמאמתה או פאצל תובה גאז ויבדי
צבעיה פיגא פי בטנה ען פבדיה ויוגה אצאבע
רגליה נחו אלקלה ויקול פי סגודה סבחאן רבי
אלאעלי תלתא ודלך אדנאה תם ירפע
ראסה ויכבר פאדא טמין גאלפא כבר וסגד
ואדא טמין סאגדא כבר ואסתוי קאימא
עלי צדור קדמיה ולא יקעד ולא יעתמד בידיה
עלי אלארץ ויפעל פי אלרכעה אלתאנירה
:תלמא פעל פי אלאולי אלא אנה לא
יסתפתח

יסתפתח ולא יתעוד ולא ירפע ידיה אלא פי
אלת כבירה אלאולי פאדא רפע ראסה מן
אלסגדה אלתאניה פי אלרכעה אלתאניה
אפתרש רגלירה אליסרי וגלס עליה ונצבה
אלימני נצבא ווגה אצאבעה נחו אלקבלה
ווצע ידיה עלי פכדיה ויבסט אצאבעה ויתשהד
ואלתשהד אז יקול אלתחיאת אלי אכרה ולא
יזיד הדא פי אלקעדה אלאולי ויקרא פי
אלרכעתין אלאכרין פאתה אלכתאב כאצה
פאדא גלס פי אכר אלצלואת גלס כמא גלס
פי אלאולי ויתשהד ויצלי עלי אלנבי ודעא
ינאשא במא ישבה אלפאט אלקראן ואלאדעיה
אלמאתורה ולא ידעו ממא ישבה כלאם
אלנאס תם יסלם ען ימינה ויקול אלסלאם
עליכם ורחמה אללה ויסלם ען יסארה מתל
דלך ויגהר באלקראה פאלפגר ופיאלרכעתין
אלאולין מן אלמערב ואלעשא אן כאן אמאמא
ויכפי אלאמאם באלקראה פימא בעד
אלאולין ואן כאן מנפרד פהו מכיר אן שא
גהר ואסמע כפסה ואן שא כאפת ויכפי
אלאמאם אלקראה פי אלטהר ואלעצר ולותר
תלת רכעאת לא יפצל בינהן בסלאם ויקנת
פי אלתאלתה קבל אלרכוע פי גמיעא לסנה
ויקרא

ויקרא פי כל רכעה מן אלותר פאתחה אלכתאב
וסורה מעהא וארׄא אראד אן יקנת כבר ורפע
ידיה תם קנת ולא יקנת פי צלותה עירהא

Innitetur manui dextræ ſuper ſiniſtram, eáſque ſupra umbilicum contrahet, poſteáque leget: Laus tibi &c. *usque ad finem. Implorabit auxilium DEi contra Diabolum maledictum, legetque:* In nomine DEi &c. *usque ad finem. Sed clàm ſecum illa recitabit. Tum primam Alkorani Suratam leget, & aliam cum ea Suratam, aut tres, ex alia quacunque Surata, verſus, ubi voluerit: cúmque dixerit Antiſtes* (*ex prima Surata:*) Et non cum errantibus, *Amen, ſubjungat. Hæc recitabit, qui præeuntem in precibus ſequitur Antiſtitem: poſtea δοξολογίαν ſubjiciet, & inclinationem manibus ſupra genua poſitis, & dilatatis digitis, exporrect. dorſo ſuo, non tamen, vel elevato, vel depreſſ capite. Inclinans autem dicet:* Laus tibi, ô Domine mi, magne; *idque tribus vicibus, quod minimum ejus eſt penſum. Elato poſtea capite dicet:* DEus illum exaudit, qui laudat eum. *Dicet inſuper, dum præeuntem ſequitur Antiſtitem:* Domine noſter, Tibi ſit laus. *Et cùm ſtiterit ſe rectum,* δοξολογῶ καὶ προσκυνῶ, *utrique innixus manui ſuper terram:* Imponetque *vultum ſuum volis ſuis, & adorabit ſuper naſum ſuum, & frontem ſuam*

(naſo & fronte terræ applicatis) *etiam ſi alterutrum fieri non poſſit; Juxta Abu-Hanipha, cujus DEus miſereatur; Abu-Joſeph verò & Muhammed; quibus DEus ſit propitius; nolunt permiſſum eſſe hac parte deficere, niſi ab eo, qui difficulter illam poſſit præſtare. Si adoraverit ſuper ſpiram cidaris ſuæ obvolutus, aut partem veſtimenti ſui, licitum eſt ei. Exeret autem brachia ſua, & à fœmoribus pertinget ad ventrem, digitiſque pedis obverſis capiti, dicet adorando:* Laus, Domine mi, altiſſime; *idque ter, quod minimum penſum eſt. Poſtea capite ſuo elevato, doxologiam recitabit: Et cùm quieverit ſedens,* δοξολογεῖ καὶ προσκυνεῖ; *cùm verò quieverit adorans,* δοξολογεῖ, *erectus ſtans ſuper anteriore parte pedum ſuorum: Non enim ſedebit, neque innitetur manibus ſuis ſuper terram. Idem autem faciet in ſecunda incurvatione, quod fecit in prima, niſi quòd nec opem implorandi formulam adhibeat, neque auxilium contra Dæmonem, neque manum elevabit, niſi in primo* μεγαλυνισμῷ: *Et cùm, ſuſtulerit caput à ſecunda adoratione in ſecunda incurvatione pedem ſuum ſiniſtrum per terram expandet, eique inſidebit, dextrum verò erectum figet, digitóſque ſuos convertet verſus tractum Meccanum, impoſitiſq; manibus ſuper fœmore, extendet digitos, & teſtificationis formulam recitabit, quæ concepta eſt verbis:* Salutes

tes &c. (Laudes DEO!) *uſq; ad finem:(hoc vero non addet in prima ſeſſione) legétq; in duabus incurvationibus poſterioribus primum Alkorani caput, ſeparatim. Et cùm ſederit, in oratione ultima, ſedebit ut in priori, teſtationemq; dicet, & orabit pro Propheta: Aſſueſcat autem in precibus, vocabulis* (ſtylo) *Alkorani, & precibus traditione acceptis; neque invocabit* (formulis) *quæ hominum ſtylo conveniant. Tum ſalutationem peraget à dextera ſua, dicétque:* Pax vobis & miſericordia DEi: *Inde ad ſiniſtram, eodem modo.* Clarè autem leget, in precibus matutinis, *& in duabus incurvationibus prioribus precum poſt occaſum, & veſpertinarum, ſi ſit Antiſtes. Cæteras, quæ duas priores ſequuntur, Antiſtes occultabit* (ſubmiſſe recitabit:) *Si ſolus fuerit, optionem habet: Si velit, clarè leget, ſeque ipſum audire facit; ſin, occultè. Submiſſè etiā Antiſtes leget lectionē meridianam, & veſpertinam: Privata autem devotio tribus abſolvitur incurvationibus, quas per ſalutationem non diſtinguet; tertia habebit* ἐπιμονὴν (eſt enim קאנת *precationi diu & continenter inſiſtens*) *ante incurvationes, in omnibus traditionibus. Leget autem una quaque inclinatione privata primum Alkorani caput, cum alio capite; ſi diutius inſiſtere velit precibus,* μεγαλύνῃ. *Elevatis autem manibus devotionem illam peragit, quæ in aliis precibus locum non habet.*

X. אמא אלהיה אדא סהי בואחדה פי
צלוה לםם יבטל צלותה ולכן ינקץ תואבהא
והי הדה אלנטר אלי מוצׄע אלסגׄוד פי אלקיאם
ואלנטר אלי קדמיה פי אלרכוע ואלנטר אלי
אנפה פי אלסגׄוד ואלנטר אלי חגרה פי אלקעׄוד
ואן יסכת אלסכת אדא פרעׄ מן אלקראה
ותפריק אלאצאבע ואלרכוע ומד אלתכביר
פי אלרפע ואלהוי ומטראף אצאבעה תגׄאה
אלקלב ויצׄם אלאצאבע פי אלסגוד ואלזיאדה
בחמדה פי אלתסבחאת פי אלרכועׄ ואלסגׄד מן
תלאתה אלי כׄמס ופי אלקיאם יכון אלקדמאן
מקדאר לההזה או אלחמאם *Porrò ſi una ex ceremoniis externis defuerit, non irrita quidem redditur precatio, ſed minuitur præmium ejus. Sunt autem* (ceremoniæ illæ) *reſpectus ad locum προσκυνήσεως, προσκύνησις ipſa, & locus προσκυνήσεως in ſtatione; reſpectus pedum in inclinatione; naſi, in adoratione, gremij in ſeſſione; ſilentium, cùm quis lectionem abſolvit: Separatio vel diſtinctio digitorum, inclinatio; menſura vel ratio μεγαλυνισμοῦ in elevatione & demiſſione: Extremitates digitorum perveniant ad cor, digitos autem contrahet in adoratione. Additamentum hymnorum encomiaſticorum, in inclinatione & adoratione, fit à tribus ad quinque. In ſtatione, duo pedes diſtent ſpatio inceſſus Cameli aut columbæ.*

גלסה XI.

XI. גלסה אלאסתראחה אסראר יתעלק בהא אלמעאני *Seſſio eſt captatio quietis propter myſteriorum, à quibus ſenſus dependent, meditationem.*

XII. אמא ואלקיאם באקאמה אלאמור ואלכדמה ובאלאגתנאב ען אלמעאצי ואלפחשא קאל אללה תעאלי אן אלצלוה תנהי ען אלפחשא *Statio notat obſervantiam præceptorum, & miniſterium, abſtinentiam à peccatis, & ſceleribus, juxta illud DEi Altiſſimi:* Preces à turpitudinibus cohibent.

XIII. ואלניה בתקציד אדא אלפראיץ ואלאמתתאל ללאואמר אלתי כד דכרתהא מן אפעאל אלכצוצה Intentio conſiſtit *in propoſito præſtandi ſtatuta divina, & formulas rerum præceptarum, quarum jam memini, ex operibus ſpecialibus.*

XIV. ואלתכביר תעטים אללה תעאלי כאנך תסמע אמרא מן אללה תעאלי ורבך וכבר פינבעי אן תכבר אללה באלתעטים לא יכון שי אכבר מנה פי קלבך ועקלך ופהמך ורוחך וסרך אלא הו וצח קולך אללה אכבר *Μεγαλυνισμὸς eſt, cùm magnifacimus DEum excelſum, cùm audiveris aliquid de DEo excelſo, Domino tuo, quod grave tibi ſit, tunc convenit, ut DEum extollas μεγαλυνισμῷ, adeò ut*

 nihil

nihil eo tibi ſit majus, in corde tuo, & intellectu tuo, ratione tua, & ſpiritu tuo, & intimo tuo, eóque dicas oportet; DEus Ter-maximus!

XV. ואלתוגה באלאכתקבאל עלי אללה
בקולך וגהת וגהי ללדי פטר אלסאמאואה
ואלארץ כניפא ובאלאעראץ ען אלשרך
בקולך ומא אנא מן אלמשרכין ובאלא
צאפה אלי אללה תעאלי בגמיע אמורך כין
אלצלוה ואלנסך ואלחיוה ואלממאת ואלטאעה
באלתוהיד עלי אללה תעאלי פאנת פי דלך
אן צלותי ונסכי ומהיאי וממאתי ורב אלעאלמין
לא שריך לה ובדלך אמרת ואנא מן אלמסלמין

Converſio *verò, qua DEo obviam quaſi procedimus fit, cùm dixeris: Converto vultum meum ad Eum, qui Creavit Cœlum & terram, devotè: Remotione etiam aſſociationis* (ita πολυθεΐαν Arabes appellant) *dicendo: Neque ego ſum ex aſſociantibus: Et rejiciendo te ad DEum excelſum in omnibus tuis negotiis, precibus nempe, cultu religioſo, vita & morte, obſequio in unitatis* (fide,) *DEi excelſi, per quam in Islamiſmo exiſtis, fitque dicendo: Utique precatio mea, & cultus meus religioſus, & vita mea. Eſt DEus exercituum, qui ſimilem non habet; tunc juberis dicere: Et ego ſum ex Muſelmannis.*

XVI. ואלתעוד

XVI. ואלתעוד באלאסתעאדה עלי אללה מן
אלעגב ואלריא ואלסמעה בקולך אעוד באללה
מן אלשיטאן אלרגים יעני אסתעד בך מנהא

Imploratio auxilii, *recurſu ad DEum, fit, cùm vel admiratione, vel viſione, vel auditu* (impulſi) *dicimus: Confugiam ad DEum à Diabolo maledicto, id eſt, auxilium tuum contra illa* (mala) *implorabo.*

XVII. ואלתסמיה באלתברך באסם אללה עלי
אלקראה בקולך בסם אללה אלרחמאן אלרחים
יעני באסמך אללהם אקרא במא עלמת
עלי עבאדך ונביך מחמד עליה אלסלאם וקל
אלחמד ללה רב אלעאלמין יעני אחמד אללה
חמדא עלי מא חפטני ודברני פי אלעאלמין
עלי אלטאעה ואלתקוי ואלעבאדאת אלרחמאן
אלדי ירחמני פי אלדניא וירזקני באנואע
אלאקואן אלרחים אלדי ירחמני פי אלאכרה
ויעפר לי ולגמיע אלמומנין ואלמומנאת מאלך
יום אלדין יעני מאלך יום אלחסאב ואלגזא
יום אלקצא יעני ויגזיהם במא עמלוא
ואן כאנת אלחסנה באלחסנאת ואן כאנת
אסיה באלסיאת איאך נעבד יעני נעבדך פי כל
חין ואוקאת ואיאך נסתעין יעני נסתעינך פי
מיע אלתאגאת ואלטאעאת אהדנא באל

 צראט

צראט אלמסתקים יעני תבתנא עלי אלצראט
אלסוי ען אלטרפאן צראט אלדין אנעמת עלי ם
יעני טריק אלדין אנעם אללה עליהם מ׳
אלנביין ואלצדיקין ואלשהדא ואלצאלחין
ואלצאלחאת עיר אלמעצוב עליהם יעני לא
הם אלמעצוב עליהם כאליהוד הם קום
מוסי עלם ולא אלצאלין יעני לא הם
אלצאלה כאלנצארי הם קום עיסי עלם
אמין באלאגאבה יעני הכדא אנקצדך מן
אלהאגאת Nominis invocatio eſt, *cùm benedictionem petimus in nomine DEi, ſuper lectionem* (primæ potiſſimum Suratæ) *cùm dicis*: *In nomine DEi miſeratoris miſericordis*; *id eſt, in nomine tuo, ò DEus legam, quod me docuiſti; per ſervum & Prophetam Tuum Muhammedem ſuper quo pax. Pergéſque poſtea:* · aus DEo, Domino Creaturarum, id eſt, *Ego laude Deum laudabo, propterea quòd cuſtodivit me, direxit me in utroque mundo, in obſequio, fiducia, & vario cultu. Miſeratoris, qui miſertus eſt mei in hoc mundo, & ſuſtentavit me variis ſpeciebus ornamentorum*: Miſericordi, *qui mei miſerebitur in altera vita, & propitius mihi erit, & omnibus fidelibus*: Regi judicij, i.e. *Regi diei ſupputationis, & retributionis*: Diei judicii, *id eſt, quo retribuet ſingulis quod fecerunt*:

runt: Si bonum fuerit, præmiis, ſi malum, pœnis, Te colemus, id eſt, *tibi ſerviemus te adorabimus omni tempore & opportunitate*: Tuamque auxilium implorabimus, id eſt, *opem tuam petemus in omnibus neceſſitatibus & obſequiis.* Dirige nos in via recta, *id eſt, confirma nos in ſemita, inter duo extrema, media*: Semita, quam benevolè iis conceſſiſti, id eſt, *via, quam ex gratia largitus eſt DEus Prophetis, & juſtis, & martyribus, piis Viris & mulieribus.* Quibus non iratus eſt, id eſt, *non ſunt illi, quibus ſit iratus, ut Judæis, qui ſint populus Muſa ſ. q. p.* Neque errantibus i. e. *qui non ſunt in errore, ut Nazareni* (Chriſtiani) *qui ſunt populus Iſa ſ. q. p.* Amen, *annuendi formula,* id eſt, *Ad te tendam in neceſſitatibus.*

XVIII. ואלרכוע באלכשוע ואלהיה קל פי נפסך אמנת באללה ולו צרב ברקבתי ויקול סבחאן רבי אלעטים ובחמדה מן גבר אלארץ ומן פיהן ואלסמאוארת Inclinatio, *cùm humilitate fit & ceremonia* (externa) *dicésque in anima tua*: Credo in DEum, etſi percutiat cervicem meam. *Item*: Laus ſit DEo meo magno; *& ex laude ejus eſt*: Qui conſolidavit terram; & quæ in iis, & cælos.

XIX. ואלאעתדאל ואלעדול אלי אלתקריב והו אלסגוד מן אלקיאם באלרגוע פי מא יחתמל

 מן

מן קיאם אלאול מן אלקראה ואלאפעאל
ואלדכריאת והי קולך סמע אללה למן חמדה
בקראתה ובתכבירה ותסביחה ואפעאלה אלתי
כאנת קבלה מן אלמעמולאת רבנא לך
אלחמד יעני פי אלאולי מן אלאדכאר
ואלדעואת Temperamentum autem & æqualis diſpoſitio (vel; *τὸ πρέπον καὶ τὰ καθήκοντα*) *ad oblationem*, (ita aliâs appellant Arabes illam fauſtam precandi formulam, cùm dicunt: חיאך אללה וקרב דארך *Tua bona ſunt à DEo, & propinquus eſt domui tuæ:*) *quæ eſt προσκύνησις, à ſtatione cum repetitione eorum, quæ continentur à ſtatione prima, lectionis puta, operum, commemorationum; fitque cùm dicis: Exaudit illum DEus, qui ipſum laudat lectione ſua, ſuo μεγαλυνισμῷ, hymnis, & operibus, quæ præſtanda præceſſerunt*: Domine noſter, Tibi ſit laus, *in primis nempe commemorationibus & invocationibus.*

XX. ואלסגוד באלתדלך ואלחתקאר באן יצע
גבהתה עלי אלארץ והי אטרף אלאעצא באלקא
ירמא אלי אלדל אלארדל אלכביתאת ויקול
נפסך סבחאן רבי אלאעלי ואחמדה יעני סבחאן
מן כלקני מן אלתראב אלאחפט והו רבי אלא
עלא ובהמדה באנעאמה חית כלקני וצורני
באחסן

באחסן אלצור מן אלסמעٌ ואלבצׄר ואלנטק
ואליד ואלרגל ועׄיר דלך מן אלאעצׄא והי נעמה
מן אללה תעאלי *Προσκύνησις fit cùm te humiliaveris, & contempſeris, apponendo frontem, excellentiſſimum membrum terræ: Abjiciendo autem ſe, abjectiſſimum & ſordidiſſimum occupet locum, dicátque anima*: Revertar ad DEum, etſi grave mihi ſit. *Pergátque dicere*: Laus ſit Domino meo altiſſimo: *Laudandi verò reſpondeat:* Laus illi, qui me creavit ex pulvere fætidiſſimo; Dominus meus eſt celſiſſimus. *Commemorando verò beneficia ejus inquiet;* Quando creavit me, & formavit me elegantiſſimâ formâ, præditum auditu, viſa, loquela, manu, pede, aliiſque membris: *Id quod beneficium eſt DEi altiſſimi.*

XXI. ואלגלסה בין אלסגׄדתין באלרגׄאע עׄלי
מעׄפרה ורחמה והדאיתה קולך רב אעׄפר לי
וארחמני וארזקני ואהדני ואעׄפ ענִי וינבעׄי אן
ירגי לרה מנהא ואלסגוד אלתאני מתלה
אלא אן יקול ארגׄע אליה ולו אתלף לי
Seſſio inter duas *προσκυνήσεις fit repetitione remiſſionis & miſericordiæ ejus, & directionis ejus, dicendo:* Domine condona mihi, miſerere mei, ſuſtenta me, dirige me, propitius mihi eſto: *Moram autem aliquam interponere neceſſe habet.* Προσκυνήσεως *ſecunda eadem*

eſt

eſt ratio, niſi quòd addat: Revertar ad illum, etſi me vel maximè perdat.

XXII. באלקעוד באלתשהד ואלתחיה עלי אללה
לדואם אלמלך ואלבקא ומא סואה האלך אלא
וגהה והי קולך אלתחיאת ללה יעני אלמלך
אלדאים ללה סלאם עליך יאיהא אלנבי סלאם
אלנבי עלי אהלה עליה אלסלאם ורחמה אללה
וברכאתה יעני ורחמה אללה עליה וברכתה
נאפדה עלי אמה סלאם עלינא אי מעפרה
אללה עלינא ועלי עבאד אללה אלצאלהין

Seſſio, teſtificatio, compellatio ſalutatoria ad DEum, *notat perpetuitatem regni atque ἐπιμονὴν, & quod quicquid extra Eum eſt, pereat; ſola ejus ſuperſtite Eſſentia; fitque dicendo: Vitæ* (ſalutes) *DEi* (laudes dicantur & benedicatur DEO) id eſt, *regnum perpetuum Deo debetur*: Pax tibi, ò Propheta! *Pax Prophetæ, ſuper populum ejus*: Et miſericordia Dei, & benedictiones ejus, id eſt, *& miſericordia Dei, ſuper ipſum, & benedictio ejus promanans in populum ejus*: Pax ſuper nos, i. e. *remiſſio Dei ſuper nos, & ſuper ſervos DEI bonos.*

XXIII. אשהד אן לא אלאה אלא אללה יעני שהדת
לה במא שהד אללה מן אלנפי ואלאתבאת אי
מא נפי ענה מתל אלולד ואלמולוד ומא תבת
לה כאלעלם ואלקדרה ועיר דלך מן אלאיה ואל
אכבאר

אכבאר ממא ידל עליהא ואשהד אן מחמדא
רסול אללה יעני אמנת במחמד עליה אלסלאם
באנה רסול מן רב רחים ארסלה אלי כאפה
אלכלק אגמעין ומא גא בה מן אלאמר ואלנהי
ובמא אנזל אליה מן רבה מן אלאכחאם
ואלקצאץ ואלקצה וגיר דלך ממא ורד פי
אלקראן מן אלאיאת אלמנזלאת Teſtor, non eſſe DEum, niſi illum DEum, id eſt, *teſtabor de eo, quod ipſe DEus teſtatur, ſive remotio ſit, ſive poſitio: Id eſt, quicquid ab eo removendum fuerit, ut* Filius, genitus, *& quicquid contrà ponendum*, ut ſcientia, potentia, & ſi quæ ſunt alia ſigna, & prædicata, *quibus illa ſignificantur*: Teſtabor etiam, Muhammedem eſſe Legatum DEi, *id eſt, credo in Muhammedem, ſ. q. p. quòd ſit Legatus Domini miſericordis, quem miſit ad univerſitatem creaturarum omnium, & quæ attulit mandata, interdicta, & quæ ad ipſum demiſſa ſunt à Domino ipſius, judicia, retaliationes, Hiſtoriæ, & alia id genus, quorum fit mentio in Alkorani ſignis demiſſis.*

ואלצלוה עלי אלנבי באלתרחם XXIV.
ואלתברך ועלי אלה באלתרצי ואלתסלים עלי
אבראהים ואלה בדלך ואפהם והי קולך אללה
אללהם צלי עלי מחמד ועלי אל מחמד כמא
צלית

צלית וסלמת ובארכת עלי אבראהים ועלי אל
אברהים פי אלעאלמין אנך חמיד מגיד
Precatio ſuper Prophetam (*a*) *fit imploratione miſericordiæ, & benedictionis*: Et ſuper populum ejus, *conciliatione gratiæ, & Iſlamiſmi*: Super Abrahamum, & familiam ejus, *eodem modo*; *ſitque dicendo*: DEus, ò DEus, ora pro Muhammede, & pro familia Muhammedis; ſicut orâſti, & ſalvum feciſti, & benedictione proſecutus es Abrahamum & populum ejus, in utroque mundo. Es enim laude & deſiderio dignus.

a. Sic etiam *Abu-Salama* in colloquio cum religioſo quodam p. m. 123. צלאה אללה הי רחמה מן אללה עלי עבאדה *Precatio DEi eſt miſericordia DEi in ſervos ejus*. Ubi pleniùs de hac loquendi formula.

XXV. ואלסלאם באלתחלל יעני באלכרוג מן
אלצלוה וניה אלתכרם עלי אלחפטה
ואלגמאעה וסאיר אלמלך ואלגן תם יסלם
וירפע ידיה מע כל תכבירה חדו מנכביהן יצע
אלימני עלי אלשמאל ולו כבר אכתר מן ארבע
וזאד פי אלדעא או נקץ מנה גאז ויגוז אן יצלי
עלי גמאעה צלוה ואחדה ומן פאתתה אלצלוה
עלי אלגנאזה צלי עלי אלקבר ויכתץ באהל
לדא

להא יום מותה ויגוז אן יעֿסל אלרגֿל קריבתה
מן אלמשרכין וידפנה ויעֿסל אלרגֿל זוגֿהא
ויעֿסל אלסקט אן נפך פיה אלרוח יצלי עליה
אן אסתה לאואחתאגֿ ואחק אלנאס באלצֿלוה
עֿלי אלמית ללאב תם אלגֿד ואן עלא רתם
אלאבן תם אבנה ואן ספל תם אלאכוה
ללאבוין תם ללאב תם בנוהם תם אלאֿ
מאם תם בנוהם תם אלמעתק תם עֿצבאתה
עֿלי תרתיב אלמיראת תם דוי אלארחאם באב
אלתעריה והי מסתחבה קבל אלדפן ובעדה
אלי אלאתה איאם ויסתחב אן יצֿע לאהל אלמית
טעאם ויחתמל אליהם ויחם לטם אלחדוד ושק
אלגֿיוב וכלק אלשערא ואלדֿעא באלויל ולא
כרגֿ פי אלחזן ודמע אלעין תמת אלאיאם
אלאתנין

Salutatio in dimiſſione, *notat exitum à precibus, & intentionem honorandi cuſtodes, cœtum, & reliquos, tum Angelos, tum Dæmones. Tunc, ſublatis manibus, crura verſus; ſalutabit cum omni μεγαλυνισμῷ, dextrámque imponet ſiniſtræ, etſi plus quàm quater μεγαλύνῃ: Licet autem ei precationis formulis addere vel demere. Permiſſum etiam ei eſt pro cœtu unam concipere orationem. Si cui elapſa eſt occaſio precandi ad feretrum, orabit is ad ſepulchrum, aſſignabiturque populo ejus dies obitus ejus. Oportet*

autem, ut lavet vir proximam ſuam, etſi ſit ex aſſociantibus: Lavabitque vir uxorem ſuam, uxor virum ſuum. Lavetur abortus, ſi ſpiritus ei fuerit inflatus; & preces fiant pro ipſo, ſi plorare jam incipit, & opus habeat. Maximè autem convenit, ut pro mortuo preces fundat pater, poſtea avus, & ſi qui ſint ſuperiores: Exinde filius, nepos, & ſi dentur inferiores: Tum fratres germani, inde ex patre tantùm, tum filij eorum: Tunc patrui, poſtea filij eorum. Exinde manu miſſus, tunc propinqui paterni, ex ordine hæreditatis: Tunc agnati materni. Sit, quæ veſtes detrahat, quæ ante ſepulturam conſtituitur, & poſt eam, triduum: Curet autem, ut populo mortui apponat cibum, & ad eum illum deferat: Ipſi vero incumbit percuſſio genarum, diſciſſio gremiorum, detonſio capillitij, & ejulatus: Neque ceſſabit lugere, vel lachrymas mittere, donec biduum præterierit.

a. Non eſt hæc ſalutatio ordinaria, de qua ſupra pag. 436. & author *Citabolres.* p. 133. ubi ſalutans dicit: אלסלאם עליכם *pax vobis*; reſpondens verò; ועליכם אלסלאם *Et vobis pax.* Quanquam vox סלאם ſit ambigua. Unde Arabi cuidam ex ambiguitate ejus anſam jocandi arripere placuit, cúmque ab obuio quodam his verbis ſalutaretur, אלסלאם עליך *Salus tibi*; reſpondit אלגתגאת עליך *Tibi jathjath*: miran-

mirantique, quænam illa eſſet reſalutandi formula, paria, inquit, tibi refero: Sunt enim סלאם & גתגאת duæ *arbores amaræ*, quarum cum mihi alteram precaris, alteram ego tibi ominor. Sed & סלאם cum *Keſre* ſub *Sin*, lapidem notat, quem Chriſtianis illi & Judæis, quàm pacem (*Sin* cum *Phata*) precari malunt; *Citabolres.* l. c. De hac autem civili ſalutatione non agitur; ſed ea quæ in Meſgida fit, & de qua ſup. p. 436.

b. Ita vertimus vocem דעא pro ut alibi ſumitur, præſertim in *Citabolres.* p. 134. ubi aliquot formulæ precum tum Muhammedis, tum aliorum nomine recitantur, de quibus alibi commodiùs.

c. De his cuſtodibus ſepulchrorum vide *olear. itiner.* p. 500. Chronic. Turc. p. 62.

XXV. *Per* commiſſarios, *adeò rem impudenter fuiſſe geſtam, ut vel ſpecies religionis omnis ſublata fuerit: Id quod ſuperioris ſeculi Hiſtoria abundè probat, ea cumprimis Tragœdia, quam (a) Samſonius in Helvetia, (b) Tecelius verò ejusq; Socij in Germania, magno totius Chriſtianiſmi probro, egerunt.*

a. Qua de re ſup. p. 159. &c.

b. Fatalem Indulgentiarum in Germania terminum tum alii deſcripſerunt, tum

compendioſiſſimè *Sleidan.* lib. 1. Comment. *Thuan.* Hiſt. lib. 1. *Caſſand.* p. 94. *Polydor. Vergil.* de inventione rer. *Cham.* Panſtrat. Tom. III. pag 1078. *Martin.* collat. Huſſ. & Luther. 197. *Molin.* Novit. Papiſmi pag. 625. *Sculter.* Hiſt. Refor. pag. 16. & deinc. *Evangel. Rom.* P. III pag. 182. *Forbes.* Inſtruct. pag. 658. *Croc.* Antib. P. II. p. 427. *Muſcul.* Locor. commun. pag. 362. *Chemnit.* Concil. Trid. P. IV. pag. 387. *Soav. Polan.* Hiſt. Concil. Trident. pag. 4. Nos ſupra ſuccinctè T. VI. p. 189. nunc, ex citatis authoribus, paulò clarius, iis præſertim, qui illis temporibus ipſi vixerunt. Crevit, initio ſtatim ſuperioris Seculi, impudentia nundinationis Indulgentiarum, ut, quò amplius progrederetur, non inveniret, nec ubi conſiſteret, haberet. Jubilæi ante hac Romæ affixi, ultra montes volârunt, omnibus quibus pecunia in promtu erat, obvii. Alexander VI. anno 1500. in aliis regionibus omnibus gratiam Jubilæi pro pecunia oppidatim & vicatim vendidit abſentibus, non ſecus, ac ſi ipſas Eccleſias urbis omnes viſitâſſet. Quo aucupio cùm ingentem pecuniæ vim confeciſſet, ſecutus per intervalla Leo X. novo exemplo anno 1515 & 1516. miſſis per omnia regna Quæſtoribus, eandem gratiam, quæ in jubilæo peregrinationem Romanam ſuſci-

ſuſcipientibus concedi ſolet, tunc extra jubilæi terminum pro pecunia, poſitis publicè in Eccleſiis ciſtis, ſeu ærariis, venalem expoſuit, ſub prætextu, ut diximus, ſtructuræ Baſilicæ S. Petri. Utque cum authoritate aliqua impoſtura illa in Germania exerceretur, *Archiepiſcopo Moguntino* hoc negotij datum, qui ea conditione illud ſuſcepit, ut (teſtante *Luthero*) dimidium prædæ Romano Pontifici, altera pars Moguntino ad ſolvendum pallium cederet. Cùm merces iſtæ in aliis provinciis a. Ch. 1515. & ſequenti expoſitæ fuiſſent, hac licitatione (ita *Maſſæus* refert) ut qui decem ſolidos numeraret, animam ex purgatorio liberaret. Quæſturæ adhibitus Johannes Tecelius, Dominicanus, quem Maximilianus antea Oeniponti, propter adulterium, in quo deprehenſus fuerat, ſacco ad ſubmerſionem adjudicârat, interceſſione autem Ducis Friderici evaſit. Quia verò poſtea, narrante Cochlæo, ordine militari in Livonia magnam pecuniæ ſummã ſub prætextu Indulgentiarum impudentibus ſuis præconiis conquiſiverat, viſus tunc fuit Moguntino agyrta ille ad ſaltandam hanc fabulam maximè idoneus. Creatus igitur Commiſſarius Apoſtolicus, & hæreticæ pravitatis inquiſitor, ut inquiſitoriis

artibus opprimere poſſet, ſi qui contradicere vellent. Atque non tantum pro concione impudentiſſimis præconiis; verum etiam ſparſo libello quodam, quem *Summariam inſtructionem* nominabat, Indulgentiarum merces per Germaniam venales ubique exponebat. Exemplar Indulgentiarum ipſius *Tecelij* manu ſubſcriptum *Tom.* VI. p. 189. exhibuimus. Capita autem & concionum, & ſcripti ejus, prout in *Lutheri* legitur ſcriptis, hæc fuerunt: *Pro concione deſpumabant Quæſtores iſti tales exhortationes: En cœlum undique apertum jam eſt, ſi nunc non intres, quando unquam intrabis? O inſenſatos, & craſſi cordis homines, beſtiis propè ſimiles, qui non percipitis tantam effuſionem gratiarum! En tot poteſtis redimere animas. O duri, duri & negligentes! Duodecim denariis patrem extrahere potes, & tam ingratus parenti in tantis pœnis non ſuccurris? Ego ſanè in extremo judicio excuſatus ſum. Vos videretis. Dico tibi, ſi unam ſolam tunicam haberes, hanc quoque exuendam & diſtrahendam judico, ut tantas gratias obtineres &c. In oblocutores verò iſtius gratiæ ita detonabant, ut tremens vulgus & cœlum mox ruiturum, & terram hiaturam formidaret.* Addebant amplificationes: *Si quis literas Indulgentiarum redimeret, ejus animam ſecuram de ſalute ſua. Et animas in Purgatorio*

torio exiſtentes, pro quibus Indulgentiæ rediman-tur, ſtatim ubi conjectus in ciſtam nummus tinnie-rit, ex Purgatorio in cœlum evolare. Item: *Tantas eſſe illas gratias, ut nullum ſit adeò mag-num peccatum, etiamſi per impoſſibile matrem DEi violâſſet, quin per Indulgentias ſolvi poſſet. Et hominem per iſtas Indulgentias liberum fieri ab omni pœna & culpa. Eſſe enim iſtas gratias donum illud DEi ineſtimabile, quo homo reconci-lietur DEo, & omnes pœnæ Purgatorij dele-antur. Nec neceſſariam eſſe contritionem his, qui vel animas, vel Confeſſionalia redime-rent. Verba enim inſtructionis hæc fuerunt.* Prima gratia principalis Indulgentiarum eſt plenaria remiſſio omnium peccatorum per quam peccator perfectam remiſſionem & DEI gratiam denuo conſequitur. Per quam etiam remiſſionem peccatorum ſibi pœnæ in Purgatorio propter offenſam di-vinæ Majeſtatis luendæ, pleniſſimè remit-tuntur, & omnino delentur. *Item*: Pon-tificem habere poteſtatem in Purgatorium, ad liberandas per viam Indulgentiarum animas. Et tam certam eſſe fiduciam ſa-lutis per literas veniarum affirmabant, ut ſuam animam pro illis impignorarent. Cru-cem, quam cum inſignibus Papæ, in Eccle-ſia erigebat, æquè efficacem eſſe, ac ipſam Chriſti crucem. Addebant fabulas, *in cer-*

to quodam loco quinque animarum millia per venias iſtas redemtas, inter quas ſolùm tres fuiſſent damnatæ, ideo quòd detraxiſſent Indulgentiis. Finis & concluſio concionum fuit: *Impone, impone, impone. Utque non verbis tantùm: ſed exemplo & facto homines excitarent, primi ad ciſtam in omniũ conſpectu procedebant ſplẽdido geſtu, & ſonoro tinnitu aliquid in ciſtã conjicientes, & aſtantes arridebant imponentibus, omittentibus indignabantur.* Permittebant etiam pauperibus Indulgentias iſtas gratis dari, ſed ita, ut primũ undecunq; pecunias corradere tentarent à bonis fautoribus. Et uxores docebant, etiã invitis maritis, quomodocunque conficere nummos ad redimendas indulgentias. His ferè verbis ſuperioris ſeculi infelicitatem deſcribere ſolebant, qui tunc vixerunt. Interea verò, dum impoſturæ iſtæ magna impudentia Germaniam pervagarentur, audiebantur, non murmura tantùm, ſed manifeſtæ indignationes omnium bonorum. Defeſſi enim erant jam omnes in Germania ferendis iſtis explicationibus, nundinationibus & infinitis impoſturis Romanenſium. Vocârunt Indulgentias, *animarum nundinas & monopolia*; fremebant, à nundinatoribus iſtis Indulgentiariis vendi licentiam & impunitatem peccatorum: Non de præteritis tantum

tum, verùm etiam de futuris, nec in hac tantùm vita, verùm etiam poſt obitum, ſicut loquuntur *querelæ Germanicorum gravaminum.* Fingebant ridiculas fabellas, veniſſe ſcil. quendam mortuum cum literis veniarum ad infernum, ac per eas petiiſſe libertatem: occurriſſe verò Dæmonem quendam, qui cùm Bullam legeret, inter manus ipſius præ fervore ignis papyrum, membranam, ceram & plumbum conſumta, atque ita animam vacuam in profundum præcipitatam. Spargebatur & illa narratio: Nobilem quendam indicâſſe Tecelio, in animo ſe habere, quòd vellet magnum aliquod facinus deſignare, & in futurum ejus peccati petiiſſe indulgentiam. Et Tecelium magna quidem pecuniæ ſumma Indulgentiam illam licitatũ, nobilem tamen, numerata illa pecunia, Bullam accepiſſe. Poſtea nobilem illum, captata occaſione, in ſylva quadá effractis Indulgentiariis ciſtis ſpoliâſſe. Cúmq; Tecelius omnes ipſi diras minitaretur, nobilé ipſi oſtendiſſe Bullam Indulgentiariã tam magno redemtã, & cum riſu addidiſſe: *Hoc erat peccatum illud, quod in animo habebam, à quo jam in optima forma abſolutus.* A viro magno audire me memini, ſibi à Theologo celebri aliquando fuiſſe relatum, cùm nugivenduli merces ſuas adeò

magnificè extollerent, ut Indulgentiis etiã unius noctis ſpatio domi detentis virtutem remittendi peccata tribuerent, fuiſſe, qui Bullam comparaturus, præſentem ſe habere pecuniam negaret, ſpem tamen faceret ſolutionis in diem craſtinum. Conſenſiſſe in hanc conditionem venditorem, & mutuo ſuas dare Indulgentias, quàm nullos habere emtores maluiſſe. Emtor interea domum reverſus Bullæ ſuæ per noctem hoſpitium præbuit: Manè ad Inſtitorem rediens, ſolicitè, an in ſententia heri prolata, perſiſteret, quærit cúmque mutare verba, quæ jam ſemel erant elapſa, temerè non auderet: *Recipe ergo,* inquit emtor, *Bullam qua, quia mecum pernoctavit, vel te judice, remiſſione me peccatorum beavit.* Illud cumprimis memorabile eſt, exemplum, cujus *Muſculus* in ſuis locis communibus hunc in modum meminit: *Quum initio curſus ſui Lutherus contra Romanas Indulgentias diſputare cœpiſſet, eo quòd Leo tum Pontifex Monachum quendam cum Indulgentiarum ſuarum mercibus paſſim in Germania diſtrahendis miſiſſet, & omnium peccatorum expiationem & æternam ſalutem omnibus illas ementibus pollic eretur, ſimúlque indultum veſcendi carne, caſeo, lacte & ovis pro pretio venderet: Id factum eſt anno* 1517. *qui ætatis meæ vigeſimus erat, accidit*

dit Haganoæ, ut calcearij cujusdam uxor ejusmodi Indulgentiarum diploma ſibi dato aureo compararet, quo de ſalute ſua certior eſſet, & ignem purgatorium, mox ubi corpore exuta, & ad cœleſtia tranſlata eſſet, levaderet. Id enim diploma illud ſub plena vicarij Chriſti poteſtate promittebat. Paulò poſt cæpit mulier lethaliter ægrotare, & quoniam de vita hac præſenti deſperabat, accerſito ad ſe Monacho cuidam Pontificium diploma proponit, factáque peccatorum ſuorum Exomologeſi plenariam illorum abſolutionem ex pontificia poteſtate accipit, illáque accepta moritur. Maritus, quoniam ægrè tulerat, quòd uxor aurum pro diplomate Indulgentiario dediſſet, demortuæ quidem corpus telluri mandat, verùm, quæ in Eccleſia pro redimenda ipſius anima ex more facienda erant, conſtanter diſſimulat, ac negligit. Plebanus ejus loci, ubi id intellexiſſet, moleſtè ferens, accuſat calcearium apud præfectum, quòd contemptor eſſet Chriſtianæ religionis, & in defunctam uxorem impius. Calcearius vocatur ad Præfectum: Vocatus aſſumto ſecum Pontificio diplomate comparet. Præfectus ad illum: Mortua eſt tua uxor, inquit? Reſpondet: Mortua eſt. Quid feciſti mortuæ, inquit Præfectus? Sepelivi, ajt, corpus illius mortuũ, animam DEo commendavi. Ad hæc Præfectus: Nihil præterea feciſti? Non curâſti, ut ad liberationem animæ ipſius celebrentur Miſſæ? Ille:
 Non

Non curavi, inquit, quia non habeo opus, ut liberaretur per Miſſas, cùm ſit mox ad cœleſtia translata. Præfectus: Ad cœleſtia translata, inquit? Unde hoc tibi conſtat? Meritò id mihi conſtat, inquit ille, quum ea de re fidum habeam teſtimonium. Teſtimonium habes, idque fide dignum, inquit Præfectus, quòd uxor tua jam ſit in cœlo? oſtende hoc teſtimonium. Calcearius mox prolatum Pontificiis diploma exhibet Præfecto, petítque, ut legatur. Is acceptum diploma legendum dat Plebano, qui hanc ob cauſam tanquam accuſator aderat ipſe. Hic conſpecto Pontificio diplomate, primùm obſtupeſcit, ac legere detrectat. Adactus tandem à Præfecto, legit. Lecto illo, pudefacti ambo, & Præfectus & Plebanus nihil habent, quod contra dicere auſint. Tum calcearius, pronunciate Vos ipſi, inquit, ſatis ne fide dignum teſtimonium habeam, de anima uxoris meæ, quòd ſit non in Purgatorium, ſed ad cæleſtia translata. Teſtimonium hoc aureo ſibi nummo comparavit uxor mea. Quid ergo eſt, quod Plebanus hic noſter Miſſis ſuis, neſcio quam liberationem defunctæ uxori neceſſariam eſſe aſſeverat? Si id rectè affirmat, decepta eſt uxor à Pontifice. Si decepta ab illo non eſt, imponere mihi conatur hic

hic Plebanus. Ad iſta cùm neque Præfectus, neque Plebanus, quod contra dicerent, haberent, calcearium à ſe liberè dimiſerunt. Neque enim audebant damnare Pontificis diploma: Hæc *Muſculus* in Loc. Communib. p. 362. Plura vide T. V. Hiſt. Eccleſ. pag. 854. Adeò deſperatæ res fuerunt Chriſtianiſmi eo tempore, ut veluti alterum Moſen, qui ab Ægyptiacis liberaret moleſtiis, totus expectaret mundus. Et certè tum, cùm duplicati fuiſſent lateres, Moſen veniſſe, fidos DEi ſervos, graviſſimo ſcriptoris Pontificii aſſeremus teſtimonio. *Thuanus* is eſt, Vir in Curia Pariſienſi olim prætextatus, qui Hiſtor. lib. 1. pag. 33. cadaveroſam illius temporis faciem Eccleſiaſticam graphicè depingit. Ubi enim reſtauratæ inter Leonem X. & Galliarum regem (ruptam enim antea fuiſſe, illa luculentiſſimè fidem faciunt, quæ ex Archivo, *Method. leg.* Hiſt. Helv. p. 497. inſeruimus) mentionem facere cæpiſſet amicitiæ, *additū*, inquit, *à Leone munus, quo tanquam pignore nova fœderatio obſignaretur, ut ſublata veteris Eccleſiæ à DEo & Apoſtolis, miniſtros eligendi, inſtituta conſuetudine, jus eſſet Regi, quos vellet, per oratores ſuos apud Pontificem proponere, & eos in Epiſcopos, cænobiorum Præſules, diplomate ſuo creare, Pontifex obligaretur. Id actum, Antonio Pratenſi*

tenſi Franciæ Cancellario ſuggerente, qui poſtea in Collegium Cardinalium cooptatus, & perpetui per Galliam legati dignitate ornatus eſt. Cauſæ obtendebantur, quòd corruptis moribus per gratiam & ſordeis omnia agerentur: Unde frequẽtes altereationes, & perplexæ lites magna ordinis Eccleſiaſtici infamia paſſim exoriebantur, quarum exemplo & contagione etiam ad cauſas civiles litigiorum virus in Gallia dimanâſſe: Aliter non poſſe iri obviam fœdis conventionibus & nundinationibus, quàm ſi arbitrio Chriſtianiſſimi Principis & ſanctiſſimi Pontificis, quos ab omni corruptionis ſuſpicione abeſſe procul dubio eſſet, res permitteretur. Acta publica ea de re inter ipſos confecta, quòd odioſum omnibus regni ordinibus viſum eſt, ut à Senatu Pariſienſi, in quo hujuſcemodi res ex antiqua regni conſuetudine prius habita ſolenni deliberatione approbari debent, poſt multas juſſiones vix tandem impetrari potuerit, ut in acta publica Curiæ absque ulla approbatione referrentur. Judicio multorum id exitium Franciſci rebus & ejus generi, atque Pratenſi ipſi attuliſſe creditur, editiſque poſtea libris ipſorum memoria paſſim eo nomine proſciſſa eſt, nec defuerunt, qui jam tum culpam potius in Leonem rejicerent. Neque enim novum, aut ſine exmplo eſſe, apud nos Regum eam poteſtatem fuiſſe præcipuè in prima & ſecunda familia, ut Epiſcopos inſtituerent, accedente Provincialium

lium Epiſcoporum inauguratione, & aliquando etiam deponere poſſent. Id verò in eo, qui ipſe fratrum ſuffragiis eligatur, novum & minimè ferendum fuiſſe, quòd Epiſcopos & alios Præſules eligendi poteſtatem iis, ad quos jure divino, & ſacris Patrum decretis, pertinet, ademtum, ad ſe ſumma injuſtitia traxerit, ut eam pretio accepto, & cauſa religionis impia prævaricatione prodita Chriſtiani Orbis Principibus turpiter divenderet. Peccatum tunc in ſacris muneribus diſpenſandis admiſſum Leo mox longè graviori cumulavit. Nam cùm aliqui ad omnem licentiam ſponte ſua ferretur, Laurentij Puccij Cardinalis, hominis turbidi, cui nimium tribuebat, impulſu, ut pecuniam ad immenſos ſumtus undique corrogaret, miſſis per omnia Chriſtiani Orbis regna diplomatis, omnium delictorum expiationem ac vitam æternam pollicitus eſt, conſtituto pretio, quod quiſque pro peccati gravitate dependeret: In eámque rem per provincias Quæſtores & æraria ordinavit, quibus additi præcones, qui tanti beneficij magnitudinem apud populum commendarent, & orationibus artificiosè compoſitis, propoſitiſque palàm libellis rei efficaciam immoderatè extollerent: Quod licentiosè nimis à Pontificiis Miniſtris paſſim atque in Germania præcipuè fiebat, ubi qui redimendam pecuniam Romæ à Pontifice conduxerant, per luſtra & popinas quotidie ſine pudore, in alea luſum

ſum, usúsque turpiſſimos poteſtatem extrahendi animas defunctorum ex igne expiatorio profundebant. Tunc exortus Martinus Lutherus, Auguſtinianus, Vitembergæ in Saxonia Theologiam profeſſus, qui refutatus primùm, mox damnatus præconum concionibus, eò poſtremò devenit, ut ipſam Pontificis poteſtatem, quam ſibi per illa diplomata arrogabat, in dubium revocârit, ac tandem ad doctrinæ examen, quam ſucceſſu temporis labefactatam dicebat, creſcentibus per contentionem animis, deſcenderet. Hæc graviſſimus ſcriptor. Quid ergo miremur hinc initium factum maximi operis, quod omnes vel invitos in ſtuporem rapit, bonos verò volentes in DEi laudes cogit exclamare? Reformationem dico, quæ Romanum impoſtorem omnibus propinat agnoſcendum. Non erat hæc quidem aut ſola, aut prima impoſtura, quâ ille orbi illuſiſſet: ſed ita factum, ut in morbis, qui non repente corpus invadunt, ſed paulatim quaſi inſtillantur: Fallit occultum venenum, aut toleratur, aut diſſimulatur, donec cumulati humores, etiam dolores violentos excitent; à quibus ejulatus: Inde ſanitatis cura; ut doctiſſimè loquitur, ὁ πάνυ, *Chamier.* Panſtrat. Lib. 24. cap. 7. §. 3. Qua verò ratione bellum Indulgentiarium exarſerit, quid Lutherus in Germania, Zuinglius, in

in Helvetia præſtiterit ex ſuperioribus manifeſtum eſt: adde *Chemnit.* Part. IV. pag. 391.

XXVI. *Hanc porrò mercem ſuſpectam Majoribus noſtris meritò reddere potuit, quod in herba libenter Anteceſſores pernicioſam hanc ſuffocatam voluiſſent meſſem; & nunquam, qui Trapezitis iſtis maſculè ſe opponerent, defuerint: etſi votis non ſemper, quod deſtinatū captivitatis tempus non eſſet elapſum, reſponderit, eventus.*

Orbem percurramus univerſum, & an Catholiciſſimum huic errori Roma prætexere poſſit, diſpiciamus. De *Oriente* non magnopere ſumus ſoliciti. Ex *Arabia* hactenus, *Syria, Ægypto* nihil vidi allatum, quod novo illi fœtui patrocinaretur. *Africa* ſemper quidem aliquid protulit novi; hoc tamen monſtrum hactenus ignoravit. *Abrahamus Ecchellenſis*, Maronita (tum obſervationibus ſuis in Catalog. lib. *Ebed Jeſu*, tum nupera ad *Allatium*, in me, Epiſtola συλλιτευτικῇ) nihil intentatum reliquit, ut Romanam religionem in Oriente oſtenderet. *Indulgentiæ* is auſus eſt adhibere terminum: P. 65. *Bibliothec.* meminit Jeſcha-Jahebi ejusque ſcriptorum, & inter alia tractatûs de חוסיא quod *Indulgentiam* reddidit: Sed an ſenſu Romano? οὐκ ἀποτολμῶ. *Syriaca*, inquit, *vox, quæ ſignificat* Indulgentiam, propitia-

pitiationem & remiſſionem; *ſecundum receptiorem uſum primò deſignat* Sacramentum Confeſſionis *in tota ſua latitudine, deinde vel* preces, *quæ pro de linquentibus funduntur*, vel admiſſionē pœnitentium, *vel* formulam abſolutionis Sacramentalis, *vel* ſuffragia fidelium viventium pro defunctorum animabus, ac ejusmodi: *Hæc ille.* Quem ſenſum vox חוסיא apud intermedios & recentiores obtineat Syros, non quæremus: Illud certum eſt, citiùs ex pumice aquam, quàm ex hac vocula Indulgentias Romanas poſſe elici. Certum inſuper eſt, alium, quàm qui ab *Ecchellenſi* ponitur, primum & nativum hujus vocis eſſe ſignificatum. In Novo Teſtamento verbum Pahel חסא eſt generaliter *ignoſcere*, *veniam dare*; quod *Iſabar Ali*, Arabicè reddit אעפר אצפח *remiſit*, *condonavit*. Ipſum verò nomen חוסיא אלשפקה ראפה רחמה *commiſeratio, clementia, miſericordia, quæ ſola fons eſt & origo gratuitæ peccatorum remiſſæ. Unde & concretivè propitiatorem* ſignificat, *Rom.* 3. 27. & abſtractive ἱλαστήριον propitiatorium, *Heb.* 9. v. 5. Manet ergò, in Syria οὔτε ἐξίτηλα ἴχνη propudioſæ hujus extare nundinationis. Sed nec *Græcia* faventior. Allatius, *in ſuo Hottingero*, ære Dodoneo loquacior, ubi ad hanc devenit materiam, valde

valde & confuse loquitur, & imperitè, planèque contra Græcorum mentem, qui hanc pridem mercem rejecerunt reprobam, ceu breviter in *Ennead. diſput: Heidelb.* pag. 205. oſtendimus. Sed quando video *Allatium*, & audacter ſatis ſua obtrudere, & noſtræ nobis cauſæ juſtitiam diſpendioſis ambagibus reddere perplexam, totum, quod; quia hoc jam agitur; in me de Indulgentiis, lib. cit. ſcripſit caput XII. cum brevi apologia exſcribam: Obſervavi antehac, negare Græcos, Indulgentias auro argentóque redimendas pro peccatis. Molliter ſatis locutùs fui: Scribere potuiſſem, rideri, contemni ab illis. Quid Leo? Probandum ei incumbebat, habere Græcos, Romanorum more, ſuas menſas Trapeziticas; hoc verò ille ulcus ne manu quidem tangens, 1. convitia exſcreat, *me mendaciis* agere; *tacita fallaciloquentia turbare.* Verùm tale quid mihi, quod corrigi debuiſſet, exciderit; an cauſa propterea ejus melior? Manet noſtra theſis, Græcos Indulgentias pecunia nō proſtituere; proſtituere Romanos. Quid ad Græcorū patrocinium? *De Græcorum*, inquit, *conſuetudine nihil ex Græcis afferam.* Nempe non poterat; omnem alias ſuadam ſolicitaturus, ut, quemadmodum aliâs nimia ſua prolixitate πολυ-

ἀναγνωσίαν oſtentare ubique curæ habuit; Jejuno & arido jam ſtylo cauſæ infirmitatem prorſus prodat. Quid de Latinis? *Latinorum*, inquit, *cauſæ alij, me doctiores, ſcriptis editis occurrerunt*. Malè, Allati, in hac momentoſa controverſia aliorum laudas perſpicaciam. Nobis certè perſuaſum eſt, nihil hactenus Scholas Pontificias inveniſſe, quo monopolio ſuperioris ſeculi Indulgentiario vel ceruſſa oblini potuerit, vel obtendi prætextus. Ingenuè graviſſimi ſcriptores Pontificii *Thuanus, Polydorus Vergilius, Alphonſus de Caſtro* &c. aliud fatentur: non, quod ſomnias, *crimen vel falsò Pontificiis objectum, vel ſolidè elutum*. Thraſonicum eſt jactare, *non poſſe unius ſordidi Miniſtelli, & nullius auctoritatis hominis, ſupremam Eccleſiæ auctoritatem æternis fundamentis innixam, falſi criminis nota imminui, obteríque*. Fruſtra ſupremam Eccleſiæ Authoritatem contra Scripturam & experientiam obtrudunt. Negant, Pontificem errare, labi poſſe, qui tamen, ut homo eſt, adeóque errori obnoxius, ita tam improborum ſæpe morum, quàm baratro impiorum dogmatum ad ambas uſque aures eſt immerſus. Quaſi jam unius fidelis Miniſtri ſit authoritas, contra Idolum Pontificii ſuprematus, & ἀναμαρτησίας, minor, quàm fuit olim

olim contra Judæorum, aut Gentium impietatem? Aut quaſi in Chriſto Jeſu vel Græcus valeret vel Barbarus, vel Scytha? Unus olim Johannes Phariſæorum protrivit coccyſmum: *Templum Domini, Templum Domini!* Unus Paulus Pſeudevangeliſtarum ſe opponere maximè fuit auſus Samaritanismo. *Emulgentia*, quam ingeniosè adhibet vocem *Rivetus*, *appellationem ſcurrilem eſſe*, nemo niſi ſcurra dixerit. Acta ſuperioris ſeculi abundè probant, Inſtitores de *emulgentia* pecuniæ magis ſolicitos fuiſſe, quàm *indulgentia peccatorũ*. Quòd *Lutherum* inficiatur *propter Indulgentiarum nundinationem ab Eccleſia Romana abalienatum eſſe, & ea occaſione motum, ſuſcepiſſe reformationis* opus, ridiculæ prorſus ignorantiæ ſpecimen eſt. Suis adhibeat fidem, id ipſum diſertè aſſerentibus; *Pallavicino, Polydoro, Thuano.* &c. ſi noſtra ſuſpecta videatur. Quanquam fruſtra de iis diſceptetur, quæ vulgi etiam voce ſunt notiſſima. Si jam miſera turba minùs *vexetur vel taxa pœnitentiaria, vel Miniſtris tribunalis Sacræ Pœnitentiariæ Romæ, ſi jam ne pro membranæ pretio aut labore quicquam illi audeant poſtulare, ſi conceſſiones fiant gratis, etiam quo ad ſcripturam*, viliori quidem ſua addicere poſſunt pretio; nec tamen merx vel teruntio, imò titivillitio

 melior

melior eſt. Moleſta quidem majoribus illa fuit Simonia, quòd pretioſa eſſet; moleſtior tamen longè, quòd impia, quòd profana, quæ Chriſti, ejusque paſſionis merita prorſus reddidit irrita & vana, contra diſertam Apoſtoli mentem. Repetitus error, *has Indulgentias Luthero non dediſſe ſua ab Eccleſia alienationis cauſas*; nec Lutheri nec Pontificiorū probari poteſt teſtimonio; Allatij figmentū eſt, & forte unius & alterius, ne Pontificis enormitates detegantur, ficulnea folia. Cur verò hinc *manifeſtè deprehendatur, quicquid ex ſimilibus Indulgentiis collectum à quocunque fuit, non in proprios uſus, ſed in communem utilitatem & magnificentiam Romanæ Eccleſiæ exhauſtum fuiſſe, & Leonem X. exemplo ſuorum Prædeceſſorum id feciſſe, ſatis notum ex Hiſtoria eſſe, à quibus id ſtatutum fuerat, ut unus quisq; decimā redditnum & mobilium ſuorū in eleemoſynam daret ad ſubveniendū terræ Hieroſolymitanæ*; ego certè nec video, nec colligo: Diſſolutæ prorſus ſunt ſcopæ, quæ nullā connexionis, aut ſequelæ habent evidentiam. Sed & ipſa de collecta communi, & ad uſus ſacros deſtinatione relatio, Allatium, in occidente peregrinari probat. Quo ſcopo, quo etiam obtentu Leo Indulgentiam diſtribuerit, ipſa nos pridem docuit Italia. P *Pauli* Hiſtoria, & certiora tradit, & can-

& candidiora: Ut planè dolendum ſit, malle eos, quibus reformatio eſt ἀλγηδὼν ἐν ὀφθαλμοῖς, rerum geſtarum Hiſtoriam ignorare veram, quàm, ut ne occaſionem haberent nobis inſultandi, modeſtas noſtras admittere Apologias. Sed vix digna ſunt, ut, quæ unâ liturâ expungi deberent, diutiùs nos occupent. Summa huc redit, nec *Allatium* (nec quemquam alium) nundinas Græcas Indulgentiarum oſtendere, minus etiam vel ingenuè, vel dignè de eadem nudinatione Romana ſcribere aut voluiſſe aut potuiſſe.

In *Occidente Anglia* primò occurrit. *Wyclivianis* & *Lollardis*, inter cæteros errores, tribuitur, *quòd Papa non poteſt concedere aliquas Indulgentias nec Epiſcopi quicunque. Et quòd omnes confidentes in hujusmodi Indulgentiis ſint maledicti*; *Henric. de Knygth.* Ley teſt. Cremon. de eventib. Angl. l. V. p. 2707. Script. Hiſt. Angl. antiq. Et *Colleg. Sapient. noſt.* p. 69. *Fatuum* eſt credere *Indulgentias Papæ & Epiſcoporum*; qui articulus in Anglia examinatus & damnatus fuit Londini 1380. Lutetiæ verò 1414. Wiclephi verba fuiſſe refert *Chemnit.* P. IV. Exam. Concil. Trident. *Conſulendum eſt fidelibus, ut non petant curiam Romanam ad Papales Indulgentias vel abſolutiones à pœna & à culpa, ſibi & aliis, impetrandas,*

quia Dominus totius Mundi non vult in tali brevi vel anguſto loco coarctari; ſed in cœlo exiſtens perpendiculariter, cuilibet pœnitentiam agenti paratus eſt ad Lumen gratiæ ſuæ influendum. Breviter, ſed nervosè ſatis contra prodigioſum illud *μωρμολύκειον*. *Bohemia* Indulgentiis pridem repudium miſit, ſolicitante cumprimis *Iohanne Huſſo*, cujus diſcipulis, Huſſitis & Thaboritis, *Conradus VVimpina* hanc aſſerit de Indulgentiis doctrinam: *Indulgentias Papæ ad liberationem animarum nullius eſſe valoris, imò ob clericorum duntaxat avaritiam exogitatas & inventas. Unde & Bohemi Quæſtorum illorum impudentiam fortiter retuderunt, eóſdemque, Indulgentias publicaturos,* in carcerem, eodem teſte, conjecerunt. Memorabilem Wimpina artic. XI. contra *Hieronymum Pragenſem* recitat Hiſtoriam. Pragæ a. Ch. 1411. cùm poſt octavas Pentecoſtes Inſtitor quidam literas vellet divulgare, & jam pro concione venias ſuas impudenter ebuccinaret; populum armatum concurriſſe, & Quæſtorem iſtum captùm currui impoſuiſſe, adjunctis ipſi in curru publicis quibusdam meretricibus, ex quarum mammis Papales Indulgentiarum Bullas ſuſpenderit, atque ita Quæſtorem Indulgentiarum cum Bullis Pontificiis, de meretricum collo pendentibus, per totam urbem

Pra-

Pragenſem vicatim circumduxerit, & oſtentui habuerit, ac tandem Bullas illas publicè & ſolenniter crepitantibus flammis concremârit. *Tom.* II. oper. Johannis Huſſi cap. 21. exclamatio habetur in Hypocritas & quæſtuarios, qui venales Miſſas habent & Indulgentias, ubi inter alia: *Quapropter ſupra modum illis væ, qui faciunt tales promiſſiones & juſtitias propter quæſtum qualemcunque, veluti eſt promiſſio multarum Indulgentiarum in feſtis ſuis vel locis, ut habeant per hoc nomen, & præ aliis accurſum & applauſum populorum: promiſſio literarum ab omni pœna & culpa: promiſſio communionis fraternitatum, & omnium orationum, vel Miſſarum, vel aliorum bonorum, quæ per confratres exercentur.* Et Tom. III. Ser. 28. in 2. Corinth. c. 2. arma adverſariis ex Paulo, falsò arrepta, eripit. *In quibus verbis*, inquit, *Apoſtoli, moderni Prælati nituntur fundare eorum fictas & venales à pœna & à culpa omnium peccatorum abſolutiones & Indulgentias ſuper infinitis ſupererogatis in cœlis meritis Sanctorum, & ſpecialiter Domini noſtri Jeſu Chriſti, ut inquiunt, fundantes, ſuper quæ, ut dicunt, DEus Papam conſtituit, ad quod ſibi libuerit diſpenſandum, ut ſit videlicet quaſi DEus in terris, quem nemo debeat corripere, cùm ſit habens omnes leges in ſcrinio ſui pectoris & exiſtens Chriſti vica-*

rius in terra, habet generalem, plenariam poteſtatem diſtribuendi hunc theſaurum hominibus, ſecundum quòd lubuerit plus vel minus: Nec licet, inquiunt, diffidere, quin poteſtas impertiendi illa Spiritualia ſuffragia, remaneat continuè inexhauſta. Illas eorum fictas indulgentias dicunt in verbis iſtis Apoſtoli habere fundamentum, quando dicit Apoſtolus: Cui autem aliquid donâſtis, ſcilicet de peccatis & pœnis debitis, & ego. Nam & ego, quod donavi, ſi quid donavi, propter vos, in perſona Chriſti, ut non circumveniamini à Satana. *Ecce,* inquiunt, *Paulus Epiſcopus, in perſona Chriſti, autheritate ejus donat Indulgentias & remiſſiones peccatorum. Igitur Epiſcopi habentes vicarios, veluti partiales & particulares Eccleſiaſticas poteſtates ordinis & judicij, poſſunt donare partiales & particulares Indulgentias & remiſſionem peccatorum. Summus autem Pontifex, habens Jeſu Chriſti vicariam, & ideo totalem & univerſalem poteſtatem ordinis & judicij, poteſt donare Indulgentias omnium peccatorum à pœna & à culpa. Sed quilibet, qui vult, poteſt intelligere, quòd iſta eorum fictitia hic non habent verum fundamentum. Apoſtolus enim hic loquitur de donatione injuriarum & pœnarum, quas injurias in perſona propria ſuſtinuit, quos peperit delinquenti in eum. Et hortatur Corinthios, quòd & ipſi illi parcant & ad iſtam peccato-*

catorum donationem adſtringantur ſinguli veri Chriſtiani conditionaliter per illud Matth. VI dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. *Et ſequitur:* Si enim dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater noſter cœleſtis peccata veſtra. Si autem non dimiſeritis hominibus peccata eorum, nec Pater noſter cœleſtis dimittet vobis peccata veſtra. *Sed num quid Corinthij ſinguli ad ſenſum modernorum Prælatorum donaverunt peccatorum remiſſionem à pœna & culpa, & indulgentias tales diſtribuerunt? Bonum ergo, imò certius eſſet Papæ & Epiſcopis proprias donare & remittere injurias, & orare pro perſequentibus eos, quàm indulgere culpas adverſus DEum factas per homines, quas non poſſunt donare vel remittere, niſi ipſe DEus donaverit homini verè pœnitenti. Cùmque prolixè oſtendiſſet, peccata authenticè remittere eſſe ſolius DEi, miniſterialiter legitimè vocatorum Miniſtrorum, concludit tandem: Falſum ergo eſt, quòd Papa, vel alius purus homo poſſit dare Indulgentiam & remiſſionem ad eorum intentionem, & omnium peccatorum. Solus ergo DEus, quaſi univerſalis Dominus ex quadam proprietate eſt diſtributor donorum & meritorum ſuorum, & per ſe diſpenſat ſicut vult: Nec ſcit* Papa, quomodo ſit ad regulam diſpenſandum. Non*

enim cognoſcit Papa gravitatem peccati, nec diſtinctionem venialis à mortali, aut ordinatione DEi de pœna vel præmio ſervi ſui, in cujus perſona dicit Apoſtolus: Miſerebor, Rom. 9. Et Jacob. 1. omne datum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſt, à Patre luminum deſcendens. *Quod omnes ſancti recognoſcebant, in quorum perſona dicit Paulus: Noſtra autem ſufficientia ex DEo eſt. Nec aliquis ſanctus præter Chriſtum ex ſe ſufficientiam habuit ad futuram gloriam conſequendam, niſi cum hoc gratia DEi affuiſſet, Apoſtolo atteſtante: Gratia DEi id ſum, quod ſum. Hinc quandoque virgines prudentes fatuis petentibus oleum ab eis* reſponderunt: Ne fortè non ſufficiat, Matth. 25. *Non eſt ergo veriſimile, quòd dictæ Indulgentiæ fictæ & venales habeant in fide Scripturæ verum fundamentum, fortè per contrarium* in illo 2. Pet. 2. Et in avaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur. Et *Roman:* XVI. per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda iñocentum. *Contra quas Indulgentias multipliciter poſſet argui.* Primum ſic: *Papa multis talibus concedit à pœna & à culpa Indulgentias, qui abſque dubio ſunt præſciti, & DEus nulli tali dat Indulgentias. Ergo Papa in hoc extollitur.* Item *res temporales quantumcunque parvi pretij non debent emi, niſi cum iſta prudentia, quòd emtor de ven-*

vendito ſit probaliter ſecurus. Sed Papa non poteſt aſſecurare aliquem, quòd poſt mortem vel ante, tantã Indulgentiã habebit. Ideo probabiliter eſt tale commentum dimittendũ. Papa enim ſubducta revelatione neſcit de aliquo, nec de ſe ipſo, ſi ſit prædeſtinatus à Domino. Quòd ſi præſcitus fuerit, non proderunt ſibi tales Indulgentiæ ad beatitudinem, contra ordinationem Domini æternaliter ordinantis. Item, *poſitis talibus Indulgentiis videtur, quòd Papa poſſit Purgatorium deſtruere. Quia ipſe prætendit, ſe quemlibet in agone à pœna & à culpa abſolvere, & cuilibet poteſt dare poſt ſe illam gratiam in futurum: Et non obſtat aliud, niſi fortè invidia, vel negligentia. Det ergo cuilibet in futurum: Et dato illo, nullus venit in Purgatorium. Quo dato omnes vigiliæ, Miſſæ defunctorum, oblagiam, & alia ſuffragia pro hujusmodi hominibus forent fruſtrà. Sed iſtud conſequens clerum non modicè conturbaret. Unde vel oportet eos negare, habere poteſtatem hujusmodi ad dandum ſic Indulgentias, vel incidere in conſequens jam deductum. Si autem dixerit quis: Licèt habet poteſtatem Papa ſic dare Indulgentias, non tamen debet niſi ex cauſa rationabili, ſcilicet, quando impugnatur, vel indiget pecunia. Revera orandum eſſet fidelibus, ut taliter impugnaretur & indigeat, quia tunc theſaurum Eccleſiæ fidelibus aperiret ad ſalutem. Et videtur, quòd Papa tenetur ex con-*

conſcientia facere generaliter illud opus ſpiritualis miſericordiæ. Nam potens relevare fratrem ſuum ſine damno proprio,& differens usque ad mortem corporalem fratris ſui, eſt reus homicidij, habens, ut dicitur, plenitudinem poteſtatis de Indulgentia generali.

Et illa excogitata & arte Satanæ conficta Indulgentiarum diſtributio poteſt ſignari per pulmonem Antichriſti, quod cordi vicinum eſt. Ideo de illo conſequenter dicendum eſt. Quibus autem ex cauſis illa Indulgentiarum diſtributio pulmoni Antichriſti coaptatur, patet ſuprà Tom. I. fol. 27. cap. 23. per totum. Ita Huſſus: Non rejecit modò novum Indulgentiarum mercatum, ſed & in eundem rationibus graviſſimis arietavit; ut mirandum non ſit, ſi & ſequentibus, corruptioribus longè temporibus, idem multis inſederit impugnandæ Simoniæ conatus generoſus.

Galliam ingredimur. Multum hæc *Gerſoni*, Cancellario Pariſienſi detulit. Ejus authoritate Pontificii Inſtitores ſuffulti, reprobæ merci colorem quærere nitebantur. Quo verò ſucceſſu, illorum experiri liceat judicio, qui ſύγχρονοι ejus, & libros & mentem ejus ſatis penetrârunt. Ita erg. *Weſſelus*, Epiſt. ad Jac. Hoeck, c. 3. *Venerabilem illum Gerſonem allegas, dignum allegatu, dignum conſideratu,*

qui

qui multa valde in abuſu Indulgentiarum reprobat. Primò dum principaliter eas magis ad poteſtatem ordinis, quàm ad poteſtatem juriſdictionis refert, hanc in Indulgentiis eminentiorem, utiliorem, eligibiliorem. Hoc verbum tanti viri, ſi ad rigidam veritatem, quam continet, explicetur, nonne ſtatim ſtatus omnium Indulgentiarum, & omnis nutat aſſertio, quando per ſimplicis Paſtoris aut ſacerdotis Miniſterium ordinis per Sacramentalia dignè percepta eligibilius, utilius, eminentius, ac per hoc propinquius ad plenariam remiſſionem acceditur, quam per omnem plenitudinem Papalis juriſdictionis.

Confitetur idem (*placet cætera authoris hac de materia, quòd rariùs extent, ſubjicere*) varios variè tradere de Indulgentiis: Nihil igitur unum & inconfuſum traditur. Confuſa verò credulitas, non eſt catholica, ſed ſeditioſa magis, quia ſingula ſingulorum. Quod ſi pauculas eas annotationes perſpicaciter conſideres, videbis Papam nihil poſſe, niſi vel juriſdictione Papali propria, vel ordine clericali, vel adoptione filiali. Tres enim has poteſtates in Eccleſia invenimus. Tertia propriè filiis adoptionis, & propter eam reliquæ duæ poteſtates in ejus ædificationem ſunt. In ordinis poteſtate ſuæ Presbyter, ſive Epiſcopus, Miniſterium quidem exhibet ſecundum Ambro-

broſium, ſed nullius poteſtatis jura exercet. Juxta ordinis poteſtatem Papa, ſi quid poteſt, id jurisdictione poteſt, & illa directè & principaliter, ſecundum eundem Gerſonem, nullam pœnam dimittere poteſt, niſi quam infligere poteſt, uti ſunt excommunicatio, ſuſpenſio, inhabilitatio, privatio, irreguralitas. Præterea tenet idem Doctor, quòd ſolus ſummus Pontifex Chriſtus (excludit igitur Pontificem Romanum) cum Patre & Spiritu ſancto poteſt plenaria authoritate dare omnimodam Indulgentiam à pœna & culpa, quam dum confert ſimul, dat innumerabiles dies, & annos Indulgentiarum infinitos. Graviter per hoc verbum, licet leviter videatur annexum, invenies errorem plenariæ remiſſionis, quaſi dicat, Papam non habere talem immenſam poteſtatis plenitudinem.

Et graviter valde, contra fundamentalem intentionem facit verbum ejusdem Venerabilis viri, quo dicit, & verum dicit, quod in juſtificatione impij naturaliter prius gratia infundatur, quàm culpa dimittatur, & quod priùs reatus dimittatur, quàm culpa dimittatur. Primi ratio, quia non tollitur privatio, niſi conſtitutione habitus. Secundi ratio, quia lex non mulctat, niſi prævaricatorem. Prævaricatione igitur ceſſan-

ceſſante, ceſſabit & mulcta: Poſt ergo culpam perfectè dimiſſam, nullus reſtat reatus: Reatus enim culpam ſeu prævaricationem habet pro cauſa totali. Convertibiliter igitur cum ea ſtatuitur ac deſtituitur.

Præterea expreſsè reprobat idem Venerabilis Theologus, illas tantorum annorum Indulgentias; paſſim in diverſis Romanorum Pontificum conceſſionibus repertas, & enormitatem vocat. Notat igitur (NB.) Papam de errore, quando ad Quæſtorum turpitudinem revocat: Quando item communes Indulgentiarum conceſſiones aſſerit difficile ſalvabiles, probans donationem irritam eſſe, quæ ſe extendit ultra menſuram obligationis. Et manens in fundamento ſuo priore, quo nullam pœnam relaxare poteſt, niſi quam poſſet infligere. Pro ratione dicti ſubdit, quòd nullus Miniſter Eccleſiæ poſſit ad pœnam temporalem tantùm obligare. Conſulit idem Venerabilis Theologus, ut Indulgentias ſuas Papa moderetur, quo divinæ juſtitiæ ſimul & miſericordiæ non derogent. Iſtud conſilium ſi ſanum, ſicut verè ſanum conſilium eſt, neque de impoſſibili, neque de inevitabili dabitur, quia in talibus non cadit conſilium. Poteſt igitur Pápa per ſuas indulgentias,

divinæ juſtitiæ, divinæque miſericordiæ derogare. Sed hoc impoſſibile, niſi divinæ ſapientiæ præjudicet. Sed hoc nonniſi per propriam ſtultitiam, & errorem: Quòd ſi faciat, ſcandalum præbet puſillis.

Ponit præterea venerabilis ille quasdam conſiderationes ibidem tanquam abſolutas, quæ ſi abſolutæ ſint, ab re poſitæ ſunt, nihil facientes ad propoſitum. Igitur, ſi ad Indulgentias aliquid facient, oportet comparativè intelligantur. Dicit itaque: Si quis petit pro ſe, & id perſeveranter & piè, & in nomine Jeſu, & ex charitate petit, efficax erit ejus oratio. Quia fundatur ſuper verbo: Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Hæc ſi comparativè ad conceſſionem Bullæ Papalis referantur, quid aliud concludunt quàm potius inniti verbo Domini, quàm Bullæ Papali? Valde hoc loco conſiderandum, & quærendum puto, quale oporteat eſſe illud nomen Jeſu, in quo petentes accipient. Non enim puto, quòd notio illa, qualem de Domino Jeſu Cajaphas & Annas habuerunt, profanam & indignam, idoneam fuiſſe ad impetrandum apud Patrem; Sed aliud nomen pium & ſanctum, ſapientiale ſcilicet, quod qui habet, ſcit quanta opor-

oporteat pro nomine Jeſu pati, hoc nomen Sapientiale de DEo, de Ieſu ſanctificari petimus. Quæro igitur hoc nomen Jeſu, quàm ſanctificatum eſſe debeat, & petitio, quàm fervens eſſe debeat & ardens, ut omne petitum impetret? Poteſt enim minus ardens, & ardentior eſſe. Qui ſi ſanctificatiſſimo nomine ardentiſſima fuerit, uti debet, utrum ad obtinendum, quod petitur, Papæ voluntas neceſſariò interveniat? Quæ ſi non neceſſariò interveniat, ac impetrandum, rationabiliter illa conſideratio à tanto viro interpoſita eſt.

Sed omnium potiſſimè conſiderandum verbum ejus finale, quo dicit, certiſſimum ſignum ſalutaris indulgentiæ eſſe bona facere, & mala pati. Certius igitur hoc ſignũ, ſecundum hunc venerabilem Theologum, quàm Bulla plumbata: Secundùm omnes regulas Cancellariæ, dato etiam, quòd propria manu Papa de plenitudine poteſtatis ex certa ſententia ſubſcripſerit. Sed hoc certiſſimum ſignum, niſi merè perfectum fuerit, non erit certiſſimum, dicit enim Propheta: Cor contritum, & humiliatum DEus non deſpicies? Quærendum igitur, quomodo contritum & quanto? Tropo dicitur contritum, quod inter molares à tumore proprio ac duritia comminutum.

Et qui ſunt hi duo molares? Niſi quos venerabilis hic Doctor ponit, facere bonum, quod præcipit, pati flagella, quæ infligit? Hi ſanè duo molares granum frumenti, & adipē pinguē præbentem delicias Regibus, Patri, Filio, & Spiritui S. Quos ideo Reges in plurali dicit, quia perſonaliter plures, quando etiam ſacer Canon eos DEos viventes in Hebræo fonte nominat. Hoc granum frumenti perfecta contritione ad minima ſui humiliatum & contritum, ut nihil ſui amoris retinuerit, ut ſine exceptione dicere poſſit: Paratum cor meum, DEus, paratum cor meum, ad utrumque ſcilicet paratum; ad currendam viam mandatorum tuorum, & paratum cor meum, DEus, in flagella tua. Profectò ſi utrumque perfectè dicere poſſit, certiſſimum juge ſignum indulgentiarum habebit. Verum, ſi quid adhuc ſui amoris habet imparatum, incontritum, licèt centum bullas habeat, filo & plicatū & omnibus Cancellariæ clavibus aut ferreis inſtructas, quantò adhuc incontritum, & minus humiliatum cor ejus, licèt verè contritum, & verè confeſſum, quia imperfectè contritum & confeſſum, tantò DEus adhuc deſpiciet. Liquet igitur ex venerabilis hujus viri ſententia, Indulgentias Papales non tam certum ſignum remiſ-

miſſionis eſſe, quàm perfectam contritionem cordis inter hos duos molares contriti, ſed omniū Catholica confeſſione certū eſt, quòd iſta talis contritio, ſi perfecta fuerit, nullis Papalibus Bullis indigebit: Et hæc ſi minus perfecta fuerit, per Papam perfici non poterit. Papalis ut plenaria ſit hac indiget, & hæc ſi plenaria non fuerit, Papali non indiget. Hæc *Weſſelus* ex, & cum *Gerſone*, qui pluribus ſuum, contra Indulgentias expoſuit judicium *Epiſtolâ* præſertim ad *Engelbertum* Leydenſem paginâ 99. & Decanum Naelvviccenſem, pag. 105. & *priori* quidem doctè oſtendit, quàm ſit abſurdum remittere culpam, retentâ pœnâ. Clementinæ audaciæ, quæ & Angelis præcepit, Facultatem Pariſienſem Theologicam ſe oppoſuiſſe graviter, idem teſtatur p. 113. & *Aventinus* ſcribit, quòd cùm Antipapa Urbanus VI. & Clemens VII. circa a. D 1338. largiſſimas profunderent Indulgentias, Schola Pariſienſis ſolenniter adhibitis tubis & campanis erroneam ſententiam, Bullis indulgentiariis comprehenſam, damnârit. Sed & *Eccius*, ex Wilhelmo Antiſiodorenſi obſervat, multos, cùm Indulgentias illas Pontifices elargiri cœpiſſent, iis contradixiſſe. Poſteaquam verò Indulgentiariorum diſputationibus quæſtus Indul-

gentiarum creviſſet iterum, Viennenſe Concilium, a. Ch. 1311. coactum fuit; quod Clemens V. celebraturus Wilhelmo Durando, ut capita quædam de eo ritè habendo conſcriberet, dedit in mandatis, quod & magna fide præſtitit. Tertia enim parte Tit. de Indulgentiis 15. ita ſcripſit: *Cùm in univerſali Eccleſia Quæſtores Indulgentiarum multos errores diſſeminent, multóſque ſeducant ſimplices, & multas abuſiones procurent, & vitam gerant enormiter diſſolutam, in tantum quòd pateat, riſui, poteſtáſque clavium Eccleſiæ contemnitur, cum pro uno obulo vel nihilo Indulgentia conceditur, nec proficiat proviſio Concilij Lateranenſis, unde populi contemnunt pœnitentias à Confeſſoribus impoſitas adimplere, putantes ſe abſolvi propter dictas Indulgentias ab iiſdem, & propter facilitatem veniæ pro obolo obtinendæ, & pecunia redimendæ, delinquere non formidant; videretur ſuper hoc de competenti remedio providendum, & inſuper, ut ceſſarent Quæſtus curſorum & nunciorum Romanæ Curiæ.* Unde poſtea Concilium ipſum abuſiones Quæſtorum ad extorquendum aurum, fallaci ingenio excogitatas, reprehendere & clamare: Quòd *ſcilicet tertiam & quartam partem de pœnitentiis injunctis relaxarent, animas tres vel plures de Purgatorio ſe extrahere mendaciter aſſererent, plenariam remiſ-*

miſſionem peccatorum indulgerent, & à pœna ac culpa per indulgentias abſolverent, ut habet Clementina.

In *Germania*, celeberrimus ille *Johannes Veſſalienſis*, Profeſſor Erfordienſis primùm, poſtea Wormacienſis Concionator, teſte *Conrado VVimpina*, docuit: *Papam & alios Prælatos non poſſe ex theſauro Eccleſiæ compenſationes pœnarum pro delictis debitarum, per Indulgentias aliis diſtribuere, & applicare. Atque ideo Eccleſiæ dando indulgentias plus nocere, quàm prodeſſe.* Allegavit etiam veteres quosdam, Cantorem præſertim Pariſienſem, ſolitum dicere: *Indulgentias eſſe pias fraudes, quibus Laici ad dandas eleemoſynas alliciantur.* Cúmque Eccleſiæ factum objiceretur, non negavit fieri, ſed *ab errante Eccleſia*. Unde & à Monachis comprehenſus, igni adjudicatus fuit a. Ch. 1479. Quid *Coloniæ* olim contigerit, & quàm graviter Franciſcanus in Bullas illas detonuerit, *Bebelij* verbis expreſſimus *Hiſt. Eccl.* T. V. pag. 855. Quàm prudenter Magdeburgi alius, itidem Franciſcani Ordinis, Thecelij eluſerit impudentiam, diximus *ibidem* pag. 854. Cùm anno 1510. ſua, Natio Germanica, obtuliſſet gravamina, decimo loco Maximiliano Imperatori exponi illa voluit, *Indulgentias novas cum revocatione aut ſuſpen-*

ſione veterum (Laicis contra clerum murmurantibus) *ad corradendas pecunias conceduntur*: Quæ in centum gravaminibus, a. Ch. 1522. repetitis, plenius erant enarrata: compendiose autem exhibita T.V. p. 922. *Chemnit*. P. IV. pag. 384. idque juſtiſſimo jure, ut ex *Petri Numagen* Mſc. P. IV. pag. 528. exemplis & querelis meridiano jubare clariùs apparet. Circa a. Ch. 1500. *Roſtochij* Sacerdos quidam Nicolaus Ruſt, inter alias ſuperſtitiones Indulgentias reprehendit non voce tantum ; ſed & ſcriptis, quod in vitæ ipſum periculum induxit, quæ tamen à ſuperioribus erant ſuppreſſa.

In *Italia* jam *Antoninum*, Florentinum, eas puduit ratas habere Bullas, quæ arctâ alibi ſervabantur cuſtodiâ. *Palàm reverendiſſimus ille Antonius confitetur , copias Bullarum Clementis tantùm continere exorbitantiam, quòd non credit fuiſſe bullatas : Quæ tamen hodie Viennæ, Limovis , Pictavi plumbatæ in theſauro privilegium reſervantur* ; *VVeſſel l. c. pag.* 111. b. Bullam intelligit, quâ Angelis in cœlo Papa præcepit, & cui Facultas Parſienſis eo nomine contradixit : Ib. 113. *Savonarola* Italiæ oſtendit, nugas eſſe & verè bullas, ventoſa Pontificis diplomata ; ſed merite expianda erat ejus παῤῥησία. *VVeſſelus* Epi-

Epiſtolâ ad Decanum, comemorat, ſe *Romæ ſub Paulo II. inter doctos de Indulgentiis diſputâſſe: Veniſſe tunc Pariſiis Romam Magiſtrum quendam, in Sorbona paulò ante de Indulgentiis diſputationē habitam, à qua nemo doctior, ſed omnes quàm venerant, confuſiores receſſiſſent.* Waldenſium in *Pedemontio* & alibi degentium, aperta fuit confeſſio: *Prælatorum omnium Indulgentias, ad limina Sanctorum peregrinationes, imò annos Jubilaos nullius eſſe vel valoris, vel commoditatis.*

Ruthenis articulo doctrinæ undecimo tribuitur aſſertio: *Quòd Indulgentias & jubilæos damnent, nullius efficaciæ ea perhibentes.*

In *Helvetia* maturè etiam hanc mercem veluti reprobam, rejectam fuiſſe, prolixè oſtendimus P. III. *Hodeg.* pag. 459. compendioſe *Meth. leg. Hiſtor. Helvet.* p. 544. Summâ, quò nos vertamus cunque, reperiemus, verum eſſe, quod *author Fortalitij* circa a. Ch. 1470. teſtatur, *non paucos, qui inter cætera, Indulgentias etiam improbarent*, quòdque author *hortuli roſarum, de valle lachrymarum* a. Ch. 1443. mentem expreſſerit aliorum unico diſticho:

Omnia ſunt nulla, Rex, Papa, plumbea bulla;
Cunctorum finis, mors, vermis, omnia cinis.

XXVII. *Nihilo denique Simoniacam illam nundinationem, poſt reformationem redditam (a) meliorem, impiam ſemper manſiſſe & propudioſam humanorum meritorum, ſatisfactionum vel propriarum vel alienarum tam oblationem, quàm diſtributionem, ex variis Synodorum (b) Decretis, publicis doctorum querelis, perpetuis etiam Canoniſtarum contentionibus conſtat.*

a. Nihil uſitatius eſt, quàm tritum illud κρησφύγετον: *Abuſus tollendos fuiſſe Indulgentiariorum, non uſum Indulgentiarum.* Sed quid ſi, quod præſtantiſſimum, ratione usûs, habent, putidum ſit? Si, quicquid eſt ſatisfactionum alienarum, quicquid Indulgentiarum, alienum prorſus ſit à fide Chriſtiana Catholica? Alienum ab ore, à corde omnium, qui ſe redemtos fatentur ſanguine Chriſti? Adeò, ut nihil in mentem venire potuerit cuiquam, quo Deo illuderetur audaciùs, orbi imponeretur impudentiùs: ut quæcunque alia in fide mutata ſunt aut temerata, tentamenta tantùm videantur, quibus experiri voluerit imanis ille humanæ ſalutis hoſtis, an quicquid impoſitum iret oneris, capax eſſet tollere genus humanum. Ut ex uno præcepto de Charitate pendent Lex & Prophetæ; ita ex uno hoc capite verus pendet Chriſtianismus. Unus hic

hic character eſt, quo veri Chriſti diſcipuli ab aliis, cujuscunque nominis, ſectis diſcernantur. Quoquot enim ſuam, propriam, humanam; non alienam, Chriſti quærunt juſtitiã, cum Paulo, ἀπὸ τῆς θύρας ἀμαρτάνουσιν, & per oſtium non ingrediuntur in Dei verbo nobis patefactum. Quid enim illud eſt, quod poſt varios de Indulgentiis in Concilio Tridentino reformatum eſt, diſcurſus? Indulgentiæ prolixe defenſæ, & quæſtuariæ revocatæ. Tantæ molis erat, poſt tot annorum intercapedinem querulis ubique vocibus locum dare! Vidit Roma, quantam ex hac nundinatione accepiſſet jacturam, & tamen adeò ſerò de medicina cogitare obiter cœpit. *Obiter* inquam cœpit. Neq; enim ſeriò illam egiſſe, hinc ſatis manifeſtum eſt, quòd quæſtuariæ adhuc à Pio V. conceſſæ fuerint Indulgentiæ, & quòd earundem revocatio paulatim variis limitationibus eluſa. *Privilegia mendicantium* (ita *Auguſt. Barboſ.* Collect. in Concil Trident. pag. 151.) *ne prohibeantur petere Eleemoſynas, non ſunt abrogata per hoc decretum Concilii, quia in eo tantùm abolentur quæſtores, qui prædicant, vel publicant Indulgentias conceſſas his, qui manus adjutrices porrexerint piis locis, pro quibus petunt eleemoſynam, non verò in mendicantibus pro ſui ſuſtentatione quæſtuanti-*

bus, juxta quoddam Decretum Pij V. revocantis ſimiles Indulgentias quæſtuarias conceſſas porrigentibus manus adjutrices piis locis. Hieron. Roderic. in Compend. quæſt. regul. reſol. 59. num. *ubi ſubdit, pro ordine ſanctiſſimæ Trinitatis redemtionis captivorum extare duas conceſſiones Benedicti XII. quibus conceditur quæſtus eleemoſynarum dicto ordini pro redemtione captivorum.* Sed, ut ut omnis lucri odor evanuiſſet; ſordes tamen humanæ adhuc juſtitiæ totum inquinabant Eccleſiæ corpus. Calices, vaſa, vaſorúmque, exteriora purgabant, quorum interiora hypocriſi, injuſtitiâ, impietate erant referta.

b. Poſt reformationem, poſt Concilium Tridentinum perpetuæ de irreligioſa & illiberali hac quæſtura, profanatione Sacrorum continuabant querelæ. A. Ch. 1581. in *Synodo Rothomagenſi* ſequens prodiit Decretum. *Indulgentiarum poteſtatem in Eccleſia à Chriſto datam, & eorum uſum Chriſtiano populo ſalutarem confitemur & veneramur.* Sed ſupplicandum duximus. S. D. Papæ, ut in his concedendis moderatio juxta veterem & probatam in Eccleſia conſuetudinem adhibeatur, quandoquidem viléſcunt propter frequentiorem uſum, & earum in omnibus feſtis ſolennioribus multitudinem, ad quæſtum omnes interpretantur. Deinde nimia facili-

facilitate & frequentia indulgendi omnia graviora crimina, etiam reſervata ſine expreſſa reſtitutione & ſatisfactione aut confeſſione proprio Parœco facienda, Eccleſiaſtica diſciplina enervatur, & ad eadem aut majora perpetranda creſcit hominū audacia. Vileſcunt inſuper, ex Curatorum in his publicandis irreverentia, qui populo, nec annunciant ſua ſcelera, nec pœnas norunt explicare, quibus illa ſunt obnoxia, & quanta egeant Indulgentia. Abusū præſertim in noſtris Eccleſiis Cathedralibus diſſimulare nō poſſumus, in quibus à multis añis conceſſæ Indulgentiæ; ſed poſteà revocatæ nihilominus proponuntur, tanquam rigorem ſuum retineant; *Bochell.* Decret. Eccleſ. Gall. Lib. II. p. 254. Synod. Aquens. 1585. *Parochus, Concionatórve, quo tempore Indulgentiæ exponuntur, doceat diligenter, ejus conſequendæ cauſa non eſſe neceſſariam præſtitutā Eleemoſynæ largitatem, ut cœleſtem eum Eccleſiæ theſaurum, ſpiritaliáque munera exponi omnes intelligant non ad quæſtum; ſed ad peccatorum ſatisfactionem, & ad pietatis excitationem* *Ib. Eſpenſæi* querelam ſupra audivimus pag. 131. *Synod. Turonenſis* decretum a. Ch. 1583. tale erat: *Sublato, qui in multis Diœceſibus invaluit abuſu omnibus Eccleſiaſticis cujuscunque ſtatus, ordinis aut dignitatis exiſtant, prohibe-*

bibemus, ne Indulgentias aut alias ſpirituales gratias ſive ab antiquo, ſive poſt Tridentinum Concilium conceſſas, audeant impoſterum publicare, præter eas, quas Ordinarij locorum, adhibitis duobus de Capitulo, debitis temporibus, populo publicandas judicaverint, eas omnes quæ ſunt quæſtuariæ, cùm ſint per Concilium Tridentinum abrogatæ, non eſſe publicandas, decernentes: Ib. Aſſerunt quidem Theologi & Canoniſtæ Romani Indulgentias quæſtuarias ab ipſo etiam Pio V. conceſſas, abrogatas eſſe *Navar. Sayr. Galet. Barbos.* Collect. Concil. Trid. pag. 152. mox tamen limitationes aliquas iterum exceptas, ſupra ex *Barboſa*, oſtendimus.

c. Ipſo præludente Concilio Tridentino, quod in hujus materiæ examine timidè ſatis & jejunè proceſſit, vix operæ pretium exiſtimans, ut Eccleſiæ authoritas, ſagaciori ſcrutinio, periculi exponeretur aleæ. Audiamus Hiſtoriæ ſcriptorem, Pontificium ex lib. VIII. pag. 895. *Congregatio diei 21. circa Indulgentias verſabatur; cujus materiæ difficultas & copia majorem partem in eam ſententiam induxit, omnino de ea non agendum, quippe omnibus jam perſuaſum, difficultates eſſe evitandas.* Erant nihilominus, qui de illa tractatum vellent, docentes, alioquin datum iri Hæreticis occaſionem dicendi, evitatam

tatam de induſtria ejuſce rei tractationem, quod rationibus deſtituerentur, quæ eam ſuſtentarent. Aliis videbatur ſufficere de eorum uſu tantummodo agere, abuſibus, quos temporu corrptela invexerat, ſublatis. Orator Luſitanus dicebat, dolere ſibi, quòd non provideretur Bullis Cruciatæ; verùm, taciturum ſe, ne à quoquam occaſio ex ea re arriperetur extrahendi Concilium. Ipſi oratores Cæſarei, tametſi in fine ſolicitando conjunctiſſimi, nõ erant in hoc concordes. Pragenſis tractationem de dogmatis cenſebat omittendam. At Quinqueccleſienſis dicebat, niſi de haç re tractaretur, & abuſibus reliquiarum, & imaginum & Purgatorii conſuleretur, pudendum id Synodo fore. Epiſcopus Mutinenſis Patres admonuit, ſi de Indulgentiis tractationem inſtituere vellent, quo de juſtificatione tractatũ eſſet, cauſis omnibus conſideratis, & quæſtionibus excuſſis, rem fore longam ad modum & difficilem, multúmque temporis deſideraturam. Neque enim caput illud ſatis dilucidè explicari poſſe, niſi prius illud conſtitutum ſit, an ſint abſolutiones, an verò compenſationes & ſuffragia: Et utrùm pœnas tantùm à Confeſſore impoſitas remittant, an quaſcunque debitas: Itidem an theſaurus, qui fundamenti loco

ſub-

ſubſternitur, ex ſolis Chriſti meritis conſtet, an verò opus ſit inſuper meritis Sanctorum: An dari poſſint ſine ulla accipientis opera; an ad mortuos etiam ſe extendant, & alia non minoris difficultatis. Verùm, ad hæc determinanda, Eccleſiam earum concedendarum poteſtatem habere, ſempérque eas conceſſiſſe, quòdque perquam utiles ſint fidelibus eas dignè percipientibus, tanta diſputatione opus non eſſe. Nam authoritatem eas concedendi in S. Literis haberi: uſum continuatú ex traditione Apoſtolica, & Conciliorum authoritate, totiúsque materiæ dilucidam cognitionem ex concordi doctrina Theologorum Scholaſticorum, hiſce de rebus poſſe confici decretum, nullis difficultatibus obnoxium. *Hæc ſententia magno coronæ aſſenſu accepta eſt, deputatique ipſe cum aliis Epiſcopis Fratribus, ad Decretum in hanc ſententiam formandam, adjuncta ad abuſus tollendos proviſione.* Eadem, & incertitudinis chordâ oberârunt, & Eccleſiaſticæ poteſtatis prætextu abuſi ſunt Scholaſtici etiam Theologi cum Caſuiſtis recentioribus, quibus diſplicere Indulgentiæ non poterant, quòd placerent Pontifici, neque tamen vel ſcrupulos feliciùs ſuſtulerunt, vel nodos commodiùs ſolverunt, quã prædeceſſores, qui

qui duobus aut tribus ab hinc ſeculis hanc tuderunt incudem. Quæ incerta fuerunt ante ſeculum, jam ſunt incertiora, mox futura incertiſſima.

Confeſſos & *contritos*, Indulgentiæ requirunt poſſeſſores. Sed quibus, quæſo difficultatibus vel ſola Confeſſionis materia à recentioribus Caſuiſtis eſt involuta? Mitto quæ *Navarrus*, *Azorius*, &c. aliique cum applauſu recipiunt, δυσβάστακτα βάρη, in confeſſariorum uſum congeſta. Edidit ante hac cum approbatione, *Amadaus Guimenius*, Lomarenſis, primarius Theologiæ Profeſſor opuſculum, *Singularia univerſa ferè Theologiæ moralis complectens, adverſus quorundam expoſtulationes, contra nonnullas Jeſuitarum opiniones morales ad tractatus de peccatis, de opinione probabili, de fide, charitate, juſtitia, & jure, horis Canonicis, ſacrificio Miſſæ, Jejunio, Simonia, de uſuris, Baptiſmo, pœnitentia, Euchariſtia, matrimonio, cenſuris.* In his omnibus, notum eſt, Jeſuitas ſua habuiſſe paradoxa, quibus & graviſſima peccata à peccatorum reatu eximuntur, & alia contrà, permiſſa, in peccatorum cenſum referuntur: Unde neceſſariò anomalam ſequi neceſſe erat Confeſſionem, indéque irritum uſum Indulgentiarum. Ut ne νεωτε-

ρίζειν

ῥίζειν viderentur, Jeſuitæ, novis Theologiæ moralis aſſertionibus infames, Atlas ſuccurrit, qui novitatis aſperginem deterſurus *ſuadere conatus eſt libro ſuo* (qui nuper demum 1664. Lugduni iterum prodiit) *Lectoribus, opinionum congeriem, ob quas nonnullis ſocietatis ſcriptoribus impingitur novitatis nota, fuiſſe ab antiquioribus traditam &c.* Hic verò operæ ſuæ collatæ quam deportavit mercedem? Dignam meritis. Impiis magis impia addidit, quæſtiones formavit, & confirmavit, quæ, procul dubio, confitentem magis ſauciare poſſunt & vulnerare, quàm verò ſanare, aut reſtituere. Nec nobis tantùm horrori eſt eas vel enumerare; ipſa etiam Facultas Theologica Pariſienſis nigro theta impi jſummum conatum notavit. Fortè non abſre fuerit, ſi totam, quæ brevis eſt, Facultatis Pariſienſis cenſuram hoc loco ſubjiciamus:

CEN-

CENSURA SACRÆ FACULtatis Theologiæ Pariſienſis in Librum cui titulus eſt, AMADÆI GUIMENEII *Lomarenſis olim primarij Sacræ Theologiæ Profeſſoris opuſculum, ſingularia univerſæ ferè Theologiæ Moralis complectens: Adversùs quorundam expoſtulationes contra nonnullas Jeſuitarum opiniones Morales ad Tractatus de Peccatis; de Opinione probabili, &c. Editio noviſſima, &c. Lugduni, ſumptibus Phil. Borde, Laurentij Arnaud, Petri Bordee & Guillelmi Barbier, 1664. cùm Appr. & Superiorum permiſſu.*

IMMANEM Pſeudo-Theologorum de rebus moralibus ſcribendi libidinem, Summi Pontificis Alexandri VII. omniumque ferè Gallicanæ Eccleſiæ Præſulum auctoritate, ac ſuâ Cenſurâ, in damnatâ Caſuitarum Apologiâ compreſſam penitùs æſtimaverat Sacra Facultas Pariſienſis. Neque ſibi ampliùs quicquam in tam ſancto negotio agendum ſupereſſe autumabat, niſi ut ſancti Auguſtini freta conſiliis *æternùm diligeret homines, quorum interfecerat errores, & ſine ſuperbiâ de veritate præſumeret,* *S. Auguſt. l. 1. contra litt. Petil. c. 29.*

quæ ſine ſævitiâ pro veritate certaverat, ac pro illis oraret quos redarguerat atque convicerat. Cùm ecce tranquillitatis Eccleſiaſticæ hoſtis accerrimus, nec tam Caſuitarum quàm ſpurcitiarum omnium ſcelerúmque Patronus, ſuis è latebris larvatâ fronte prodiit. Amadæus Guimenius; qui ſe ex eorum eſſe numero ſatis ſuperque comprobavit, quos in noviſſimis temporibus ſurrecturos prædixit Apoſtolus, *Attendentes ſpiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum in hypocriſi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium ſuam conſcientiam, errantes & in errorem mittentes.* Edidit quippe ille auctor opuſculum, ſeu potiùs anti-Evangelium in rebus ſpurciſſimis obſcenâ curioſitate ac ſagacitate indagandis horrendum: ut mirùm ſit alicujus pudoris hominem, quippe primarij Theologiæ Profeſſoris ſibi nomen affingit, tot monſtra efformare ac ſcribere potuiſſe, quæ modeſtioris ingenij vir ſine rubore ac verecundiâ legere non poſſit. Neque ſuos modò errores propalare de induſtriâ tentavit; verùm etiam aliorum ejuſdem furfuris ſcriptorum fœces, apertis neſcio cujuſdam, quam ab extrinſeco vocant, probabilitatis canalibus, in corda fidelium effundere conatus eſt. Quamobrem cùm anno Domini 1664. die primâ menſis Septembris,

1. ad Timot. 4.
2. ad Timot. 3.

bris, Honorandus M. N. Antonius de Breda ejuſdem Facultis Doctor & Syndicus, in ſolenni Congregatione habitâ in aulâ majore Collegij Sorbonæ, poſt Miſſam de Spiritu ſancto, ut moris eſt, factam, librum ad Facultatem detuliſſet, cui hic titulus erat inſcriptus: *Amadæi Gumenij Lomarenſis olim primarij Sacræ Theologiæ Profeſſoris opuſculum, ſingularia univerſæ ferè Theologiæ Moralis complectens: adverſus quorundam expoſtulationes contra nonnullas Jeſuitarum opiniones Morales ad Tractatus de peccatis; De Opinione probabili, &c. Editio noviſſima, Lugd. ſumpt. Phil. Borde, Laur. Arnaud, Petri Borde, & Guillelmi Barbier,* 1664. *cum Appr. & Superiorum permiſſu.* Cúmque idem Honorandus M. N. Syndicus ſcandala expoſuiſſet, quibus quotquot ſunt viri frugi, atque Evangelicæ diſciplinæ amatores ſinceri, occaſione horribilis libelli, afficerentur. Sacra Facultas, pro eâ quâ pollet authoritate, non uno, ſed pluribus ſæculis totius orbis Chriſtiani conſenſu probatâ, Apoſtolici dicti potiſſimùm memor, quo ſibi præſcriptum novit, ut eos *arguat & increpet in omni patientiâ & doctrinâ, qui ſanam doctrinam non ſuſtinent, ſed ad ſua deſideria coacervant ſibi Magiſtros prurientes auribus, & à veritate au-* 2 ad Timot. 4.

 ditum

1. ad Timot. 4. ad Tit. 1.

S. Cyprian. l. de lapſis.

ditum avertunt, intelligitque neceſſe eſſe, ut Doctores verè Chriſtiani tanquam *boni Miniſtri Chriſti Jeſu, enutriti verbis fidei & bonæ doctrinæ, eos redarguant, qui docent quæ non oportet, turpis lucri gratiâ*: atque adeò à S. Cypriano edocta *imperiti eſſe medici tumentes vulnerum ſinus manu parcente contrectare*: Hujus libri examinandi provinciam tredecim ſelectis Doctoribus cum D. Decano ac Syndico commiſſit. Qui quidem cùm repetitas inter ſe collationes per menſem integrum habuiſſent, in ſolenni Congregatione apud Sorbonam, poſt Miſſam de Spiritu ſancto, ut moris eſt, celebratam, plurimas propoſitiones ex prædicto libro in indiculum collectas primùm Facultati retulerunt die 1. menſis Octobris. Quas propoſitiones ſacra Facultas, *nunquam errari æſtimans in defenſione nimia veritatis, & in rejectione nimiâ falſitatis*, ex famoſo illo Amadæi Opuſculo excerptas typis mandari juſſit, eaſque ſive ab authore propugnatas, ſive non defenſas, infelici tamen illius ſolertiâ contra mentem, & ad mentem ejus ex variis ſcriptoribus ab ipſo depromptas, adeòque externæ, quam tuetur, probabilitatis fundamentis fulcitas ac ſtabilitas examinandas cenſuit: ut uno cenſuræ ictu non unicum modò ſcriptorum, ſed & alioſquoſ-

S. Aug. l. de mendacio c. 1.

quoſcumque fumoſæ laxiorisque Theologiæ Agirtas percuteret, qui, ut rectè ait S. Cyprianus, *Cùm felices homines dicunt, illos in errorem mittunt; cùm peccantes blandimentis adulantibus palpant, peccandi fomitem ſubminiſtrant, nec delicta comprimunt ſed nutriunt.* *S. Cyp. l. de lapſis.* Ac ne quis forſan illud minùs æquum exiſtimet, quòd Sacra Facultas propoſitiones nonnullas ex eodem libello excerptas damnaverit, quas author nec probare, nec improbare, imó & aliquando repudiare videtur; omnes monitos vult hunc Amadæi in miſerabili illâ *lucubratiunculâ fuiſſe ſcopum,* ut Caſuitarum quorumlibet patrocinium ſuſciperet, atque *omnibus,* quemadmodum ipſe in operis ſui præfatione teſtatur, *Theologiæ Progeſſoribus veritatis ſpeculum Jeſuiticæ, abſque nævo referens, doctrinæ vultum ſuo objiceret opuſculo.* *In Præfatione Amadæi Guimēij. In eadē Præfat.* Quomobrem poſtquam in operis ſui prælimine *Propoſitiones, quæ, ut improbabiles, ſcandaloſæ, temerariæ, & erroneæ, & Jeſuitarum commenta in libro Anonymi notantur,* vindicandas aggreſſus eſt, hanc toti ſuo operi coronidem imponit. *Ex dictis jam apparet quâ veritate, quâ jure quo zelo Anonymus in ſuo garriat libello propoſitiones præobjectas, &c. falſas, improbabiles, ſcandaloſas, temerarias & erroneas, &c. Quomodo enim ſcandaloſæ & erroneæ quas Eccleſia in tot tantisque Docto-* *Amad. Guim. p. 286.*

ribus opinionibus opiniones non corrigit, &c. nullibi ergo ſcandalum, nullibi error. Ex quo apertè intelligitur, id præſertim hoc ſuo libello molitum fuiſſe Amadæum, ut omnes illas Propoſitiones ab omni cenſurâ immunes, atque externæ probabilitatis munimine tutas præſtaret. Cùm igitur iidem deputati à Sacra Facultate Doctores ſæpiùs inter ſe ſuper illis Propoſitionibus conveniſſent, notisque affectas ad Facultatem detuliſſent, eadem Facultas toto negotio pro more, in deliberationem per D. Decanum, in quatuordecim Comitiis generalibus miſſo, de prædictis propoſitionibus ſelectis & examini ſubjectis ſic cenſuit.

PROPOSITIONES EXCERPTÆ

Ex

Libro AMADÆI GUIMENII, &c.

DE EBRIETATE.

Pag. 3. num. 1.

MIRUM non eſt, quod hi Doctores doceant ebrietatem eſſe licitam ad vitandam mortem, quando alij ad conſervandam etiam ſalutem licere putant. p. 70.

Pag.70. Ad evitandum grave malum, quod aliter vitari non poteſt, licitum eſt inebriare authorem.

P. 108. n.2. Ex quo principio ſe inebriantem ad vitandam mortem, ab extrinſeco aliter imminentem, excuſant à culpâ.

CENSURA *Doctrina his propoſitionibus contenta, eſt falſa, ſcandaloſa, & contraria verbis Apoſtoli.*

DE CONTUMELIA. p. 86. n. 2. & 3. Quando contumelioſus non ſperatur ſe cohibiturus, ſed perſtiturus in contumeliâ ſemel dictâ, aut aliâs aggreſſurus, is qui eam patitur, poteſt licitè illi dicere: Mentiris, &c. Et ſanè difficilè videtur quòd hoc non liceat.

CENSURA. *Hæc propoſitio intellecta hoc ſenſu, quòd liceat dicere,* Mentiris, *per modum convicij, falſa eſt, & Scripturæ ſacræ contraria.*

DE HOMICIDIO. pag. 6. Licitum eſt deſiderare alteri mortem, & de illâ gaudere, non quatenùs illi mala; ſed quatenùs tibi bona: v. g. ut ei in bonis ſuccedas.

P. 7. nu. 2. A mortali excuſatur mater, quæ mortem filiabus exoptat, quia occaſione ipſarum malè ſecum agitur à marito, aut injuriis afficitur.

P. 87. n. 3. Eum qui imponit falſum teſtimo-

ſtimonium alicui, ut ſuam juſtitiam & honorem defendat, non peccare mortaliter: cur ergo peccabit ex eo quòd convicianti dicat: mentiris? & quidem ſi pro defenſione honoris licet alterum occidere, cur non & vocare mendacem?

P. 98. n. 2. Credo quòd per injuriam percuſſus poſſit ſtatim repercutere, etiamſi invaſor non deberet ultrà progredi, ſed ad vitandam ignominiam & dedecus: poſſet qui colaphum, exempli gratiâ, accepit, gladio ſtatim repercutere, non ad ſumendam vindictam, ſed ad vitandam infamiam.

P. 94. n. 1. Poteſt etiam interfici qui virum aliquem honoratum conviciis & maledictis afficit, nec poteſt aliter cogi ut taceat; talis enim eſt invaſor honoris.

num. 2. Reſpondeo eſſe cuipiam licitum prædictum injuriantem & detrahentem notabiliter famam alterius, clàm occidere, ſi nullâ aliâ viâ talis famæ læſionem evitare queat, in praxi tamen difficile eſt hoc modo defenſionis uti.

p. 102. n. 3. Neſcio ab alio, quàm à Baſilio Pontio improbabilem (dici opinionem aſſerentem patrem poſſe occidere filiam in adulterio deprehenſam, & maritum ſimiliter uxorem) me enim Judice, ſtando authoritati, eſt probabilis, & ſtando rationi,

quam

quam debuiſſet percallere Baſilius, certa & evidens.

CENSURA. *Hæ propoſitiones ſunt falſæ, ſcandaloſæ, & reſpectivè pietati, charitati, & juſtitiæ contrariæ; vindictæ, crudelitati, & avaritiæ viam aperientes.*

DE DUELLO p. 88. n. 3. Poſſentque pro illâ citari Doctores aſſerentes, honoris defendendi causâ, non ſolùm licere acceptare duellum abſque animo pugnandi, ſed etiam ad illud provocare.

p. 89. num. 5. Ad vitandam infamiam, quandò prudenter judicatur non ſupereſſe aliud remedium, niſi acceptatio, & in præfixum locum egreſſio, quamvis ſequatur congreſſio & ex iſtâ mors, vel vulneratio alicujus concertantium, licitè poteſt acceptari. Idem dici debet de oblatione.

CENSURA. *Hæc doctrina falſa eſt, ſcandaloſa, contraria juri divino & humano tam Eccleſiaſtico, quàm civili, imò & naturali.*

DE PROBABILITATE. p. 27. n 1. Ex authoritate unius tantum poſſe quem illam (nempe opinionem) in praxi amplecti, licet à principiis intrinſecis falſam & improbabilem exiſtimet.

p. 28. n. 3. En quot Doctores militent pro ſententiâ Tanneri cujus unius authoritas ſufficeret ad efficiendam probabilem.

Item, dicit idem, quod frater ſimplex, vel quilibet homo cum ſalute poteſt ſequi in conſiliis quamcunque opinionem voluerit; dummodò alicujus magni Doctoris opinionem ſequatur, ſic ille & merito. Nam unicum gravem Doctorem conſtituere opinionem extrinſecè probabilem, docent quatuor ſuper viginti Doctores.

p.27. prop. 1. Quamvis opinio ſit falſa, poteſt quilibet tutâ conſcientiâ illam practicè ſequi propter authoritatem docentis.

n. 1. Ubi cùm pluribus aliis exiſtimat, eum, qui judicat aliorum opinionem improbabilem à principiis intrinſecis, poſſe nihilominùs ab extrinſecis, propter authoritatem docentis, judicare probabilem & & juxtà illam operari: quæ doctrina ferè communis eſt inter Doctores.

p.28. n. 2. Imò quæ ſi el conſultante pide que le aconſeje conforme a la opinion mas favorable, peca en no hazerlo aſſi.

Imò ſi is qui ſibi conſuli vult, poſtulat, ut ſibi conſulatur ſecundùm opinionem omninùm faventiſſimam, peccatis qui conſulitur (licet ejuſmodi opinionem judicet improbabilem) ſi morem conſultantis cupiditati non gerit.

CENSURA. *Doctrina harum propoſitionum falſa eſt, temeraria, innumeris novitatibus*

tibus & corruptelis viam aperiens, & conſcientiæ regulas evertens.

p. 191. n. 4. Puto omnia eſſe hodie meliùs examinata, & hanc ob rem, in omni materiâ, & præcipuè morali, libentiùs juniores, quàm antiquiores lego & ſequor.

CENSURA. *Hæc propoſitio falſa eſt, temeraria, in moribus periculoſa, ſanctis Patribus & antiquis Doctoribus contumelioſa.*

DE CHARITATE. p. 66. nu. 3. Et illam amplectuntur non ignobiles Magiſtri, atque Doctores, quando defendunt præceptum charitatis per ſe tantum obligare in articulo mortis.

p. 68. nu. 8. Præceptum affirmativum amoris DEI & proximi, non eſſe ſpeciale, ſed generale; cui per aliorum præceptorum adimpletionem ſatisfit.

CENSURA. *Hæc doctrina falſa eſt, erronea, impia, & primo ac maximo legis Evangelicæ mandato contraria.*

DE CORRECTIONE FRATERNA. p. 74. nu. 6. Probatur multipliciter, quòd ille ordo procedendi Evangelicus neminem obliget, ut præceptum, ut communiter accipitur à Theologis, pro lege obligante ad mortale peccatum ejus trangreſſores.

Fruſtra excipiuntur tot caſus & conditiones ab illo præcepto Evangelico, quia non

non datur tale præceptum; cùm ſecundum naturale præceptum charitatis correctio fraterna debeat regulari, &c. tertio loco oſtendetur id, quod gravius eſt, præceptum illud pernicioſum fore, nedum inutile: præcepta verò Chriſti eſſe verè utilia teſtatur ipſe Dominus, Eſaïæ 48. *Ego Dominus docens utilia.*

CENSURA. *Doctrina his propoſitionibus contenta, falſa eſt & temeraria, Sanctis Patribus contraria, & quatenus dicit fore pernicioſum præceptum, ſi quod foret in Evangelio Matthæi, cap. 18. blaſphema.*

DE MISSA ET COMMUNIONE.

p. 127. n. 3. Dico trandentem ſtipendium taxatum (Sacerdoti Miſſam celebranti) retentâ ſibi parte minori, aut etiam majori, non peccare mortaliter, nec teneri ad reſtitutionem, &c. Quia nulli infertur damnum, neque injuria, ſed ſolùm fit contra ſimplicem prohibitionem, quod non poteſt eſſe niſi peccatum veniale.

CENSURA. *Hæc propoſitio, ut jacet, falſa eſt & ſcandaloſa, favet turpi lucro, avaritiæ & injuſtitiæ.*

p. 236. prop. 4. Non datur præceptum ſub lethali obligans ad recipiendam Euchariſtam in articulo mortis.

p. 237. num. 3. Addunt alij nullum dari præ-

præceptum divinum Communionis, ſed tantum Eccleſiaſticum, ac proinde, ſecluſo præcepto Eccleſiæ, non peccaturum, qui in totâ vitâ non communicaret.

CENSURA. *Doctrina harum propoſitionum falſa eſt, ſcandaloſa, & reſpectivè verbo DEi ſcripto & non ſcripto contraria.*

DE SIMONIA. p. 113. nu. 2. Non eſſe contra Juſtitiam beneficia Eccleſiaſtica non conferre gratis, quia collator conferens illa Beneficia Eccleſiaſtica, pecuniâ interveniente, non exigit illam pro collatione Beneficij, ſed veluti pro emolumento temporali, quod tibi conferre non tenebatur; tùm quia dùm excluſis aliis, te præfert conferendo tibi Beneficium, affectum ad te determinat, & ſe privat poteſtate alteri gratificandi; quod eſt magno pretio æſtimabile. Hæc ille, qui à fortiori tenetur idem dicere in noſtro caſu, cùm eadem prorsùs militet ratio.

p. 149. Non eſt ſimonia pacto expreſſo ſe obligare ad aliquid temporale pro ſpirituali ex gratitudine conferendum.

p. 150. n 2. Ex pacto velle non eſt vendere ſpiritualia; quia pactum non mutat materiam actuum.

p. 152. n. 6. Non eſt ſimonia donare aliquid temporale, vel antè vel poſt, ei qui exhi-

exhibet aliquid ſpirituale, etiam, cum intentione quod donatarius moveatur ad dandum ſpirituale, ex gratitudine. *Et inferiùs*, ſi quis mutuum daret non ut pretium Beneficij Eccleſiaſtici, ſed, ut hâc ratione provocet amicitiam collatoris, aut ut gratiam præſtet, quam non vult præſtare, niſi alter ſtatim gratifice turconferendo Beneficium, probabile eſt nec uſuram nec ſimoniam fore.

CENSURA. *Hæ propoſitiones falſæ ſunt, & ſimoniam contra jus divinum apertiſſimè approbantes, atque aliàs à Facultate damnatæ.*

p. 154. n. 5. Electores ad Majoratum, vel Cathedram poſſe pretium accipere, ut unum præ alio eligant, eo quòd ejusmodi prælatio, cùm huic determinatæ perſonæ non ſit debita, & aliunde ſit ei valdè utilis, pretio æſtimabilis eſt.

p. 155. pro. 3. Qui Electores pecuniâ corrumpit, ut eum in Generalem, Provincialem, Priorem, vel Guardianum eligant, nõ ſubjacet pœnis contra ſimoniacos latis.

CENSURA. *Hæ duæ propoſitiones, ut jacent, ſunt falſæ, temerariæ, juri Canonico contrariæ, & reſpectivè turpe lucrum ac ſimoniam in Eccleſiam invehentes.*

DE USURA. p. 158. prop. 1. Mutuanti licitum eſt aliquid ultra ſortem exige-

re, ra-

re, ratione periculi, cui in eâ recuperandâ exponitur.

p. eadem n. 1. Quamvis enim uſura ſit, ſi quis recipit aliquid ultra ſortem, ratione mutui; non eſt uſura, ſi recipit ratione periculi tantum, ut pretium periculi. *Et inferiùs.*

Nullus poteſt eſſe itâ ſecurus quin poſſit aliquod intervenire periculum, vel ſaltem aliqua difficultas, vel labor in re habendâ.

p. 160. n. 7. Licitum etiam eſſe mutuanti, aliquid ultra ſortem exigere, ſi ſe obliget ad non repetendam ſortem, uſque ad certum terminum.

p. 161. n. 10. Et ſi mutuans dicat, non mutuabo, niſi ultra ſortem loco intereſſe, aliquid certum ſolvas, quòd hoc non ſit de ſe illicitum, apparet ex dictis.

p. 163. prop. 2. Licitum eſt mercatori credito vendere merces pretio rigoroſo, v. g. 100. & ſtatim, numeratâ pecuniâ, eas emere 80. quod eſt pretium infimum.

p. 166. n. 6. Nec etiam ad rem facit, ſi quis vendat ex neceſſitate, vel non neceſſitate oppreſſus, quia neceſſitas non mutat rei pretium.

- n. 7. Poſſe aliquem emere rem viliùs ab illo qui vendit neceſſitate compulſus, quia ex mo-

ex modo vendendi minuitur pretium rei, & merces efficiuntur ultroneæ.

n. eódem Vileſcit res non ſolùm pro tertiâ, ſed etiam pro dimidiâ parte, quando quis illam vendere neceſſitate compellitur.

p. 166. n. 2. Si contractui ſocietatis ſuperaddantur contractus aſſecurationis capitalis, & venditionis lucri incerti pro lucro * certo ex vi horum licitum eſt exigere lucrum certum, ſalvâ ſorte.

*In textu Amadæi in certo, error typogra.

CENSURA. *Doctrina harum propoſitionum falſa eſt, ſcandaloſa, inducens ad uſuras committendas; variaſque aperit artes eas palliandi; juſtitiam, ac charitatem violandi, & à ſacrâ Facultate jam damnata.*

DE FURTO. p. 172. prop. 4. Licitum eſt Tabernarijs vinum aquâ miſcere; & agricolis triticum paleis, & communi pretio vendere, dummodò deteriora non reddantur eis, quæ communiter venduntur.

CENSURA. *Hæc propoſitio falſa eſt, bonæ fidei, & publicæ juſtitiæ contraria.*

p. 218. n. 3. Eum qui rem furtivam à latrone accepiſſet, ſciens eſſe furtivam, non teneri ad ejus, ſeu fructuum reſtitutionem, etiamſi illis factus ſit locupletior, dummodò fur non reddatur impotens ex

illâ

illâ donatione ad reſtituendum vero domino, & res ab illo accepta ſit unico uſu conſumptibilis, & materia mutui, qualis eſt pecunia, pannus, vinum, &c.

p. 109. n. 3. Utrum ille, qui pecuniam accepit mutuò, ut redimeret ſe à latronibus, teneatur reſtituere. Cujus prima ratio difficultandi, pro parte negativâ, eſt, Quia tempore neceſſitatis omnia ſunt communia, &c. Cùm ergo ille, qui in latrones incidit, fuerit in maximâ neceſſitate conſtitutus, utpotè in periculo mortis exiſtens, videtur quòd factum ſit ſibi commune aliquid, quod erat alterius, & ità non teneatur ei reſtituere, qui mutuavit, ac ſi eſſet proprium ejus, &c. Ergò cùm non poſſit per amicos à mortis periculo ab extrinſeco imminenti ſe liberare, fient ei omnia communia.

p. 282. n. 4. Non ſolùm in extremâ, ſed in gravi etiam neceſſitate licitum eſſe furari: v. g. quando eſt periculum amittendi honorem, & homini valdè inhoneſtum eſſet mendicare, dummodò aliter non poſſit ſibi ſuccurrere, & habeat animum reſtituendi cùm poſſit.

CENSURA. *Hæc doctrina falſa eſt, & temeraria, Reipublicæ perniciosa, furibus*

ac furiorum, conſciis favens, & abutitur author doctrinâ ſancti Thomæ.

DE JUDICIBUS. p. 113. prop. 11. Quandò litigantes pro ſe habent opiniones æquè probabiles, poteſt Judex pecuniam accipere pro ferendâ ſententiâ in favorem unius, præ alio.

n. 1. Quia non accipitur pretium pro ſententiâ, tanquam merces functionis, ſed quaſi compenſatio pro commodo alteri parti collato, & pro illâ electione, quæ eſt pretio æſtimabilis.

CENSURA. *Hæc doctrina falſa eſt, temeraria, ſcandaloſa, legum & æquitatis everſiva.*

DE MENDACIO. p. 111. n. 1. Falſare non eſt, nec peccatum mortale, amiſſæ ſcripturæ de hæreditate, aut nobilitate, aliam ſimilem efficere. Nulli enim fit injuria.

pag. 112. n. 3. Nota modò, quòd ſi quis privatam aliquam ſcripturam, aut ſyngrapham, aut apocham, quâ conſtaret ſe certæ quantitati pecuniæ mutuò acceptæ ſatisfeciſſe, falſificaret; quia aliam legitimam à conditore confectam amiſiſſet; nec alio modo probare poſſet ſolutionem, non damnarem peccati mortalis, quia falſificationes

tiones hæ, privatarum videlicet ſcripturarum, non ſunt ità reipub. pernicioſæ.

CENSURA. *Hæc doctrina falſa eſt, ſcandaloſa, & Reipublicæ pernicioſa.*

DE HORIS CANONICIS. p. 117. n. 6. Eum, qui non poteſt ſolus recitare, non teneri admittere ſocium, etiam ultrò ſe offerentem. Quia recitare cum ſocio eſt favor unicuique conceſſus, & nemo tenetur uti favoribus invitus.

CENSURA. *Hæc propoſitio falſa eſt, & in contemptum officij Eccleſiaſtici temerè, & ineptè excogitata, atque à debitâ ejuſdem recitatione abducens.*

DE JUSTIS TRIBUTIS. p. 34. prop. 2. Subditi poſſunt juſta tributa non ſolvere.

CENSURA. *Hæc propoſitio falſa eſt, verbo DEi contraria, & ſeditioſa.*

DE JEJUNIO. p. 133. prop. 1. Qui habent privilegium edendi ova, & lacticinia in Quadrageſimâ, poſſunt edere lardum & ſagimen.

p. 134. n. 3. Pueri non obligantur uſque ad duodecimum annum (abſtinere à carnibus & ovis, tempore Quadrageſimali) quando aliis tenentur Eccleſiæ legibus.

p. 135. nu. 2. Materia collationis olim ſoli fructus erant, nunc autem ſumat qui-

libet quod vult: nihil refert, dummodò parvitas apud pios recepta non excedatur.

p.136.n.3. Deducitur ſecundò ſine violatione jejunii, ſervatâ debitâ quantitate, ſumi poſſe ova, lacticinia, &c. in veſpertinâ refectiunculâ, quandò licitè comeduntur in die jejunii (*Et inferiùs.*) Poſſunt & nimium ſtudentes, & capite debiles, qui malè cœnati non dormiunt, aliquantulò in hoc largiores eſſe, quibus uſque ad paris ovorum eſum concedebat, neque nobis videtur in hoc largus, cùm ſciamus jejunium cùm illis omnibus ſervari poſſe, quæ ejus eſſentiæ neque ſaluti repugnent.

p.142. prop.6. Si quis voluntate abſolutâ, vellet in die jejunii ſæpiùs comedere, ſemper tamen parum cibi ſumendo, peccaret mortaliter, ſecùs ſi voluntate conditionatâ, in quâ conditione interveniret, quòd omnes ſumptiones eſſent veniales.

CENSURA. *Doctrina harum propoſitionum falſa eſt, ſcandaloſa. & leges Eccleſiæ de jejunio infringens.*

DE POENITENTIA. p.210. prop. 15. Prælatus qui ex Confeſſione Sacramentali ſubditi peccata cognoſcit; poteſt, hujus notitiæ virtute, ab officio ad nutum tum amovibili eum amovere.

p.212.

p.212.n.8. Si pœnitens abſque neceſſitate manifeſtavit in confeſſione complicem ſui peccati, non tenetur Confeſſor complicis peccatum occultare ſub ſigillo Confeſſionis; & ſic pro bono communi eſt manifeſtandum; ſicut & alia ſecreta naturalia, dùm tamen non explicetur pœnitens.

CENSURA. *Prima harum propoſitionum abſolutè, & ſecunda, ut jacet; falſæ ſunt, ſcandaloſæ, contrariæ ſigillo Confeſſionis, & à Sacramento Pœnitentiæ avertunt.*

p. 203. prop. 10. Defloratio virginis ſpontè conſentientis, etiam ſub patriâ poteſtate, malitiam tantùm ſimplicis fornicationis continet, & per conſequens circumſtantiam virginitatis in Confeſſione explicare non eſt neceſſe.

CENSURA. *Hæc propoſitio falſa eſt, & favet raptoribus, Patriæ poteſtati injurioſa, & contraria integritati Confeſſionis.*

p 208. prop. 13. Qui habuit copulam cum ſolutâ, ſatisfacit confeſſionis præcepto, dicens: (commiſi cum ſolutâ grave peccatum contrà caſtitatem) non explicando copulam.

CENSURA. *Hæc propoſitio falſa eſt, & erronea, Conciliis & Traditioni contraria.*

p.216. n.4. Si ipſe Confeſſarius petat

quantitatem (furti) ipſum poſſe dicere, non teneor ad hoc confitendum.

CENSURA. *Hæc propoſitio falſa eſt, ſinceritati & humilitati Confeſſionis, fini Sacramenti adverſa, atque authoritati Sacerdotis detrahens.*

p. 225. num. 21. Non poſſe abſolvi qui nullum ſignum dederit, quo videatur actualiter petere Confeſſionem. Sentis quidem probabiliſſimè. Tibi enim viri doctiſſimi conſentiunt. Et tamen te peccaturum eſſe mortaliter, ſi non mutes dictamen, aſſero, cùm moribundo omnibus ſenſibus deſtituto, qui nullo ſigno externo Confeſſionem petiit, non occurris.

p. 224. n. 13. Quod ſi fortè ità actualiter peccando, ſubitò deſtituatur ſenſibus, ut non poſſit humanitùs loquendo atteri; reſpondeo tunc non eſſe præſumendum attritum, atque adeò nec abſolvendum docent, communiter: ſed ego ſub prædictâ conditione vix illum regulariter ſine abſolutione dimitterem; quia rariſſimè evenit, ut tàm citò ſenſibus quis, dùm actu peccat, deſtituatur; ita ut vicinus morti non velit ſuæ ſaluti conſulere per aliquam attritionem. Sic ille: & ego, cùm è ſuggeſtu tractàtum de Pœnitentiâ diſcipulis dictavi anno 1645. &c.

p. 226. num. 23. Militant etiam pro hâc ſententiâ Doctores alij, aſſerentes agoniam Catholici eſſe probabile ſignum, tum contritionis, tùm voluntatis confitendi. nam ità frequenter contingit inter Catholicos.

CENSURA. *Doctrina his tribus propoſitionibus contenta, falſa eſt, temeraria, ſcandaloſa, & Sacramento Pœnitentiæ injurioſa.*

p. 221. n. 1. Talis infirmus, qui amiſit loquelam vel uſum rationis, ſi bene vivebat, ut bonus & fidelis, & frequentabat Confeſſionem, quamvis non petierit Sacramenta, quia ex inſperato talia acciderunt, debet præſupponi contritus, & faciente aliquo Confeſſionem generalem pro eo, ſicut fit in populo, Sacerdos faciat abſolutionem ab omni ſententiâ & peccato.

CENSURA. *Doctrina hujus propoſitionis univerſim & abſolutè ſumpta, eſt in praxi periculoſa.*

p. 233. n. 5. Hanc opinionem benignam fateor, ſed neſcio, an benignior ea, quæ non ſolùm dubitanti, ſed certiſſimè etiam ſibi conſcio de culpâ lethali, concedit licitum eſſe, omiſsâ Confeſſione, Euchariſtiam ſumere, etiam præſente idoneo Confeſſario, ſi ſperatur idoneïor, cui devotiùs, & ſecurius confiteatur.

 CEN-

CENSURA. *Hæc propoſitio falſa eſt, & contraria Concilio Tridentino.*

p. 277. nu. 17. Imò addunt alii, non ſolùm eum, qui bonâ fide putat ſe habere dolorem, cùm revera non habeat, ſed etiam qui ſcienter abſque ullo prorsùs dolore accedit, judicans, bonâ fide non eſſe neceſſarium, confeſſionem validam & non iterandam efficere. *Et paulò inferiùs.* Et ſecundum aliquos, licet cognoſcat ſe peccare lethaliter, accedendo ſcienter ſine dolore ſufficienti, dùm de tali defectu doloris ſimul cum aliis peccatis ſe accuſet. *Et inferiùs.* Quod de accedente etiam abſq; ullo prorſus dolore tenet.

p. 277. n. 18. Sacramentum in non ponente obicem, ſuum ſemper habet effectum. Et ſaltem illum qui confitetur cum aliquâ diſplicentiâ & dolore, ſed tamen ſcienter ſine propoſito vitandi lethalia, efficere Confeſſionem validam & non iterandam.

p. 278. n. 19. Ex his inquam, doctrinis, poteſt argui. Contritio eſt materia proxima pœnitentiæ; peccata verò materia remota; ſed Confeſſio valida eſt deficiente reverà contritione: ergò & deficientibus peccatis: potuit ergò beatiſſima Virgo, licèt nec contritionem habuerit, nec ullum

lum vel leviſſimum peccatum commiſerit, D. Joanni confiteri.

CENSURA *Doctrina hæc prout ab authore intenditur & infertur, falſa eſt, temeraria, erronea, & contraria Conciliis & Traditioni, ac Sacramentum Pœnitentiæ prorsus evacuans.*

p.216.nu.3. Poſt Concilium Tridentinum poteſt Parochus Sacerdotem ſimplicem, non approbatum ab ordinario, exponere ad audiendas ſuorum Parochianorum Confeſſiones.

CENSURA. *Hæc propoſitio falſa eſt, & contraria Concilio Tridentino.*

DE SUMMO PONTIFICE. pag. 177. n.4. Ideò etiam ad fidem pertinet inhærere determinationi Summi Pontificis in his quæ ſunt fidei, etiam in his quæ ſpectant ad bonos mores, quia in hujuſmodi etiam Eccleſia errare non poteſt, & conſequenter nec caput ejus, &c.

p.50.n.2. De fide eſſe, non poſſe Pontificem errare, &c. Ita ut approbet tanquam conſentaneum Evangelicæ perfectioni, quod conſentaneum non ſit. *Et inferius*, p. 61. n. eod. Tam certa eſt concluſio, ut oppoſitum non dubitem eſſe hæreticum.

CENSURA. *Doctrina his propoſitionibus contenta & illata, falſa eſt & temeraria, Gallicanæ Eccleſiæ libertatibus contraria, Uni-*

verſitatibus, Theologicis Facultatibus, ac orthodoxis Doctoribus contumelioſa.

DE CENSURIS. p.283. prop.5. Qui Clericum occidit veneno in cibo vel in potu, non incurrit excommunicationem.

p.284. n.1. Item, excommunicatio Canonis poſita occidenti Clericum, aïunt quidam, non incurritur, illum veneno occidendo niſi per vim illum interficeret, probant ex eo, quòd lex dicat: *Si quis manus violentas, &c.* Sed non occidit, niſi per vim cogat venenum ſumere: ergò.

n.2. Si verò excommunicatio lata eſſet contra committentes homicidium, & quis, alteri propinato veneno, ante ejus mortem reſipiſceret, non incurrere excommunicationem.

CENSURA. *Hæc doctrina falſa eſt, temeraria, Canonibus, & Cenſuris Eccleſiæ illudens.*

DE VOTO. p.244. prop.2. Religioſus profeſſus, qui judicio ſibi probabili, crederet ſibi factam à Deo revelationem de diſpenſatione ad contrahendum matrimonium, poſſet licitè contrahere.

CENSURA. *Hæc propoſitio falſa eſt, votorum & disciplinæ regularis deſtructiva, ſacrilegiis & apoſtaſiæ viam aperiens.*

DE IMPURITATE. p.25. prop.12

Fr-

Furtum triginta regalium, majus peccatum eſt, quàm ſodomia.

CENSURA. *Hæc propoſitio falſa eſt, & pijs ac caſtis auribus horrorem injiciens.*

p. 91. n. 4. Licet locare domos meretricibus, non intentione, ut peccent, ſed ut ibi inhabitent.

Poſſe ſervos deferre litteras, quibus vocantur ad peccandum, & eos verbis à ſuâ dominâ prolatis vocare; dum tamen neque eos ad malum incitent, ſed ſolùm ſimpliciter proponant verba dominæ ſuæ *Et paulò poſt.*

Si ergò hæc licent, quare non & apponere pecuniam in loco patenti, & uxori conſulere, ut conſanguineam viſitet? nam etſi conjuncta ſint peccato, tamen ſecundum ſe & ſuapte naturâ non ſunt peccata, & conſequenter, propter bonum finem ſejungi poterunt à peccato.

CENSURA. *Hæc doctrina falſa eſt, & ſcandaloſa, pernicioſa Reipublicæ, novis & futilibus inventis ad turpia inducens.*

Pag. 8. prop. 4. Pollutio. pag. 11. prop. 6. Inter ſponſos. p. 13. prop. 7. Sentienti. pag. 14. prop. 8. A ſanguine. pag. 204. n. 3. Quare. pag. 251. prop. 5. In conjugatis. pag. 252. prop. 6. Conjugati. pag. 253. prop. 7. Conjugatus. pag. 257. prop. 8. Si conjugatus

gatus. pag. 259. n. 4. Addunt. pag. 260. n. 5. Si ergò. pag. 261. prop. 10. Si conjugatus. ibid. n. 2. Addit. pag. 262. nu. 4. Dicit. pag. 264. n. 3. Videatur. pag. 266. nu. 2. De adſtricto.

CENSURA. *Hæ propoſitiones (quas Sacra Facultas verbis tantum initialibus deſignandas de induſtriâ judicavit, ut modeſtiæ & pudori caſtarum aurium ac mentium conſuleret) ſunt turpes, ſcandaloſæ, propudioſæ, nefandæ, piarum aurium offenſivæ, atque ab Eccleſiâ & ab omni hominum memoriâ prorsùs abolendæ.*

DEclarat autem Sacra Facultas, etſi plura ex prædicto libello ſelegerit damnaveritque, multa nihilominus ſupereſſe, quæ quia aut veritati, morum integritati, caſtitati, ac publicæ honeſtati adverſantur, ſic & juſtâ poſſent ſigillatim cenſuræ notâ configi; à quâ tamen hujus auctoris ſordibus attonita abſtinuit; [a] *Ad quas Theologos non decet inaniter eſſe curioſos*, [b] qui *nec propter libidinis malum nuptias condemnare; nec propter nuptiarum bonum libidinem laudare debent*. Quamobrem non intendit Sacra Facultas ea probare, quæ velut intacta reliquit: quininimò totum hoc putidum opuſculum damnat, ac reprobat, dignumque judicat quòd æternæ oblivionis ſilentio ſepeliatur. Sanxit etiam Facultas diem dicen-

a S. Auguſt. l. 2. de nupt. & concub. c. 13

b Et l. 1. cap. 7.

dicendum eſſe Doctoribus, qui ejuſdem libelli approbationi ſubſcripſerunt, uti coram eadem Facultate compareant ad primam diem menſis Martij proximi, rationẽ reddituri dictæ approbationis. Ac ſi comparere neglexerint, dicto die elapſo, ex hoc ipſo atque impræſentiarum donec præſenti mandato iiſdem ſignificando ſatisfecerint, omnibus Facultatis juribus privat ac privatos declarat, eandemque Cenſuram in Comitiis generalibus relectam & confirmatam quam primùm prelo committi atq; evulgari juſſit.. Datum in Sorbonâ die tertiâ menſis Februarii 1665.

De mandato D D. Decani & Magiſtrorum dictæ Facultatis Sacræ Theologiæ Pariſienſis.

Ph. Bouvot Major Apparitor,

Permiſſion de Monſieur le Lieutenant Civil.

IL eſt permis à Guillaume Deſprez Marchand Libraire, d'imprimer, ou faire imprimer par tel Imprimeur, qu'il voudra choiſir, la Cenſure faite de Theologie de Paris, d'un Livre intitulé, *Amadæi Guimeny Lomarenſis, &c.* Avec defenſes à tous autres d'imprimer ladite Cenſure à peine de trois cens livres

livres d'amende. Fait à Paris le dernier Janvier, 1665. Signé DAUBRAY.
Pariſiis, apud GUILLELMUM DESPREZ, viâ Jacobeâ, ſub ſigno D. Proſperi. 1665.

Hactenus *Facultas Pariſienſis* contra recentiſſimum Theologi Lomarenſis Scripta caſuiſticum. *Illa* prohibet, quod hic permittit. Ubi ergo Confeſſionis certitudo?

Quemadmodum autem univerſa Theologia Scholaſtica & in nimis horrendam tranſiit carnificinam, & profundam ζητήσεων ἀπεράντων καὶ ἀνεπαισχύντων voraginem; ita, quæ, partem ejus conſtituit non poſtremam, de Indulgentiis materia, liber ferè clauſus eſt, quem legere nemo poteſt. Et cùm in aliis Theologia Scholaſtica & Caſuiſtica ſoleat ἀμφοτερίζειν, in his tamen quæſtionibus ubique ἐποχὴ Pyrrhonica triumphat, ut de eodem objecto tot ferè occurrant ſententiæ, quot Doctores. Unius iterum potiſſimùm heic ſtabimus exemplo. *Antoninus Diana*, Panormitanus, clericus regularis, & S. officii regni Siciliæ Conſultor in reſolutionibus moralibus jam vigeſies & ſemel, & ultimo quidem, quod ſciam, Venetiis a. Ch. 1654. impreſſis, P. I. Tract. XI. de Bulla Cruciatæ, & T. II. Tractat 12. de Indulgentiis & Jubilæo fidē abundè facit. Ex *poſteriori*, qui propiùs huc pertinet, de reliquis judicare licebit. Quæras,

1. An ſi quis intra tempus à Iubilæo præſcriptum confiteatur, & ante conſecutionem Indulgentiæ incidat in aliud peccatum, teneatur iterum confiteri? V. g. præſcribitur Confeſſio intra hebdomadam, & confeſſus eſt quis die Veneris; ſed ante abſolutum ſabbathum, in quo obtinetur Indulgentia, peccat lethaliter? *Suarezius*, *Villalobos*, *Fillucius*, & *Sanctarellus*; talem ad repetitionem confeſſionis damnant: *Granadus* verò, & *Johannes Præpoſitus* illud negant, *quia tenor Indulgentiarum Confeſſionem præſcribit abſque circumſtantiis temporis.* Quid poſt tot conflictus Diana? *Videtur* inquit, dicendum, *eum, qui ad effectum Indulgentiarum legitimè eſt confeſſus, ſi poſtea peccet, poſſe per contritionem diſponi ad Indulgentias promerendas.* Utri jam habenda fides?

2. An per Bullam Cruciatæ quis lucretur in diebus ſignatis, qui vocantur ſtationes, omnes Indulgentias plenarias urbis Romanæ, id eſt, utrum Papa verum dicat, & tantum valeant Indulgentiæ, quantum ſonant? Corduba, Henriquez, Ludovicus de la Cruz, Navarrus, Leo, Jacobus Granadus, ex ſtylo Curiæ Romanæ & regulæ Cancellariæ negativam defendunt; *Villalobos* verò & *Trullenc* ſententiam illam exiſtimant eſſe falſam; *quòd Summaria Indulgentiarum in Hiſpania aliud promittant, ubi ſingulis ſtationibus plenaria promittitur remiſſio; & nefas ſit credere*

Bullæ

portione vel Geometrica, vel arithmetica, pœnas æternas, peccatis debitas, in temporales mutare, & has, æquivalenter pro arbitrio in Charitatis aut ἐθελοθρησκείας opera convertere.

4. *An ad lucrandas Indulgentias debeat opus injunctum fieri bene moraliter, ita ut ſit in ſe honeſtum & moraliter bonum?* Quatuor hic videas diſſentientium claſſes. *Alij*, opus injunctum neceſſariò requiri volunt, ut bene moraliter efficiatur, adeò ut ne quidem venialiter liceat in eo peccare: Excidere proinde gratiâ Indulgentiarum, qui ex vana gloria viſitet templa &c. Ita *Adrian. Navarr. Sylvius*. *Alij* negant hanc neceſſitatem, rati, ſufficere, ut aliquid ſit honeſtum ex genere ſuo, etſi non quo ad omnes ſuas circumſtantias. Ita *Granad. Suarez. Henriq. Filliuc. à Cruz*. *Alij*, mortale peccatum cum Indulgentiis ſubſiſtere poſſe negant; nihil tamen impedire, quominus in impletione operum pro obtinendis Indulgentiis injunctorum peccari poſſit venialiter. Ita *Faber* & alij. *Alij*; *Bellarminus*, *Layman*, *Nugnus*; aſſerunt, quòd ſi illud opus pium, injunctum ſit ad placandum Deum, vel illi ſatisfaciendum, non ſufficere ad Indulgentiam, quia ejuſmodi opus nec ſatisfaciat, nec placet; ſi verò ob alium finem requiratur v. g.

ad ſubveniendum pauperi tunc ſufficit ad Indulgentiam, quia illud vitium non obſtat fini intento. Sed metuit *Diana*, hanc ſententiam meritis derogare cæteris: Excipit ergo: *Licèt opera illa vitientur malo aliquo fine, retinere tamen aliunde aliquam bonitatem, ratione cujus DEo placere poſſint, & interdum illi ſatisfacere. Proinde, ut ſuâ tandem concludat ſententiâ, putat circa præſentem quæſtionem, non eſſe veriſimile plus requiri à Pontifice, cùm injungit hæc opera pia ad lucrandas Indulgentias, quàm quod Eccleſia requirit ad implenda præcepta divina & humana; ſed mediis operibus, quæ aliquo culpæ vitio inficiuntur, impleri (NB) præcepta divina & humana: Ergo & diſponi homines ad Indulgentiam.* Quid hîc iterum ad conciliandas ſententias adeò diverſas conſilij? Nonnulli pulvillos ſocordiæ & contemtui injunctæ pœnitentiæ ſubſternentes, fibulam planè laxant; parùm referre exiſtimantes, utrũ ex fide fiant & puro corde, quibus DEus placandus eſſet, pænitentiæ opera, necne. Alij negant, eam in obſervantia Legum divinarum requiri ἀκρίβειαν, quam Legiſlator imperavit *Deut.* 27. & ex eo repetiit ille Apoſtolus, qui ne in ἀκριβεστάτῃ φαρισαίων αἱρέσει, ubi tutò poneret pedem, invenit. Apertiſſima Legiſlatoris verba ſunt. *Maledictus ſit, quisquis non*

non omnia Legis verba obſervaverit; hic verò divina impleri præcepta aſſerere audet, *quæ culpæ vitio ſunt infecta.*

5. *An habitualis intentio ad lucrandas Indulgentias ſufficiat?* Id eſt, *an ſatis ſit ad lucrandam Indulgentiam opera iniuncta præſtare, etiamſi quis ignoret Indulgentiam, facientibus opera illa, conceſſam:* Et negant quidem alii, *Leo, Vega, Corduba*; quod talis non videatur Papæ intentio. Cæteri, *Portel, Sanctarellus, Layman, Salas, Diana, Villalobos*, affirmantes exiſtimant, *Pontificem in lucrante Indulgentiam, actualem exigere intentionem, quia nec natura Indulgentiæ id neceſſariò poſtulet, nec verba conceſſionis id ſignificent, cùm ſolùm dicatur, Indulgentiam v. g. plenariam conſequendam fore à fidelibus, qui tali die Eccleſiam piè viſitaverint: Id totum autem fit, etſi quis actualem intentionem non habeat Indulgentias lucrandi.* Hæc verò quæſtio cur tam diu ſub judice manet? Nempe utraque ſententia magnis laborat difficultatibus. Si intentio habitualis ſufficit, nihil opus erit pecuniam, ad acquirenda diplomata, periclitari; Si non ſufficit, bonis operibus virtus merendi detrahitur, niſi modum & menſuram meriti Româ illa accerſat; quod valde in ea tempora eſt injurium, quibus hæc mercatura nondum fuit nota.

6. An lucretur Indulgentiam, ſi quis v. g. viſitaret Eccleſias principaliter ob recreationem, vel Romam pergeret in anno Sancto, principaliter propter curioſitatem videndi illam, vel ad conſequendum aliquod beneficium, vel ieiunaret ex cauſa non expendendi in emendis cibis, ita quòd huiuſmodi fine non exiſtente, non viſitaret Eccleſias, nec Romam iret, nec ieiunaret, licet dum hæc faciat, habeat etiam intentionem lucrandi Indulgentiam? Affirmare theſin, quid aliud eſt quàm lucem juxta tenebras, vanitatē juxta veritatem collocare? Non audet propterea *Rodriquez*, *Vega*, qui negativam mordicus tenent. Negare, quid fuerit, quàm plerorumque Romipetarum operam reddere irritam? Quam invidiam neque *Jacobus Granadus*, neque *Corduba*, *Suarezius*, aut *Diana* ſuſtinere voluerunt: Negant proinde requiri, ut opera pia injuncta potiſſimùm propter conſequendam efficiantur *Indulgentiam*; *ſed ſatis eſſe, propter eum finem executioni mandari, licet alius finis æquè intendatur, aut magis principaliter.* Nempe viſum eſt de una fidelia duos dealbare parietes; & quibus non placuit pietatis, curioſitatis ſaltem prætextu, non ſine fructu, Apoſtolorum ſalutare liceat limina.

7. An Indulgentiæ certò & infallibiliter proſint defunctis? Mirè ſe hic torquent! Nullum uſum habere, vix audent aſſerere, qui aliud in formulis abſolutionis vident expreſſum. Cer-

Certò & infallibiliter juvare, obſtat praxis Eccleſiaſtica, quæ pro iis etiam defunctis ſacrificia & orationes imperat, quibus Indulgentiæ ſunt applicatæ. Hinc *Bonaventura, Richardus, Cajetanus, Corduba, Canus, Sotus, Henriquez, Layman,* aſſerunt, Indulgentiam pro defunctis tantum prodeſſe per modum ſuffragij, & impetrationis, ſecundum liberalé DEI acceptantis voluntatem. Sed hanc ſententiam *Valentia incautam* appellat, & nullo modo audiendam: *Bellarminus rationabilem*: Affirmativam verò magis *piam*: Diana *probabiliorem*; unde & communior. Probârunt eam *Acoſta, Faber, Granadus, Ledeſma, Suarez, Sotus, Valentia, Coninck, Tannerus, Trullenck, Diana,* & alii, ille cumprimis, quem ſupra p. 306. audivimus hanc prolixè φυλάσσειν ὑπόθεσιν. *Cajetanus* momentum meriti & valoris à dignitate perſonæ accerſivit. Docuit, *Indulgentias non omnibus animabus exiſtentibus in Purgatorio valere, ſed illis tantùm, quæ ut ſibi prodeſſent meruerunt in vita per pietatem, & curam ergo mortuos.* En Samſonis vulpes averſis & diſtractis faciebus agrum Eccleſiæ depaſcentes! Si proſunt animabus in Purgatorio Romano detentis Indulgentiæ, ut quid illud adeò apertè negatur? Si non proſunt, cur jactant? Si omnibus ferè Thomiſtis,

(quibus tamen contradicunt *Suarez*, *Henriquez*, *Coninck*, *Layman*, *Bellarminus*, *Granadus*, *Præpoſitus*, *Tannerus*, *Cajetanus*, *Filliucius*, &c. qui valorem, Indulgentiarum cauſæ juſtæ alligant; habenda fides, quælibet ſufficiet cauſa. *Tertius* intervenit *Diana*, cui opinio ſecunda, velut communior, probabilior videtur; ſed & prima probabilis: *Quamcunque cauſam vult, quæ in utilitatem Eccleſiæ, & honorem DEi vergat, ſufficientem eſſe, Indulgentias proinde ſimpliciter tantum valere, quantum prædicantur, dummodo ex parte dantis ſit authoritas, & ex parte recipientis charitas, & ex parte cauſæ pietas.* Quis hic iterum ſe interponet Palæmonem, ut emtori nullus ſuperſit ſcrupulus? Si quælibet ſufficit cauſa, abjectus nummus, quodvis religionis exercitium & peccandi feneſtra aperitur, ceu ſuprà Pontificiorum verbis aſſeruimus, & pretioſiſſimum Chriſti meritum exiguo proſtituitur ἀντιδώρῳ. Si proportio requiratur, & pleræque Indulgentiæ, ex communi Doctorum querela, erunt irritæ, & aliquid quod φθαρτὸν eſt, τιμίῳ αἵματι Χριστοῦ æquatur, quod abſurdum eſt.

8. *An, quando in Bulla Iubilæi vel Indulgentiæ præſcribitur ſimpliciter & indeterminatè Eleemoſyna, facienda ſit ſecundum qualitatem perſonæ? Affirmant*

Affirmant *Navarr. Corduba*, *Lavorius*, *Reginald.* Cæteri negant, *Fauſtus*, *Sanctarellus*, *Suarez*, *Filliucius*, *Rodriquez*, *Diana*, qui aſſerunt, *quamlibet parvam eleemoſynam, etiam unius oboli, ſufficere ad lucrandum jubilæum, dum non eſt determinata quantitas; quandoquidem conditio eleemoſynæ indefinitè propoſita, per quamlibet eleemoſynam etiam minimam adimpletur.* Quæ hic iterum vel certitudo, vel juſtitiæ, cui in contractibus locus eſſe debet, ratio? Si quælibet ſufficit eleemoſyna, unius etiam oboli, ubi proportio? Ubi toties flagitata profuſarum Indulgentiarum reformatio & reſtrictio? Si qualitatis habenda ratio, Simoniaca eſt nundinatio, cum manifeſta προσωποληψία conjuncta, cadétque illud Jacobi; *Elegit DEus pauperes hujus mundi, ut divites eſſent fide*, Jacob. 2. 5.

9. *An Prælati, inferiores Epiſcopo, per conſuetudinem præſcriptam poſſint acquirere poteſtatem concedendi Indulgentias?* Negant *Sotus*, *Suarez*, alij, quia, cum talis poteſtas extendat ſe ad tollendas pœnas DEO debitas, non poſſit ea ſine voluntate ipſius DEI, aut ejus in terris vicarii alicui competere. Vel igitur ſummus Pontifex ſcit, & cautè approbat ejuſmodi conſuetudinem, vel neſcit: Si ſcit, jam non ex conſuetudine præciſè & vi pro-

pria; ſed potius ex tacito conſenſu Papæ juriſdictio, ſeu poteſtas Spiritualis acquiritur: Si verò Papa neſcit, actualiter conſentire non poteſt, abſque voluntate etiam non communicatur poteſtas. His non obſtantibus, *Doctores* contrarium communiter docent, qui poteſtatem diſpenſandi in votis & juramentis ab inferioribus Prælatis, per conſuetudinē, acquiri poſſe volunt, cùm tamen diſpenſatio iſta etiam ſolvat animas in foro Dei, ut proinde ſine voluntate Chriſti, aut ejus in terris vicarii nemini competere queat. Et annotat *Diana*, *Concilium generale non habere poteſtatem concedendi Indulgentias, neque alios Prælatos, Epiſcopis inferiores, etiam habentes juriſdictionem Epiſcopalem, neq; Capitulum, ſede olim vacante.* Sed hoc jam Augiæ ſtabulum everri à nobis non poteſt. Specimē ſolùm dedimus, ut ἐξ ὀνύχων τὸν λεόντα. Nec exiſtimandum, has unius tantùm Caſuiſtæ eſſe παραδιατριβὰς: omnium idem ſtylus, eadem ἐποχή. Quàm varius & ambiguus *Iacobus de Graffiis*; in Appe. aurear. decis. Lib. II. in examine definitionis Indulgentiarum c. 1. Cauſæ efficientis, quis poſſit concedere Indulgentias? c. 2. *Poteſtatis*; quanta ſit poteſtas Indulgentias concedendi apud eccleſiam? c. 3. *Vſu pro defunctis*; qualiter Indulgentiæ defunctos juvent? c. 4.

cap.4. *obiecto*; quibus Indulgentiæ proſint? c. 5. De requiſitis Indulgentiarum? c. 6. De earundem *valore*? c. 7. De duratione c. 8. quæ omnia tot ubique impedita ſunt perplexitatibus, ſcrupuliſque involuta, ut extricando ſe hactenus turpiter intricaverint, quotquot ſpinoſis hiſce quæſtionibus ſuam addixerunt operam.

XXVIII. *Stat ergo ſententia, & meritò (a) Majores tandem noſtros impiæ huic & obſcuræ de Indulgentiis doctrinæ ultimum dixiſſe vale, & hinc ab Eccleſia Romana ſegregandi cauſam (b) ſufficientem habuiſſe.*

a. Quid n. vel reprehendi hoc nomine in Reformatis poſſit? *An quòd reiecerunt monopoliū iſtud Indulgentiarum?* Rejectum fuit & antea. *An quòd impudentes illos Inſtitores ſua ſibi habere iuſſerunt?* Ne Roma quidem improbare potuit. *An quòd diligentiùs inveſtigata veritate deprehenderunt, thanc adulterinam eſſe clavem quæ portas regni cœlorum non reſeret?* Atqui hoc debebant, niſi periculum animarum adituri, facere. *An quòd veluti doctrinam* ἄγραφον, ἄλογον, ἀρπηγέννητον, ἀσύελκτον *in ſcenam produxerunt?* Atqui hoc verbis fecerunt Theologorū Romanorum: Nihil de ſuo ferè attulerunt, adverſariorum ubiq; ſuffragio & conſenſu muniti. Cujusque ergo conſcientiæ judicandum relinquimus, an qui tot abſurdi-

tatum lernam & ſentinam in hoc dogmate viderunt, eam deinceps probare, aut ratam habere potuiſſent?

b. Id quod ex pleniori eorum, quæ præmiſimus, demonſtratione ſatis abundè eſt manifeſtum. Summa huc redit: Indulgentias Chriſti merito, pleniſſimæque ſatisfactioni detrahere; pœnitentiam Evangelicam in Legalé iterum transferre; veram poteſtatis Eccleſiaſticæ clavem in adulterinam mutare, totámque adeò adminiſtrationem Legis & Evangelij turpiſſimo Phariſaismo, & Samaritica quadam κράσει permiſſere: quo aliud nihil obtinent Juſtitiarij, quàm quòd fidei fructum non aſſequuntur, operum verò meritis, infidelibus, Judæis & Muhammedanis, non accedentes, ultimo judicio & accuſandi ſint, & confundendi.

CAP. III.

CAP. III.

De Colloquiis, diſputationibus publicis, Synodis &c. Cauſis Reformationis conjunctis.

I. De Colloquiorum, & diſputationum neceſſitate, & varietate breviter; prolixiùs verò II. de numero & ordine Colloquiorum in ſubſidium Reformationis, ut plurimum, habitorum, cuiusmodi ſunt I. Lipſiacum. a. 1519. II. Tigurinum. 1525. in Ianuario. III. Tigurinum ſecundum, & tertiū, eodem anno. IV. Rheticum Ilantinum 1526. V. Badenſe in Helvetia. 1526. VI. Homburgenſe in Haſſia 1526. VII. Nordenſe in Friſia: 1527. VIII. Vpſalienſe in Suecia. 1527. IX. Bernenſe 1527. Vlmenſe 1531. XI. Genevenſe. 1534. XII. VVormatienſe, gradibus ſuis diſtinctum. 1540. XIII. Oxonienſe. 1549. inter Martyrem & Pontificios XIV. Cantabrigienſe 1550. inter Bucerum & Ioh. Iungum, Sedguicum & Perneum. XV. VVormatienſe alterum. 1559. XVI. VVeſtmonaſterienſe in Anglia, iuſſu Eliſabethæ. 1557. XVII. Poſſiacenum. 1561. à Carolo IX indictum. XVIII. Pariſienſe in ædibus Nivernianis, ex conſilio Ducis Monpenſerij habitum. XIX. Tiranenſe in Valle Telina, 1595. XX. Nannetenſe, inter Comeletum Ieſuitam, & Covetum Theologum Reformatum 1599. XXI. Fontisbellaquenſe inter Philippum Mornæum & Iacobum Perronum. XXII. Ratisbonenſe tertium inter Lutheranos & Pontificios 1601. XXIII. Antverpienſe 1608. inter Franciſcum Lansbergium, & P. Goudam Ieſuitam. XXIV. Thorunenſe, charitativum 1644. XXV. Rhenopetræum 1651. inter Theologos quosdam Lutheranos Gieſſenſes, & P. Valerianum Magnum, eiúsque ſocios in arce Rheinfelſa.

I. *Ita habent cauſæ impulſivæ, & Inſtrumentales ſingulares; ſequuntur conjunctæ, ſuntque Colloquia potiſſimùm & Diſputationes publicè à Reformatoribus, Magiſtratuum authoritate habita, ut ſi quid ſupereſſet ſcrupuli contradicentibus, eximi illud poſſet, ipsáque Reformatio, tot poſtea adverſariorum calumniis, quaſi furtivis ſuſcepta fuiſſet conſiliis, non pateret.*

II. *Colloquiorum breviter conſiderabimus tum neceſſitatem & eventum, tum etiam numerum & ordinem.*

III. Neceſſitatem *Colloquiorum, tempore Reformationis, tum ipſius negotij (a) gravitas, tum (b) adverſariorum indoles, tum (c) denique primitivæ Eccleſiæ exemplum, evincebat.*

a. Negotij gravitas; Ea n. quæ ipſam animarum concernebant ſalutem; publicam omnino lucem, & examen publicum requirebant. Veritas amat lucem, & latere nec vult nec poteſt. Rectè ergo, ne Lucifugæ Scripturarum, ut veteres hæreticos appellat *Tertullianus*, aut tenebriones viderentur magni Heröes, luci publicæ ſua expoſuerunt omnia, & cenſuræ eorum, quibus reſtitutio Evangelij fuit ἀληδὼν ἐν ὀφθαλμοῖς, ſi quid fortè haberent, quod rationibus vel evertere, vel infirmare poſſent. Sed &

b. Adverſariorum indoles publicas ejusmodi flagi-

flagitabat ζυζητήσεις. Traducebant ubique multidoctrinam, quaſi novus & infelix eſſet abortus: Doctorum vitam & mores ita maligni ſugillabant, ut vel hinc, niſi publicæ lucis acceſſiſſet δοκιμασία, Reformationi periculum fuiſſet extimeſcendum. Sed cùm probationis palæſtra in publicis illis patuiſſet colloquiis, piſcibus, ut plurimùm, magis erant muti, eíque αὐτοκατάκριτοι, qui ſpe omnia devorârant. Et qui ante conflictum cœlum ſe terræ mixturos minabantur, in ipſo poſtea congreſſu haſtam primi abjecerunt. Videatur diſputatio prima Tigurina, Bernenſis, Badenſis etiam, Lucernæ edita.

c. *Acceſſit exemplum primitivæ Eccleſiæ*, quæ graviori obortâ difficultate, ad Synodos ſtatim & colloquia provocavit. Ne ergo cauſæ ſuæ viderentur diffidere, pij noſtri Majores, ad eadem recurrendum exiſtimârunt ſubſidia. Cur verò Colloquiorum idem omnium eventus non fuerit, ratio in promtu eſt: Alia enim inſtituta fuerunt ad Veritatis liberum examen, alia ad ſervum reſtituendum Papiſmi jugum. Sæpius hæc conſilia fuere tentata, non ut Reformationi vel Apologeticum hinc exſpectaret ſubſidium, ſed ut adverſarij communi opprimerentur ſuffragio. De ipſo ſtatim primo Colloquio Lipſiæ inter Lutherum & Ecci-

um

um a. Ch. 1518. habito, ita Petrus Moſellanus Epiſtolâ ad Bilibaldum Pirkemerum: *Ejusmodi contentionibus tres penè hebdomades ſunt conſumptæ, certè (quantum mihi judicare licet) majore exſpectatione quàm fructu. Neque enim quidquam eſt decretum, nec ulla de re partes conſenſerunt. Res tota notariorum fide eſt excepta. Judices diſputatis ſunt delecti Erphurdienſes & Parrhiſienſes: Erphurdienſes, quantum privatim ex quorundam colloquio conjicere potui, gravatim tanti oneris ſarcinam in humeros ſuos recipient: Cùm ob alias cauſas, tum maximè quòd Eccius optimos quosque & doctiſſimos Theologici ordinis, ut ſibi ſuſpectos, à judicio ſubmovit. Hoc prajudicium vulgo jactatur: In primatu Pontificis aſſerendo Eccium ſe turpiter daturum. Ut ut eſt futurum, meâ nihil refert. Mihi hoc diſceptandi genus theatricum, nunquam viſum eſt manſuetiſſimâ doctrinâ Chriſti dignum. Nec adduci poſſum, ut credam: Spiritum ſanctum, pacis authorem, ad ejusmodi pugnas unquam ſeſe demittere. Chriſtiana Theologiæ veritas citiùs impetratur orando, quàm inveniatur diſceptando. Habes totam hanc diſceptationem, ex tempore à me & negligentiſſimè deſcriptam. Si qua reliqua ſunt, fama ad te pertulit. Sed vide ne fidas. Tam eſt ficti quàm veri tenax, & ſcis, ut πολλὰ τοῦ πολέμου κενά. Erfurti quinto nonas Auguſtas* Anno 1519. Sed hæc

hæc in ipſo Colloquiorum Catalogo evidentiùs.

IV. *Colloquiorum Religioſorum inter Reformatos inſtitutorum ordo & ſeries talis eſt.*

A. 1519. *Lipſiacum, inter Lutherum & Eccium.* Extat Tom. I. op. *Luth.* compendiosè in Epiſtola Petri Moſellani ad Bilibaldum Pircheimerum, quam ex Mſc. Hiſtoriæ ſuæ inſeruit Scult. Annal. P.I. pag. 37. *Editum eſt nobis; inquit, hiſce diebus Lipſiæ rarum omnino & jucundum ſpectaculum.* Nempe Theologorum inſignium diſputatorius congreſſus, de quo non dubito quin plura ſcire geſtias. Sed graviſſimi morbi, qui me totos quatuordecim dies decumbere coëgit, reliquiæ, non ſinunt rem accuratiùs perſcribi: Tum itineris moleſtiæ, quod ex rei familiaris negotiis ad Treviros inſtitui, multum quoque alacritatis adimunt. Itaque capita rerum paucis tibi ſignabo. 18. Junij, qui dies condictus erat, Illuſtriſſimi Principis mei Georgij juſſu & ſumptu, magnificum ſacrum mane, omnis generis muſicâ, in honorem S. Spiritûs coeptum: Quo peracto, Doctores peregrini, qui diſputaturi erant, honeſtiſſimâ totius Scholæ noſtræ pompâ in arcem deducebantur. Ibi enim ſpatioſiſſimus locus in auditorium erat, auleis ac tapetis, pulpitis, ſuggeſtisque inſtructis

ſtructus. Hunc locum armatorum civium manus ita obſedit, ut non cuivis gregario (confluxit enim ad illud ſpectaculum magna vis homnium, doctorum pariter & indoctorum) aditus pateret. Huc ubi ingreſſum eſt & conſenſum: ipſe, conſcenſo ſuggeſtu, Illuſtriſſimi Principis mei nomine diſputatores commonui ſui officij, longa oratione diſſerens de diſputandi ratione, præſertim in re Theologica. Quam partem liberiùs fortaſſe tractavi, quam, ut omniū auribus grata fuerit. Princeps ipſe, lectam Orationem, antequam pronunciaretur, vehementer probavit. Hoc unum mirabatur: eſſe tam ſtultos Theologos, imò malos, ut locum facerent ejusmodi reprehenſionibus. Eam Orationem, Principis juſſu editam, hic una mitto. Tu, ſi quando vacabit, lege & judica. Sed ad rem. Poſteaquam ipſe perorâram, tibicines pariter & liticines, tum cantores dulciſſimo concentu, canticum illud: Veni ſancte Spiritu, ter modulabantur quod ipſum ex meo conſilio Princeps demandarat. Hic finis apparatûs. Jam prandij tempus appetebat. Quare diſputationis ſerium initium in horam ſecundam dilatum eſt. Quod tempus ubi advenit; partes utrinque, pro more Theologico, ſimplicitatem

tem ſuam protellabantur. Martinus hoc adjecit: Se hoc gravatim ferre, quòd ex fratribus Prædicatoribus, qui eam tragœdiam primi exſuſcitâſſent, nemo diſputaturus adeſſet: Cùm tamen in ſingulis ſuis concionibus graviter Martinianos errores in invidiam vocâſſent. Commiſſi ſunt primùm Caroloſtadius & Eccius, par omnino diſſimile. Nam Caroloſtadius voce, vultu, geſtu, inceſsúque modeſtiam Theologicam præ ſe ferebat: Diſputabâtque non ad ingenij gloriam, aut victoriam, ſed veri rectique inquiſitionem; Quare nihil, niſi adhibitis libris aſſerebat, nihil item, ab adverſa parte adductum, admittebat, niſi ſententiam ſcriptoris ex præcedentibus & ſequentibus collegiſſet. Quâ diligentiâ doctis ſe vehementer commendavit: Indocti timorem & tarditatẽ interpretabantur. Eccius contrà, clamore, vultu militari ac truci, geſtu hiſtrionico penè, & inceſſu impetuoſo, feroculus quispiam apparebat. Omnia illa externa corporis ſigna animum parùm Theologicum declarabant. Dixiſſes Gorgiam quempiam diſputare, non Theologum. Adeò leviter & impudenter ſubinde ſe jactabat: magnam adeò jacturam nominis ſui apud nos fecit. Leviſſimè aſſerit quæ falſa ſunt: impudentiſſimè negat,

quæ pro certo vera, idque cum jactatione ſui, quò res ſit odioſior.

Res fuit Eccio cum Caroloſtadio de Libero Arbitrio: Omnéne bonum opus proficiſcatur è divina gratia, an verò non nihil etiam de ſuo conferat humani arbitrij actio? Priorem ſententiam Caroloſtadius, poſteriorē Eccius tuebatur. Tum illud jactatum: ſitne omnis Chriſtianorum vita pœnitentia? Unde fluit hominem in opere ſuo peccare. Contra quæ niſus eſt Eccius. Porrò Martinus negavit Romani Pontificis poteſtatem primariam jure divino, hoc eſt, ſacræ Scripturæ teſtimoniis poſſe comprobari. Imò ſacerdotem quemvis ex æquo (quod ad Pauli Theologiam attinet) Apoſtolis ſuccedere, habereque facultatem & culpæ & pœnæ remittendæ, ſi neceſſitas ita ferat. Hîc Eccius in adverſum multa decreta, multas Patrum authoritates congeſſit, cùm jure divino tantùm primatus Pontificis eſſet aſſerendus. Ventum tandem eſt ad ſacram ancoram, nempe illud Matth. 16. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. &c. Hic Martinus PETRAM ſolidam fidei confeſſionem interpretabatur, & totum corpus Eccleſiæ cum Origine, aut Chriſtum ipſum cum Auguſtino. Eccius cum recentioribus.

bus, hominem Petrum & ejus ſucceſſores. Eamque expoſitionem aliquot Bernhardi & Hieronymi verbulis decerptis firmavit. Quæ omnia Martinus mire eluſit per hoc; quòd toties Eccleſia redderetur ἀκέφαλος, quoties Epiſcopus Romanus aliquis moreretur. Nam eo tempore, quo nec dum ſurrogatus ſit in ſedem alius Pontifex, dubio procul ἀκέφαλον reddi Eccleſiam. Nam quod de Cardinalium cœtu, qui interim agat Pontificem, reſpondeatur, duplici de cauſſà frivolum eſſe. Primùm, quia Cardinales haud ita multa ante ſecula eſſe cœperint, qui tamen multa capita faciant, non unum. Deinde, quòd quæ jure divino ſtatuantur, nullius hominis morte, imò ne cœlorum ruinâ interpellari poſſint. Jactatæ item in diſputationis aleam indulgentiæ, ſed magis pro ludo, quàm re ſeria. De purgatorio item diſceptatum: non quòd non eſſet, ſed quòd erga Deum afficerentur animæ in illo ſupplicio detentæ. Videatur & *Hornbeek*. ſumm. Controv. pag. 249. Capita potiſſima diſputationis erant de Poteſtate Papæ, Bohemis, Purgatorio, Indulgentiis. Atque ſic prima fracta erat acies, Pontificis publicè arietandi authoritatem.

B. *A.Ch.* 1523. *d.* 29. *Januarij Tigurina*

prima inter Zuinglium & Johannem Fabru[...] Epiſcopi Conſtantienſis Vicarium.

Acta diſputationis extant oper. Zu[...] Tom. II. pag. 608. Epitome Hiſt. Refo[...] *Bulling.* De hac diſputatione potiſſim[...] obſervandum. 1. Colloquij legitimi in e[...] partes fuiſſe obſervatas omnes. Locus [...]tus: dicendi partes liberæ: diplomate Ma[...]giſtratûs Tigurini publico erant evocati & ditionis propriæ Clerici, & Conſtantien[...]ſis etiam Epiſcopus, ejúsq; Legati. 2. Pon[...]tificios liberaliter invitatos diſputandi ta[...]men aleam declinâſſe. 3. Vel impia & blaſphema, vel Paſtoribus indigna excidi[...]ſe ſæpe opponentibus paradoxa. Ultim[...] *Fabri* reſponſio fuit; *amicè ſimul & pacifi[...] vivi poſſet, etſi nullum Evangelium extaret;* pag. 622. Tom. II. Op. Zuingl. Schlieren[...] poſtea, ſacrificulus cum aliis de Scriptu[...] Sacra legenda monitus; *quid verò,* inqu[...] *illi agendum fuerit, cui ſacerdotij reditus ſu[...] tenuiores, quàm, ut hujuſmodi libros, Teſtamen[...]tum videlicet, emere queat.* Ib. 4. Argumen[...]ta, ſi quæ pro cauſa Pontificia fuerunt al[...]ta, plumbea erant & elumbia. Faber invo[...]cationem Sanctorum defenſurus, diu [...] tergiverſatus eſt, tandem ad rem dic[...] juſſus, *communi & unanimi Eccleſiæ Chri[...]næ conſenſu illud receptum & approbatum* [...]

om[...]

omnes denique Chriſti fideles, illud credunt & recipiunt, ſimúlque Letaniæ & Canonis Miſſæ authoritas idem illud confirmat & aſſerit, quòd nimirum DEi matrem & ſanctos omnes invocare debeamus, ut pro nobis intercedere dignentur. Teſtatur idem ipſa Maria Virgo apud Lucam hiſce verbis: Ex hoc me beatam dicent omnes generationes. Et cognata ipſius Elizabet, amiciſſimè ipſam compellans, inquit: Unde mihi hoc, ut mater Domini mei veniat ad me? Item, Benedicta tu inter mulieres. Accedit his mulieris Evangelicæ teſtimoninm, clamantis: Beatus venter, qui te portavit, & ubera quæ, ſuxiſti. Quotidiano item Eccleſiæ ritu celebratur quod cantmus; ſentiant omnes tuum levamen &c. Porrò, ſi, quæ nos dicimus, vana ſunt, & pro nugis habentur, mihi prorſus tacendum eſſe video.
Cui poſtea D. Martinus Tubingenſis opem laturus addidit: *Multis quidem contra Chriſtianæ Eccleſiæ ritus & conſuetudinem variáque ejus ſtatuta, (quæ in ſacro ſanctis Patrum Conciliis, in DEi Spiritu congregatis, ordinata ſunt, quæque non ſine laude digna uſurpatione in hunc usque diem retenta & cuſtodita eſſe cernuntur) hactenus diſputatum eſt. Hoc verò reprehendere aut impugnare magnæ temeritatis opus eſt. Quæcunque enim per Patres in quatuor illis Principalibus Conciliis ſtatuta ſunt, eorum in Chriſtiana Eccleſia Evangelio par debet eſſe authoritas,*

 quem-

quemadmodum Pontificio Jure diſtinct. 15, traditum eſt. Eccleſia enim, per Concilia in Spiritu ſancto congregata, errare nequit. Nefas ergo eſt, contra hujus decreta aut conſtitutiones quicquam vel dicere vel facere: quemadmodum & Chriſtus in Evangelio teſtatur dicens: Qui vos audit me audit. Qui vos ſpernit me ſpernit. Hæc diſcipulis ſuis dicit Chriſtus, & omnibus iis, qui Apoſtolorum loco Chriſtianam Eccleſiam gubernant, quales ſunt Pontifices & Epiſcopi: ſic enim jam multis annorum centuriis receptum eſt, ut Romana Eccleſia omnium aliarum mater ſit, quod ipſum Chriſti verbis confirmatur Matth. 16. quemadmodum videri eſt Diſtinct. 10. & 12. Ca. Nova. & Ca. Quamvis. Præterea contra Sanctorum invocationem multa hic dicuntur; quaſi verò divinus ille & honeſtiſſimus mos, longi temporis conſuetudine in Chriſtiana Eccleſia confirmatus, nullis ſcripturæ teſtimoniis probari poſſit: Cùm tamen Hieronymum habeamus, multa de Divorum interceſſione ad Jovianum ſcribentem, qui eandem nobis utiliſſimam eſſe evidentiſſimis ſcripturæ oraculis comprobat. Teſtimonij loco hic nobis eſt divinæ Miſſæ Canon, veterum Pontificum & Epiſcoporum opera & ſtudio compoſitus. Letaniæ item per Gregorium inſtituta, quæ per univerſam Chriſtianorum orbem magna cum ſolemnitate cantari conſuevit, & Divorum, virginiſque Mariæ interceſſionem non

non temerè inſtitutam eſſe, clariſſimè teſtatur. Accedit his quotidiana experientia, quæ miraculis nusquam non locorum celeberrima eſt. Iniquiſſimè ergo mihi facere videntur, qui hanc vel ſcripturis contrariam eſſe judicant. Op. Zuing. Tom. II. pag. 617. 5. Hoc ſemper egiſſe Zuinglium & collocutores, quamvis ille in omni antiquitate, quod colloquii acta probant, fuerit verſatiſſimus, ut ne quid præter Scripturam adferretur. *Paratus equidem & prompto animo ſum ad reſpondendum & ubicunque voles, imò Conſtantiæ quoque (ut jam ante teſtatus ſum) ſi ea fide ſalvus conductus exhibeatur ſervetúrque, qua tibi nunc à noſtris exhibitus eſt. Judices verò alios, præter ſacras Scripturas nullos unquam admittam. Has (inquam) ut à DEI Spiritu prolatæ ſunt, non ullum alium hominem audiemus. Citiùs autem cœlum & terra peribunt, quàm aliqua harum per te expugnari poſſit. DEI enim verbum ſunt.* Op. Zuing. Tom. II. pag. 621. Confer ejusdem Epiſt. ad Cantones. Ut enim in reliquis confutandis erroribus Pontificiis Zuinglius noſter felix fuit, ita in aſſerenda Scripturæ authoritate feliciſſimus. Velu-nius hujus diſputationis acta diligenter probant, quàm in Scriptura Papiſmus nihil habuerit ſubſidij. 6. Hanc laudem diſpu-

tationi huic Tigurinæ ab exteris Theologis fuiſſe tributam, quòd meliori ordine majoriq; ſucceſſu alia vix fuerit habita. *Ioh. Hornb.* ſum. Controv. p. 251. *Non ſcio aliam diſputationem inſtitutam, habitámque meliori ordine fuiſſe, majorique cum fructu uſpiam, ac hanc: ad quam, absque tumultu, praeunte maturo examine, diſputatione, omniúmque inſtructione, convictis Adverſariis, Eccleſiæ Magiſtratúsque unanimi conſenſu, in urbe & agro ſequuta fuit feliciſſima Reformatio. Poſt finitam actionem, & factum illud Senatus-conſultum, Faber, qui antea ſemper exceperat, ſe diſputare nolle, niſi fortè in Academia aliqua, Pariſienſem nominans, Colonienſem aut Lovanienſem, Zuinglio interſante, quid verò ſi Erfordia aut Viteberga huic negotio deſtinaretur? Reſpondit ad hoc; minime, quia Lutherus nimis vicinus eſt; ab aquilone panditur omne malum: vel ſcripturum ſe ajebat adverſus Zuinglij Concluſiones, jam ante ab eo compoſitas editásque, ne quis ignoraret, qua de re habenda foret diſputatio; deniq; & ad Concilium propediem habendum, iſto, vel proximo, (dicens) anno rem differre volebat Faber: ſed finitâ jam diſputatione quaſi poſt prœlium loca aliqua Scripturæ proferre incipiebat, ad quod antea perduci non poterat, pro Eccleſiaſticis traditionibus, ad quæ facillimâ operâ reſpondit Zuinglius.*

C. Tigu-

C. Tigurina II. *Eodem anno, ante Gallum, indicta.* Et hæc frequentiſſima fuit cui ex univerſa Helvetia adfuerunt plus minus ſexcenti: Vocati etiã erant Epiſcopi Conſtantienſis, Curienſis, Baſileenſis, una cum Univerſitate Baſileenſi: illi verò nec adfuerunt ipſi, nec miſerunt legatos. De duobus potiſſimùm; alia enim ſubinde intermiſcebantur; tollendis imaginibus atque abroganda Miſſa, fuit actum. Triduana diſputatio erat tandem; poſtquam *Joachimus Vadiamus,* qui cum aliis duobus conſtitutus erat præſes, omnes fuiſſet obteſtatus, ut ſi quis ſibi non ſatisfactum eſſe putaret, ſententiam ſuam diſertis verbis proferret; nemine prodeunte, ipſo etiam Collegio Carolino ſuffragante, peroravit breviter *Zuinglius,* tum *Leo Juda,* poſt *Vadianus,* Reipublicæ denique Conſul meritiſſimus *Marcus Reuſtius,* cujus verba ἀπολυτικὰ ſunt; *Fuére quidem, fratres, qui ea in medium producere conati aliquoties ſunt, quæ ad rem præſentem minus facere videntur. Hos meritò quidem tacere juſſi. Oro autem, ne quid hîc iniquiori animo ferre velitis. Vobis verò, Præſides digniſſ. Tigurinæ Civitatis Senatus gratias, quàm poteſt, maximas agit, qui hãc operam veſtram illis non denegandam putaveritis: Simúlque ſe idem vobis præſtiturum eſſe volenti animo offert. Vos autem oro & obteſtor*

ſtructus. Hunc locum armatorum civium manus ita obſedit, ut non cuivis gregario (confluxit enim ad illud ſpectaculum magna vis homnium, doctorum pariter & indoctorum) aditus pateret. Huc ubi ingreſſum eſt & conſenſum: ipſe, conſcenſo ſuggeſtu, Illuſtriſſimi Principis mei nomine diſputatores commonui ſui officij, longa oratione diſſerens de diſputandi ratione, præſertim in re Theologica. Quam partem liberiùs fortaſſe tractavi, quam, ut omniū auribus grata fuerit. Princeps ipſe, lectam Orationem, antequam pronunciaretur, vehementer probavit. Hoc unum mirabatur: eſſe tam ſtultos Theologos, imò malos, ut locum facerent ejusmodi reprehenſionibus. Eam Orationem, Principis juſſu editam, hic una mitto. Tu, ſi quando vacabit, lege & judica. Sed ad rem. Poſteaquam ipſe perorâram, tibicines pariter & liticines, tum cantores dulciſſimo concentu, canticum illud: Veni ſancte Spiritu, ter modulabantur quod ipſum ex meo conſilio Princeps demandârat. Hic finis apparatûs. Jam prandij tempus appetebat. Quare diſputationis ſerium initium in horam ſecundam dilatum eſt. Quod tempus ubi advenit; partes utrinque, pro more Theologico, ſimplicitatem

tem ſuam proteſtabantur. Martinus hoc adjecit: Se hoc gravatim ferre, quòd ex fratribus Prædicatoribus, qui eam tragœdiam primi exſuſcitâſſent, nemo diſputaturus adeſſet: Cùm tamen in ſingulis ſuis concionibus graviter Martinianos errores in invidiam vocâſſent. Commiſſi ſunt primùm Caroloſtadius & Eccius, par omnino diſſimile. Nam Caroloſtadius voce, vultu, geſtu, inceſsúque modeſtiam Theologicam præ ſe ferebat: Diſputabátque non ad ingenij gloriam, aut victoriam, ſed veri rectique inquiſitionem: Quare nihil, niſi adhibitis libris afferebat, nihil item ab adverſa parte adductum, admittebat, niſi ſententiam ſcriptoris ex præcedentibus & ſequentibus collegiſſet. Quâ diligentiâ doctis ſe vehementer commendavit: Indocti timorem & tarditatẽ interpretabantur. Eccius contrà, clamore, vultu militari ac truci, geſtu hiſtrionico penè, & inceſſu impetuoſo, feroculus quiſpiam apparebat. Omnia illa externa corporis ſigna animum parùm Theologicum declarabant. Dixiſſes Gorgiam quempiam diſputare, non Theologum. Adeò leviter & impudenter ſubinde ſe jactabat: magnam adeò jacturam nominis ſui apud nos fecit. Leviſſimè aſſerit quæ falſa ſunt: impudentiſſimè negat,

quæ pro certo vera, idque cum jactatione ſui, quò res ſit odioſior.
Res fuit Eccio cum Caroloſtadio de Libero Arbitrio: Omnéne bonum opus proficiſcatur è divina gratia, an verò non nihil etiam de ſuo conferat humani arbitrij actio? Priorem ſententiam Caroloſtadius, poſteriorē Eccius tuebatur. Tum illud jactatum: ſitne omnis Chriſtianorum vita pœnitentia? Undefluit hominem in opere ſuo peccare. Contra quæ niſus eſt Eccius. Porrò Martinus negavit Romani Pontificis poteſtatem primariam jure divino, hoc eſt, ſacræ Scripturæ teſtimoniis poſſe comprobari. Imò ſacerdotem quemvis ex æquo (quod ad Pauli Theologiam attinet) Apoſtolis ſuccedere, habereque facultatem & culpæ & pœnæ remittendæ, ſi neceſſitas ita ferat. Hîc Eccius in adverſum multa decreta, multas Patrum authoritates congeſſit, cùm jure divino tantùm primatus Pontificis eſſet aſſerendus. Ventum tandem eſt ad ſacram ancoram, nempe illud Matth. 16. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. &c. Hic Martinus PETRAM ſolidam fidei confeſſionem interpretabatur, & totum corpus Eccleſiæ cum Origine, aut Chriſtum ipſum cum Auguſtino. Eccius cum recentioribus,

bus, hominem Petrum & ejus ſucceſſores. Eámque expoſitionem aliquot Bernhardi & Hieronymi verbulis decerptis firmavit. Quæ omnia Martinus mirè eluſit per hoc: quòd toties Eccleſia redderetur ἀκέφαλος, quoties Epiſcopus Romanus aliquis moreretur. Nam eo tempore, quo nec dum ſurrogatus ſit in ſedem alius Pontifex, dubio procul ἀκέφαλον reddi Eccleſiam. Nam quod de Cardinalium cœtu, qui interim agat Pontificem, reſpondeatur, duplici de cauſſâ frivolum eſſe. Primùm, quia Cardinales haud ita multa ante ſecula eſſe cœperint, qui tamen multa capita faciant, non unum. Deinde, quòd quæ jure divino ſtatuantur, nullius hominis morte, imò ne cœlorum ruinâ interpellari poſſint. Jactatæ item in diſputationis aleam indulgentiæ, ſed magis pro ludo, quàm re ſeria. De purgatorio item diſceptatum: non quòd non eſſet, ſed quòd erga Deum afficerentur animæ in illo ſupplicio detentæ. Videatur & *Hornbeek*, ſumm. Controv. pag. 249. Capita potiſſima diſputationis erant de Poteſtate Papæ, Bohemis, Purgatorio, Indulgentiis. Atque ſic prima fracta erat glacies, Pontificis publicè arietandi authoritatem.

B. *A.Ch.* 1523 *d.* 29. *January Tigurina*

prima inter Zuinglium & Johannem Fabrum, Epiſcopi Conſtantienſis Vicarium.

Acta diſputationis extant oper. *Zuingl.* Tom. II. pag. 608. Epitome Hiſt. Reform. *Bulling.* De hac diſputatione potiſſimum obſervandum. 1. Colloquij legitimi in ea partes fuiſſe obſervatas omnes. Locus tutus: dicendi partes liberæ: diplomate Magiſtratûs Tigurini publico erant evocati & ditionis propriæ Clerici, & Conſtantienſis etiam Epiſcopus, ejúsq; Legati. 2. Pontificios liberaliter invitatos diſputandi tamen aleam declinâſſe. 3. Vel impia & blaſphema, vel Paſtoribus indigna excidiſſe ſæpe opponentibus paradoxa. Ultima *Fabri* reſponſio fuit; *amicè ſimul & pacificè vivi poſſet, etſi nullum Evangelium extaret*; pag. 622. Tom. II. Op. Zuingl. Schlierenſis poſtea, ſacrificulus cum aliis de Scriptura Sacra legenda monitus; *quid verò,* inquit *illi agendum fuerit, cui ſacerdotij reditus ſunt tenuiores, quàm, ut hujusmodi libros, Teſtamentum videlicet, emere queat.* Ib. 4. Argumenta, ſi quæ pro cauſa Pontificia fuerunt allata, plumbea erant & elumbia. Faber invocationem Sanctorum defenſurus, diu ſatis tergiverſatus eſt, tandem ad rem dicere juſſus, *communi & unanimi Eccleſiæ Chriſtianæ conſenſu illud receptum & approbatum eſt, omnes*

omnes denique Chriſti fideles, illud credunt & recipiunt, ſimúlque Letaniæ & Canonis Miſſæ authoritas idem illud confirmat & aſſerit, quòd nimirum DEi matrem & ſanctos omnes invocare debeamus, ut pro nobis intercedere dignentur. Teſtatur idem ipſa Maria Virgo apud Lucam hiſce verbis: Ex hoc me beatam dicent omnes generationes. Et cognata ipſius Elizabet, amiciſſimè ipſam compellans, inquit: Unde mihi hoc, ut mater Domini mei veniat ad me? Item, Benedicta tu inter mulieres. Accedit his mulieris Evangelicæ teſtimonium, clamantis: Beatus venter, qui te portavit, & ubera quæ, ſuxiſti. Quotidiano item Eccleſiæ ritu celebratur quod canimus; ſentiant omnes tuum levamen &c. Porrò, ſi, quæ nos dicimus, vana ſunt, & pro nugis habentur, mihi prorſus tacendum eſſe video. Cui poſtea D. Martinus Tübingenſis opem laturus addidit: *Multis quidem contra Chriſtianæ Eccleſiæ ritus & conſuetudinem variáque ejus ſtatuta, (quæ in ſacro ſanctis Patrum Conciliis, in DEi Spiritu congregatis, ordinata ſunt, quæque non ſine laude digna uſurpatione in hunc uſque diem retenta & cuſtodita eſſe cernuntur) hactenus diſputatum eſt. Hoc verò reprehendere aut impugnare magnæ temeritatis opus eſt. Quæcunque enim per Patres in quatuor illis Principalibus Conciliis ſtatuta ſunt, eorum in Chriſtiana Eccleſia Evangelio par debet eſſe authoritas,*

 quem-

quemadmodum Pontificio Jure diſtinct. 15, traditum eſt. Eccleſia enim, per Concilia in Spiritu ſancto congregata, errare nequit. Nefas ergo eſt, contra hujus decreta aut conſtitutiones quicquam vel dicere vel facere: quemadmodum & Chriſtus in Evangelio teſtatur dicens: Qui vos audit me audit. Qui vos ſpernit me ſpernit. Hæc diſcipulis ſuis dicit Chriſtus, & omnibus iis, qui Apoſtolorum loco Chriſtianam Eccleſiam gubernant, quales ſunt Pontifices & Epiſcopi: ſic enim jam multis annorum centuriis receptum eſt, ut Romana Eccleſia omnium aliarum mater ſit, quod ipſum Chriſti verbis confirmatur Matth. 16. quemadmodum videri eſt Diſtinct. 10. & 12. Ca. Nova. & Ca. Quamvis. Præterea contra Sanctorum invocationem multa hic dicuntur; quaſi verò divinus ille & honeſtiſſimus mos, longi temporis conſuetudine in Chriſtiana Eccleſia confirmatus, nullis ſcripturæ teſtimoniis probari poſſit: Cùm tamen Hieronymum habeamus, multa de Divorum interceſſione ad Jovianum ſcribentem, qui eandem nobis utiliſſimam eſſe evidentiſſimis ſcripturæ oraculis comprobat. Teſtimonii loco hic nobis eſt divinæ Miſſæ Canon, veterum Pontificum & Epiſcoporum opera & ſtudio compoſitus. Letania item per Gregorium inſtituta, quæ per univerſum Chriſtianorum orbem magna cum ſolemnitate cantari conſuevit, & Divorum, virginiſque Mariæ interceſſionem

non

non temerè inſtitutam eſſe, clariſſimè teſtatur. Accedit his quotidiana experientia, quæ miraculis nusquam non locorum celeberrima eſt. Iniquiſſimè ergo mihi facere videntur, qui hanc vel ſcripturis contrariam eſſe judicant. Op. Zuing. Tom. II. pag. 617. 5. Hoc ſemper egiſſe Zuinglium & collocutores, quamvis ille in omni antiquitate, quod colloquii acta probant, fuerit verſatiſſimus, ut ne quid præter Scripturam adferretur. *Paratus equidem & prompto animo ſum ad reſpondendum & ubicunque voles, imò Conſtantiæ quoque (ut jam ante teſtatus ſum) ſi ea fide ſalvus conductus exhibeatur ſervetúrque, qua tibi nunc à noſtris exhibitus eſt. Judices verò alios, præter ſacras Scripturas nullos unquam admittam. Has (inquam) ut à DEI Spiritu prolatæ ſunt, non ullum alium hominem audiemus. Citiùs autem cœlum & terra peribunt, quàm aliqua harum per te expugnari poſſit. DEI enim verbum ſunt.* Op. Zuing. Tom. II. pag. 621. Confer ejusdem Epiſt. ad Cantones. Ut enim in reliquis confutandis erroribus Pontificiis Zuinglius noſter felix fuit, ita in aſſerenda Scripturæ authoritate feliciſſimus. Velunius hujus diſputationis acta diligenter probant, quàm in Scriptura Papiſmus nihil habuerit ſubſidij. 6. Hanc laudem diſpu-

tationi huic Tigurinæ ab exteris Theologis fuiſſe tributam, quòd meliori ordine majoriq; ſucceſſu alia vix fuerit habita. *Ioh.Hornb.* ſum. Controv. p. 251. *Non ſcio aliam diſputationem inſtitutam, habitámque meliori ordine fuiſſe, majorique cum fructu uſpiam, ac hanc: ad quam, absque tumultu, præeunte maturo examine, diſputatione, omniúmque inſtructione; convictis Adverſariis, Eccleſiæ Magiſtratúsque unanimi conſenſu, in urbe & agro ſequuta fuit feliciſſima Reformatio. Poſt finitam actionem, & factum illud Senatus-conſultum, Faber; qui antea ſemper exceperat, ſe diſputare nolle, niſi fortè in Academia aliqua, Pariſienſem nominans, Colonienſem aut Lovanienſem, Zuinglio interſante, quid verò ſi Erfordia aut Viteberga huic negotio deſtinaretur? Reſpondit ad hoc; minime, quia Lutherus nimis vicinus eſt; ab aquilone panditur omne malum: vel ſcripturum ſe ajebat adverſus Zuinglij Concluſiones, jam ante ab eo compoſitas editásque, ne quis ignoraret, qua de re habenda foret diſputatio; deniq; & ad Concilium propediem habendum, iſto, vel proximo, (dicens) anno rem differre volebat Faber: ſed finitâ jam diſputatione quaſi poſt prœlium loca aliqua Scripturæ proferre incipiebat, ad quod antea perduci non poterat, pro Eccleſiaſticis traditionibus, ad quæ facillimâ operâ reſpondit Zuinglius.*

C. Tigu-

C. Tigurina II. *Eodem anno, ante Gallum, indicta.* Et hæc frequentiſſima fuit cui ex univerſa Helvetia adfuerunt plus minus ſexcenti: Vocati etiã erant Epiſcopi Conſtantienſis, Curienſis, Baſileenſis, una cum Univerſitate Baſileenſi: illi verò nec adfuerunt ipſi, nec miſerunt legatos. De duobus potiſſimùm; alia enim ſubinde intermiſcebantur; tollendis imaginibus atque abroganda Miſſa, fuit actum. Triduana diſputatio erat tandem; poſtquam *Joachimus Vadiamus*, qui cum aliis duobus conſtitutus erat præſes, omnes fuiſſet obteſtatus, ut ſi quis ſibi non ſatisfactum eſſe putaret, ſententiam ſuam diſertis verbis proferret; nemine prodeunte, ipſo etiam Collegio Carolino ſuffragante, peroravit breviter *Zuinglius*, tum *Leo Juda*, poſt *Vadianus*, Reipublicæ denique Conſul meritiſſimus *Marcus Reuſtius*, cujus verba ἀπολυτικὰ ſunt; *Fuére quidem, fratres, qui ea in medium producere conati aliquoties ſunt, quæ ad rem præſentem minus facere videntur. Hos meritò quidem tacere juſſi. Oro autem, ne quid hîc iniquiori animo ferre velitis. Vobis verò, Præſides digniſſ. Tigurinæ Civitatis Senatus gratias, quàm poteſt, maximas agit, qui hãc operam veſtram illis non denegandam putaveritis: Simúlque ſe idem vobis præſtiturum eſſe volenti animo offert. Vos autem oro & obteſtor*

P. C. ut DEI Verbum fortiter, viriliter & citra omnem animi metum aut terrorem recipere ſtudeatis. Non deerit piis & ſanctis conatibus Dominus DEus Omnipotens. Agnoſco quidem meam in re tam ardua infantiam, & quòd de hac pro dignitate diſſerere non poſſim. Attamen Dei Verbum inconcuſsâ mente amplecti & retinere decet. Dominum DEum invocemus fratres, ut is tantis conatibus felices ſucceſſus largiri dignetur, Amen. Op. Zuing. Tom. II. pag. 646. Tantò magis mirandum erat, hominem non modò inter Politarchas primarium, ſed & Romæ honoratiſſimum, Reformationis Eccleſiaſticæ, poſthabitis omnibus fortunæ commodis, adeò fortem & felicem fuiſſe hyperaſpiſtem. Dignus erat, quem Bullingerus in deſcriptione vitæ ſuæ a. Ch. 1544. quo mortuus eſt, appellaret *Patrem Patriæ* Habeo ipſius adhuc Pontificis Brevia, ut vocant, ad Marcum Reuſtium ſcripta, quorum vel unum alterumve addere placet. Primum ergò ita habet. *Julius P.P. II. Dilecte fili, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Exhibuiſti nobis & ſacræ Romanæ Eccleſiæ, ſuperiore proximo anno, valde fidelem & ſtrenuam operam; ob quam non mediocrem apud nos gratiam iniviſti. Eandem ſi nunc quoque in negotiis, quæ per Venerabilem fratrem Matthæum, Epiſcopum Sedunenſem, noſtrum*

noſtrum & Apoſtolicæ Sedis Oratorem & Nuntium, nomine noſtro pertractanda ſunt, exhibueris, multò majorem gratiam inituri es: Itaque hortamur te, ut ſi unquam antea, nunc præcipuè mentem animúmque tuum ad bene merendum de nobis & ſanctâ Romanâ Eccleſiâ, cunctorum fidelium matre, convertas. Nullum enim obſequium tuum, ſi id feceris, irremuneratum eſſe patiemur: Sed tibi tuiſque omnibus prodeſſe plurimum poterit, prout ex eodem Epiſcopo, nuntio noſtro uberiùs intelliges. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, ſub annullo Piſcatoris, die VI. Januarij M. D. X. Pontificatûs noſtri anno ſeptimo. Sigiſmundus. Secundum tale eſt, *Julius P. II. Dilecte fili, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Referet vobis nonnulla nomine noſtro, Dilectus filius Anshelmus Graff Accolitus, & nuntius noſter, quæ nobis plurimùm cordi ſunt. Quare devotionem veſtram hortamur, ut relationi ejusdem Anshelmi plenam fidem adhibeas. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, ſub annullo Piſcatoris d.* 28. *Octobris* 1511. *Pontificatus noſtri anno octavo. Sigiſmundus.* Tertium ejusdem Julii ſuccedit: *Julius P. P. II. Dilecte fili, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Fervens ſinceráque devotio tua, quam ad nos ſanctámque Romanam geris Eccleſiam, meritò nos inducit, ut ea Tibi paterno concedamus affectu, per quæ ſpiritualem Con-*

conſolationem, conſcientiæ pacem, & animæ ſalutem, uberiùs DEO propitio conſequi valeas: hinc eſt quòd nos Tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati: ut confeſſor idoneus ſecularis, vel cujusvis ordinis regularis Presbyter, quem in tuum elegeris confeſſorem, confeſſione tuâ diligenter auditâ, te ab omnibus criminibus, exceſſibus & peccatis, quantumcunque gravibus & enormibus, etiam in ſingulis ſedi Apoſtolicæ reſervatis caſibus, ſemel duntaxat in vita, & ſemel in mortis articulo: ab aliis verò, quotiens opus fuerit, abſolvere & pœnitentiam ſalutarem injungere: vota verò per Te emiſſa: Hieroſolymitano; Viſitationis luminum beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli de Urbe, ac ſancti Jacobi in Compoſtella: nec non caſtitatis & religionis, votis duntaxat exceptis, in alia pietatis opera commutare valeat: liceátque Tibi habere altare portatile, ſuper quo in locis ad hoc congruentibus & honeſtis, in Tua, & familiarum tuorum Domeſticorum præſentia, miſſas & alia divina officia, ſine alieni juris præjudicio, celebrari facere etiam ante diem, circa tamen diurnam lucem etiam in locis interdicto ordinaria auctoritate ſuppoſitis, ad quæ Te declinare contigerit, dummodo Tu & illi cauſam non dederitis interdicto: aut Tibi id non fuerit ſpecialiter interdictum, poſſis & valeas, proviſo quòd hujusmodi conceſſione ante diem parcè utaris. Quia cùm Dominus

nus noſter Jeſus Chriſtus, qui candor lucis æternæ eſt, in altaris miniſterio immoletur, convenit hoc non noctis tenebris fieri, ſed in luce, tenore præſentium de ſpeciali gratia indulgemus. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die V. January MDX. Pontificatûs noſtri Anno ſeptimo. Sigiſm. Imò idem ille eſt Marcus Rœſtius, quem Pontifex per legatum ſuum adeò ſolicitè militis ſui Prætoriani Helvetici caput eſſe voluit, ceu operoſiùs diximus *Method. leg. Hiſt. Helvet.* p. 610. Idque magna cum Pontificis gratia. Unde & Adrianus VI. ad eundem: *Adrianus P.P. VI. Dilecte fili, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Poſt Noſtrum in Urbem adventum cognovimus, Natum tuum Gaſparem, probatiſſimæ virtutis & fidei, cuſtodiæ Capitaneum, nobis gratiſſimum; mox ex Venerabilis fratris, Eminentiſſimi Epiſcopi Verulani, Prælati noſtri domeſtici, ac noſtri apud vos nuntij relatione, digniſſimam de perſona universáque familia tua, ſanctæ ſedi Apoſtolicæ devotiſſimæ informationem habuimus: Quæ quidem nobis acceptiſſima fuit, effecítque, ut non libenter dicto Gaſpari Capitaneo, quem apud Nos continuè voluiſſemus, ad te viſendum veniendi, ad ſex menſes licentiam concederemus. Quam tamen ea lege conceſſimus, ut eum quàm citiùs fieri poſſit, ad nos remittas. Præterea magnorum & laudabili-*

bilium tuorum erga Nos & hanc ſanctam ſedem officiorum, tam publicè quàm privatè factorum, pleniſſimam informationem habemus, in quibus, ut perſeveres, Devotionem tuam in Domino hortamur. Laborum enim tuorum aliquando erimus memores, prout præfatus Epiſcopus, Nuntius noſter, nomine noſtro, coram, uberiùs exponet, cui fidem adhibebis. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 13. Januarij 1523. Pontificatûs noſtri anno primo. Ne moleſtæ Tibi, lector Philohiſtor, ſint ejusmodi digreſſiones: Non coactæ quippe aut violentæ, ſed jucundæ & ſpontaneæ. Ad ipſam redimus diſputationem Tigurinorum ſecundam, de qua iterum notandum 1. Methodicè omnia in ea fuiſſe peracta. Non liberum tantùm erat cuivis, partes ſuas agere, ſed & nominatim quisq; ad opponendum erat invitatus. Inſpiciantur acta publica, tum impreſſa, tum Mſc. à Bullingero. 2. Nihil prorſus vel ad defenſionem Iconolatriæ, vel ſacrificij Miſſatici afferre vel potuiſſe vel voluiſſe, qui ceremonias illas aboleri ægro viderunt animo. Cùm ex *Auguſtinianorum* Priori, apud Tigurinos, cujus ob facundiam in concionando, in ipſo Papatu magna fuit authoritas, quæreretur, numquid ille haberet ex ſcriptura, quo controverſa capita defenderet;

deret; *Nihil*, inquit, *habeo, quod opponam, niſi ex decreto, quod, niſi admiſeritis, actum eſt de me:* Er wüſſe nichts darwider / ohnet dem Decret, wo man das ihme nit wolte gelten laſſen / ſtühnde er da wie ein anderer güggel.

D. *Tertia eodem ſucceſſit apud Tigurinos anno.* Cum enim Canonici quidam & ſacerdotes muſſitarent, ſibi ne ſic quidem ſatisfactum, rem majori ſucceſſu acturos, ſi defendendi partes denuò deferrētur, Ampliſſimus eos Magiſtratus convocari, &, ſi quid haberent in Papiſmi patrocinium, edicere juſſit: Sed cùm vel eandem canerent cantilenam, vel prorſus conticeſcerent, id quod ex ſcripto ad ampliſſimum Magiſtratum dato (*Bull.* Hiſt. Reform. pag. *966.*) apparet, publicis poſtea decretis, quæ rationibus antea erant expugnata, abolita fuerunt *Imagines, Miſſa* &c. ut ſuo loco ſequetur.

E. Rhæticam, de qua *Sprach.* in Pallad. Rhæt. Lib. 6. pag. 247. *Anno 1526. die 13. Januarij, celebris diſputatio Ilantij habita fuit, inter Evangelicos Reformatos, & Catholicos, de Miſſa, in qua articuli controverſi argutè tractati. Ab Evangelicorum parte primas tenebat Johannes Comander, cum Philippo Salutio, ab altera parte aderat Theodorus Schlegel, vir acutus, Abbas D. Lucij, & vicarius Epiſcopi, cum*

D. P.

D. Bartholomæo à Caſtro muro, Protonotario A-poſtolico, multíſque aliis Canonicis & Sacerdotibus.. Poſt illam ſeptem ſacerdotes miſſifici Reformatis ſe addixère. Aliæ, (nempe Anno 1538. *Suſis in Engadina inferiori; Anno* 1595. & 1596. *Tirani, Valletelina) etiam in negotio religionis habitæ ſunt in Rhætia diſputationes, quas hoc libello, cùm typis exaratæ ſint, tractare ſuper ſedeo.* Et alius author Mſc. qui Rhætiam accurrantiſſimè deſcripſit, p. m. 104. 6. *Anno* 1525. *in publicis Rhætorum Comitiis, Curiæ, proximè ante Natalem Domini celebratis, graviſſimè accusârunt Evangelij Miniſtros Epiſcopi Curienſis Vicarius, Abbas apud S. Lucium, & totum, quòd vocatur, Capitulum, quòd hæreſes excitent, ſeditiones moveant, ſacramenta evertant. Rhætorum Proceres, poſt hanc accuſationem, ad ſe vocârunt Johannem Comandrum, Miniſtrum apud Div. Martinum, & auditâ ejus Apologiâ & ſupplicatione, ſuo & ſymmiſtarum nomine pro publica diſputatione, illi annuerunt, & diſputationem indixerunt Ilantium in ſuperiori fœdere, in 7. Jan Anno* 1526. *Acta hujus diſputationis in lucem edidit Sebaſtianus Hoſmeiſterus Schaphuſianus, qui illi interfuit.*

Cæterùm, quanquam dicta diſputatio ad præfixam metam attingere non potuerit, utpote quæ à Papiſtis ſtatim fuit abrupta & impedita; tamen

tamen tantillum illud, quod geſtum fuit, non parum fructus attulit. Optimates enim Rhætorum, pro ſua prudentia, integritate & fortitudine, brevi poſt, hanc publicam legem promulgârunt; ut omnibus & ſingulis, cujuscunque conditionis eſſent, intra Rhætorum fines incolentibus, liberum eſſet vel Pontificiam vel Evangelicam religionem amplecti & profiteri: Et ne quis quenquam adverſæ partis odioſiùs, publicè vel privatim, inſectaretur vel contumeliis afficeret. Inſtauratâ & confirmatâ prius latâ lege, ut Antiſtites Eccleſiarum, doctrinam ex tota S. Scriptura V. & N. T. puriſſimè traderent; Interdictis aliis ſectis. His accedit, quòd illi Cal. Quintil. 1526. *leges* 18. *Reipublicæ commodas tulerint, quibus Epiſcopus & ſacrificuli in ordinem coacti ſunt. Conſule librum articulorum, inter quos etiam hi continentur: Quòd nulli Clerici poteſtatem habere debeant, deſignandi, creandi & approbandi Magiſtratus, ſed communitates, quã poteſtatem Epiſcopus multis in locis habuerat; Quòd Epiſcopi officiales, veluti Furſtenbergenſis, Eramuſienſis, Caſtellani, Supraſaxenſis, & Furſtenorienſis præfecti, & Architriclinus* der Hoffmeiſter/ *à Rhætorum conſenſibus arceantur; Quòd nulli ampliùs Monachi & Moniales in Monaſteria recipi debeant; Quòd penes communitates libera poteſtas eſſe debeat paſtores conducendi; Quòd nullus ampliùs ad Epiſcopum provocare debeat;*

Quòd nulla ſacerdotia advenis conferri debeant; Quòd Canonicorum Collegium in electione Epiſcopi ex conſilio totius domûs DEI agere debeat. Lata etiam fuerant anno. 1524.*multa leges, quibus illi coërciti fuerunt; de Abſentibus, de ſuſpenſione & Excommunicatione Pontificum, de condendis Teſtamentis, de eorum Juriſdictione, de moribus, victu, amictu, & aliis. Author* πολιγγενεσίας *Rhætica.* a. Ch. 1520. deſcriptæ, de hac diſputatione pleniùs agit. quam tamen hoc loco afferre totam, inſtituti noſtri non eſt. Manifeſtum hinc etiam eſt, 1. Sacrificulos & Monachos tempore Reformationis, importunè, ut plurimùm, diſputationes flagitâſſe; oblatas detrectâſſe 2. Illas etiam diſputationes, quæ optatum non attigerunt ſcopum, anſam tamen præbuiſſe aliquid ſaltem vel mutandi vel emendandi. Adeò myops nemo facilè erat, qui non animadverteret, Eccleſiæ graviter laborare ſtatum tam in dogmatibus, quàm ceremoniis. Exemplo diſputationis hujus Rhæticæ, & antecedentis Tigurinæ a. Ch. 1529. habitæ, (quam in Helvetia exceperunt decreta illa, de quibus *Hodeg.* P. III. p. 471.) res extra controverſiæ aleam ponitur.

F. *Badenſis.* Hanc maximè urſiſſe videtur Eccius, cui non ſatis erat infelicitatem ſuam

ſuam prodidiſſe Lipſiæ cum Luthero, Zuinglium etiam provocavit; útque cauſam ſtrenuè defenſam, glorioséque duobus colloquiis obtentam, aleæ iterum certaminis ſubjicerent, author fuit Helvetiæ Cantonibus. Habeo ea de re duas *Eccij* Epiſtolas a. Ch. 1524. & 1525. ad Helvetiæ Cantones, & alteram quidem οἰκείᾳ, niſi fallor, χειρὶ ſcriptá, quâ omné movit lapidé, ut colloquiú vel Badæ vel Lucernæ indicaretur. Memorabilia ſunt verba Epiſtolæ prioris: Wann Zwinglin oder etwar ander ſich deß widerſpricht gegen euch/bin ich urbietig mit dem wort Gottes/mit wol gegründten vernünftigen urſachen vor euer gemeinen Eidgnoſſen verordneten Richter/es ſeye zu Baden oder Lucern/oder wo es euer Herrſchaft an einem unpartheyiſchen Ohrt gelegen wil ſeyn/daß ich euch kein ordnung oder maaß gib/ſolches troſtlich mit der hülff Gottes erhalten: allein ſchreibt mir zeit und ſtatt zu/mit ſamt einem geleit für vergwaltigung für die böſen Lutheriſchen Buben/die meiner ehr und leib/jetz etlich jahr her/nachgeſtellt haben/doch wil ich nit/daß ſich das geleit ſtreck darauf/was die Richter mir oder dem Zwinglin wurden auferlegen; dann ſo wir in Diſputation ſollen gehört werden/ſol und wil ich der erkantnuß der Verordneten nachkommen/daß der Widerſächer zu glei-

chem theil auch verbunden werde. Et paulo poſt: Laßt euch auch nicht abweiſen ab vorgenommener Diſputation, lieben frommen Eidgnoſſen/ ob etlich wolten ſagen/ Ihr hetten das nicht macht/ es ſeye wider Päpſtliche recht/ wie Zwingli anzeucht/ der meint es were unrecht vor gemeinen Eidgnöſſen diſputieren/ aber vor einem inneren und groſſen Raht zu Zürich diſputieren / were nicht unrecht/ dan wiewol das urtheil im Glauben/ im hohen grad zuſtaht den heiligen Concilien / einem Papſt; doch ſo haben die Biſchoffe/ die Ketzermeiſter/ die Univerſiteten / die Doctores/ jeder in ſeinem fahl auch macht zu urtheilen / alſo daß deß verſtands halben/ ſich etwar zu der zeit des Keiſers Conſtantini Athanaſius und Arrius haben auch vor dem Landvogt Syrio, Probo, der noch nicht empfangen hat die gaab unſers heiligen Glaubens/ zu diſputieren zugelaſſen haben/ warum wolt Zwingli den lieben frommen Eidgnoſſen/ wie Arrius Probo dem Landvogt/ nicht vertrauen/ deßwegen unangeſehen deß Zwingli eintragen/ hoffe ich E. Gn. Streng. Veſte / Weißheit und Achtbarkeit/ werd ſich ehrlich und Chriſtlich halten. Hæc Eccius ad Helvetiæ Ordines, ubi notandum, officium hoc loco, Colloquia indicendi, gubernandi, differendi cuivis, inſcio & inconſulto Pontifice, Eccium Magiſtratui

detu-

detuliſſe, quod & hypotheſibus & prax Eccleſiæ Romanæ prorſus repugnat. Cúmque longiori ſilentio Eccius mulctaretur, calamum poſtea arripuit, & ſuperbè anno 1525. Helvetiæ Cantonibus operam ſuam denuò penè obtruſit, Zuinglium denique & Oecolampadium hæreſeos multiplicis, negatæ præſertim Trans-ſubſtantiationis accuſavit. Tota Epiſtola conviciis, dicteriis & minis referta eſt. Sub finem Epiſtolæ ita loquitur: Darumb bitte ich E. Gn. Gunſt und Freundſchaft/ um Gottes willen/ wollend als hertzhaftig biderben leuhten/ waaren/ alten/ ungezweifelten/ Chriſtlichen Glauben mannhaftiglich handhaben/ und die falſch/ verführiſch/ Gottsleſterlich Ketzerey außreuten und vertilgen; was ich armer Pfaff darzu dienſtlichs beweiſen kan und mag/ wil ich doch von hertzen das mit höchſtem fleiß thun/ ſonderlich wo noch Zwingli oder Hauß Schein under verordneten Richter/ vor Euch mein Herren gemeiner Eidgnoſchaft diſputieren wolten/ und endlich bleiben bey erkanntnuß derſelbigen/ wie ich mich dann deß vergangnen jahrs zwey mal erbotten hab/ wil ich gantz williglich erſcheinen/ auf euere ermahnung/ und an ort und end/ wo ihr mich hin beſcheiden/ die Diſputation auf grund der heiligen Geſchrift vollſtrecken/ guter hoffnung/ Gott/ durch ſein barmhertzigkeit/ werde ſeiner

waarheit und heiligen Glauben beyſtahn/und deß ſol ſich E. Gn. Veſt und Gunſt zu mir verſehen/womit ich Euch in diſen ſachen deß Glaubens/auch ſonſt dienſtlichen willen erzeigen mag/daß ich das gantz fleiſſig zuthun gantz bereit bin. Ita via ſtrata eſt conſiliis ad Colloquium Badenſe, poſtea a Ch. 1526. habitum. Zuinglius, cum ſubodoraretur tum inſidias adverſariorum, tum etiam modum agendi, ubivis locorum, quàm Badæ tutiorem eſſe, comparere titubavit, emanſionis ſuæ rationes expoſuit, adeóq; cauſam optimam, diſcrimini denuò exponere, religioni meritò duxit. Et quis vitio verterit hanc Zuinglio cautionē? Eccius vitæ ſecuritatē & ipſe ſolicitè ante petiit, ut ex fragmento ſuprà allegato manifeſtum eſt. Adeò ut Fabri coccyſmus fruſtra ſit, qui publicè Zuinglio abſentiam auſus fuit exprobare, vindictæ ſolius ſtudio impulſus. Cùm enim in Colloquio Tigurino ſatis partes ſuas egiſſet infeliciter, alibi majora contra Zuinglium pollicitus eſt; Lutetiæ præſertim, Lovanij, aut Coloniæ. Sed cùm tutiorem Zuinglius elegerit locum Erfordiam aut Vitebergam, *minimè* inquiebat, *quia Lutherus nimis vicinus eſt, ab Aquilone panditur omne malum.* Quanquam autem Eccius & Faber, eorum

eorum autoritate, qui Colloquium hoc inſtituerunt, evincere facilè potuerint, ut Zuinglius excom̃unicaretur, & Reformatio in quibusdam locis vel non admitteretur, vel proſcriberetur, obtinere tamen non poterant, quo minùs cum Oecolampadio apertè diſſentirent alii, judicio ſuſpenſo, ad Superiorũ ſuorum provocarent placita. Extant acta, etiam Lucernæ edita a. C. 1528. Sed & hoc obſervandum, eos, Reformatos colloquutores, in Auditorum animis reliquiſſe aculeos, ut nova de Reformatione agitârint conſilia. Id quod Præpotenti Bernenſium Reipublicæ accidiſſe, poſtea monebimus.

G. *Badenſi diſputationi* ςύγχρονος *Haſſiaca*. Eodem enim anno. 1526. Homburgi, in Haſſia diſputationem haberi juſſit *Philippus, Landgravius*, per Franciſcum Lambertum, Avenionenſem, qui Latinè; & Adamum Catonem Fuldenſem, qui Germanicè, iis qui Germanicè vellent, reſponderent, de variis per totam Theologiam theſibus & Paradoxis, ad quam cùm veniſſent Pontificij tres, Nicolaus Herborn, Minoritarum Guardianus Marpurgenſis, & Johannes Sperterus, poſt aliquam ventilationem confuſi abierunt, ſequutáque mox fuit Reformatio Eccleſiarum Haſſiacarum,

Monachis & Monialibus è cœnobiis ſuis exactis, & Monaſteriorum reditibus applicatis ad Marpurgenſem Academiam & Noſocomia. Extant acta ante hac Caſſellis ab amico communicata.

H. *Nordenſis in Friſia.* A. Chr. 1527. d. 1. Januarij diſputationem publicam ſuſtinuit Nordæ Henricus Reſius, frequenti omnis ordinis virorum concurſu, Reſio, cucullum induto, de ſuggeſtu veritatem ſtrenuè defendente, adverſus Gerardum Synellium Nordanum Abbatem, qui, ubi convictus à Reſio conticeſceret, nullúsque poſt eum certamen reſtauraret, victor Reſius cucullum coram omnibus poſuit, & Monachiſmum cum univerſo Papatu abjuravit, unde Eccleſiæ Nordanæ, quæ eum paſcebat, Paſtor datus & ſequuta multa regionis iſtius Reformatio fuit.

I. *Suecica.* Anno Ch. 1527. Upſalæ diſputârunt M. Olaus, Lutheri diſcipulus, pro Evangelicis, & Petrus Gallius Profeſſor Upſalenſis Pontificius, vernaculo ſermone: poſtquam antea etiam a. Ch. 1524. diſputârant latinè: atque ita triumphum obtinuit veritas, ut Rex Guſtavus inde palàm & ſtrenuè inceperit reformare, purgare regnum idolis & ſuperſtitionibus, atque ſacra Linguâ Vernaculâ, juxta puram Evan-

Evangelij prædicationem peragere juſſerit.

K. *Bernenſis*. Habita fuit hæc diſputatio 1527. die 17. Decembris, ad quam Senatus finitimos omnes convocavit Epiſcopos, & Clericos quoscunque, ſuper decem theſibus diu ante impreſſis, propoſitisque, noſtras partes tuentibus Franciſco Colbio, & Bertholdo Hallero, Bernenſis Eccleſiæ Miniſtris: ad quæ Reformatio ſuperiori anno labefactata, ita reſtauratur, ut abjecto jam integrè Papatu, ejus abjurati annum diémque publicè aureis literis columnæ inſcripſerint. De hoc Colloquio prolixè actum eſt à Theologis Helveticis, *Bulling*. Tom. I. de Reform. & nuper à *Chriſtophoro Luthardo*, qui totam illam diſputationem à Schulero Friburgenſi ſacrificulo impetitam ſolidè vindicavit. Videatur & *Bucer*. præfat. in Johannem. Placet audire teſtimonium adverſarij, hominis Pontificij, *Jacobi Monaſterienſis*, ſacrificuli Solodurenſis, qui diſputationi Bernenſi interfuit, & de ea in Epiſtola ad Clariſſimum Jurisconſultum, Dominum Sigiſmundum de S. Trudone, Canonicum & Cuſtodem inſignis Collegij apud S. Victorem Moguntiæ: *Salus per Chriſtum! Mirari te exiſtimo, quidnam acciderit, quòd ſerò adeò ad vos ſcri-*

bam; cauſam fuiſſe ſcito, conciliabulum vel diſputationẽ Lutheranorum vel potiùs Zuinglianorum hæreticorum Bernæ habitam; utcunq; n. negotia urgerent, præſertim Canonicatus apud Divum Mauritium, quem ante bimeſtre tempus, germanus meus militans inter latrones, Romæ mihi impetravit (militum enim, quam Cardinalium modò opera mihi utilior Romæ fuerat) utcunq; enim hæc & alia negotia me urgerent, ſubſiſtere tamen libuit, videréque quò evaſura eſſet rabies, & quàm curæ eſſet Epiſcopis noſtris Eccleſia. Sed quid dicam? Querimur partim de dexteritate hæreticorum, partim de conniventia Principum, permulti etiam fata incuſamus: Sed quodequidem dicere ſoleo, veriſſimè in his hæreticorum Comitiis comperi, ruunt res noſtræ, ſolâ noſtrâ inertiâ, & quia literatos nullos noſtri coryphæi alunt. Effecerant quidam fidi nobis ſervatores Bernæ, & ij certè, apud quos hactenus ſumma rerum fuit, ut & Epiſcopi, quibus eſt Eccleſiæ in illorum ditione juriſdictio, additis etiam minis, ad ſuam diſputationem vocarentur. Sed nullâ aliâ ſpe, quàm ut eruditos adducerent illi, qui hæreticos confutarent. Sed quid? Nemo illorum vel ipſe venit, vel eruditos miſit: Gallos quoſdam miſit Lauſannenſis Epiſcopus, ſed antequã congrederentur, revocavit eos: Venit poſt aliquot dies Auguſtinianus quidam frater, provincialem

lem ſalutabant, ac Tragerinum vocabant, ſed loquentiæ aliquid, eruditionis ac eloquentiæ nihil in eo deprehenſum eſt, ubi enim Scripturæ exigebantur, abire maluit quàm diſputare: Equidem in eo nihil vidi quàm Monachum frontoſum, licèt alij neſcio quid de ipſo prædicent. Clamoſior ãlius, ſed nequaquam doctior dominicaſter per dies aliquot ſtrepuit ex Scripturis, ſed quàm feliciter, hinc conjice; probaturus, Pontificem quoq; eſſe caput Eccleſiæ, adduxit id, à Petro eum accepiſſe, qui ideò à Domino vocatus fuiſſet Cephas, caput, ſic enim ſe legiſſe ajebat in vocabulariis. Vide quales habeamus propugnatores, & adhuc miramur, vulgò nos contemni, & paſſim multos à nobis deficere? Diſputârunt præterea tres aut quatuor ſacrifici cum quodam ludimagiſtro, quem Literam vocant, non malus homo, ut videbatur, quique unus plus ſtudij præ ſe ferebat, defendendi Eccleſiam & ſcripta Patrum, quàm quot fuerunt in illis Comitijs. Sed deerant vires. A Fabro noſtro, Eccio, Roffenſi, quæ tu ſcis omnia nequaquam tam firma aut arguta, ut oportebat, in hæreticos congeſta, diligenter proponebat. Sed Prælatorum & Capituli Bernenſis audi conſtantiam, cùm, uno aut altero excepto, nemo eorum non agnoſceret blaſphemos illos hæreticorum articulos, omnibus tamen ſubſcripſerunt ſinguli, idque in Capitulo congregati, tantùm quòd indoctæ beſtiæ nihil poſſent hæreticis objicere, ſi cordati fuiſſent,

iſſent, vel mediocri dexteritate præditi, ita valebat adhuc factio noſtra Bernæ, ſi nihil aliud, ut in annum usque potuiſſent diſputationem extrahere; ſed hic decet nos pœnas dare contemtarum literarum, & neglectûs ſtudiorum. Horum verò inſanum conſilium ſecuti ſunt in ditione Bernatium Monachi & ſacrifici; habent autem parochias trecentas & quatuor, præter ditiſſima cœnobia & collegia fortè plus minùs triginta, in fide Eccleſiæ perſeverantia. De hæreticis fortè cupis ut ſcribam: Sed quid mihi & tibi cauſam ingeram doloris? Scribam de paucis: Facilis illis pugna fuit, cùm nulli inſtructi ſtarent coràm antagoniſtæ; ita paratos non vidi, quin, ſi dexteri homines adfuiſſent & in Scripturis verſati, ſi non in omnibus ipſos viciſſent (quis enim vinceret quovis Corinthio ære loquaciores, præſertim cùm noſtra omnia non apertè ex Scripturis probari poſſint) remorati tamen fuiſſent in dubio illorum conatus. O ſi vel unus Eraſmus commiſſus illis fuiſſet! Vide enim ſæpius de reſponſionibus inter eos non convenire, vidi, anxiè alij alium quid diceret ſuggerere, vidi de germano quorundam locorum ſenſu hærere: Ita inſtructo & dextero diſputatori aptiſſimæ anſæ fuiſſent confundendi illos, authoritatisque adimendæ illis, atque ita vaſtationem, quam invexerunt, revocandi. Quanquam autem, ſi viros hæretici contra ſe habuiſſent, cautiùs ſua egiſſent

ſent, ſuntque admodum quidam eorum, qui ut ſolùm Zuinglij vehementia, tantum irâ excitari potuerunt, admodum enim continuò fervebat, & uſui nobis fuiſſet, & decorum, atque authoritatem illius imminuiſſemus, doctior tamē hæc bellua eſt, quàm putabam. Naſutus Oecolampadius in Prophetis illi & Hebræa Linguâ præſtare videtur, ſi nihil illi ubertate ingenij & exponendi perſpicuitate, tamen in Græcis, ſi non major, par illi. Quid nunc impoſtor Capito valeat, non potui dijudicare, pauca enim loquutus eſt? Plura Schnaffanicus Bucerus, qui, ſi eruditione & Linguarum ſcientiâ par eſſet Zuinglio & Oecolampadio, nobis magis metuendus eſſet, ita difficilè commovetur beſtiola, & ſatis luculenter ſua proponit, ſed quid? Iniquiſſimè vides rem noſtram comparatam coram exercitatiſſimis hæreticis, unus aut alter latravit ſacrificulus, qui vigiliis canendis, non diſputando erant exercitati, & bonus ille Ludimagiſter Litera, ſanè parum literata. Quem autem eventum habuit diſputatio? Cùm diſputatio finita eſſet 25. Jan. utriusque Senatûs decreto conſultum eſt, ut omnes aræ, miſſa, & quicquid cultûs Divini & ceremoniarum eſt Eccleſiæ, in oppido Berna, & omnibus vicis & pagis, ipſorum Imperio ſubjectis, ubi non major populi pars id ferat, eliminentur nec unquam recipiantur; O tempora! O mores! O noſtram ſocordiam! Quàm facilè potuiſſet hoc malum caveri,

veri, ſi ſtudiorum quàm ſcortorum Epiſcopi noſtri amantiores eſſent. Sed dices, nulla ne ſpes, hos nefarios hæreticorum conatus refringendi? Certè perpauca. Noſti ferocitatem hujus gentis, quam nihil aliud ſubvertit, quàm quòd nemo adeò idoneus contra hæreticos prodire fuit auſus. Lucernani cum primoribus Pagorum aliquot, ſedulò ſanè navârunt operam, ſeduliorem certè quàm omnes Epiſcopi, ut iſta impedirentur. Sed dum malis adeò defenſoribus noſtræ partes apparuerunt, rudis plebs nudos quoq; veritate arbitrata eſt, viciq; pars major minorem & melı em. Nam Tigurini omnia poſſunt apud illos, quos ſcis, & exercitatiſſimos eſſe dolis, & incomparabili pertinacia. Quid nunc facient alij? Senatum quoque Baſileenſem ſcis, metu plebis ſuæ, quam incantat Oecolampadius, non tam eruditione quàm hypocriſi ſua, nihil poſſe. Id paulò poſt uſu veniet & aliis: Unum equidem timeo, paulò poſt Helvetios æquè Pontificis excuſſuros jugum, atque excuſſerunt jam pridem Cæſaris, & utinam Conſtantia & aliquot civitates Imperij non ſequantur exemplum. Res Cæſaris ferè ſic ſe habent in Italia & Regis Hungarorum in Hungaria ſicut Saxonia, ut fruſtra in præſenti ab ipſis ſperemus hæreticos opprimendos. Niſi nos exſcindi volumus, ad eas artes nobis confugiendum eſt, quibus primùm crevit Eccleſia, eruditionem & mores aliqua ſaltem ſpe laudabiles.

Sed

Sed de his ſatis. Domino Zebelio da has legendas & conjunctas his da Domino Leiſtro, hortaréque, ut rem meam amet diligenter. Dominum Rodolpum dic penſionem Lauſannenſem ad Francofurtum emporium exſpectare. Saluta amicos & commenda me Dn. Decano. Vale feliciter cum tua Hildegarde, & puſillo Julio. Soloduri 29. Januarij. Patet Hinc,

1. *Clerum Romanum nec Scripturæ, nec bonarum literarum fuiſſe ſtudioſum.* De hoc enim author ita conqueritur, ut vel hinc maximam accepiſſe cladem fateatur Diſputatione Bernenſi Clerum Romanum 2. *Impietate vitæ adeò Clericos fuiſſe infames, ut ſcortorum quàm ſtudiorum fuerint amantiores.* Et certè, quæ facies fuerit, tempore Reformationis, in territorio D. D. Bernenſium, Eccleſiæ, ex monumentis domeſticis, meritiſſimus indicat *Luthardus* P. I. pag. 64. Non libidini tantùm Epiſcopi fuerunt dediti, ſed acceſſit quoque vitium *ſuperbiæ* (authoris citati retinere placet verba) *& avaritiæ, de quibus hiſtoria loquitur, quòd Anno MC. D LXXVII. uterque Epiſcopatus Conſtantienſis & Lauſannenſis duobus Epiſcopis fuerit implicatus, & totus Clerus tam immodeſtè & turpiter vixerit, ut Politicus Magiſtratus coactus fuerit effrenatos iſtos hominos legibus publicis coërcere. Hoc verò parùm feliciter, erant enim incurabiles.*

Nam

Nam anno 1489. magna cum pietate & Zelo denuò nequitiam Clericorum corrigere fuit coactus Bernenſis Magiſtratus; Chronica dicunt der Geiſtlichen Ertzbuben/ *nequiſſimorum nebulonum vitam. Unde manifeſtum, totum ſtatum Eccleſiaſticum fuiſſe corruptiſſimum, Epiſcopos verò aut negligentiſſimos in officio, aut iisdem vitiis ita implicatos, ut reliquos corrigere auſi non fuerint. Hinc ſacrificulorum meretrices eodem Zelo ex territorio ſuo ejecerunt Bernates, quas magno numero alebant ſacrificuli, cum ſuorum auditorum maximo ſcandalo: eas, quæ abire nollent, in carcerem conjecerunt, ex quo tamen ſacrifici aliquas, quòd absque illis vivere non poſſent, pecuniâ redemerunt. Ita totus Clerus ſcortationi & ebrietati vacabat, qua ratione autem hi vitioſi ſacerdotes officium ſuum in Eccleſia præſtare potuerint, penes lectorem judicium eſto. Quod verò in genere à me dictum, etiam ſpecialiter de ſingulis confirmare difficile non eſt.*

De Dominicanis in urbe noſtra frater Jezzer, & ipſe Dominicanus, hæc apud Ampliſſimum Magiſtratum depoſuit: Ego unâ noctium inveni Priorem, Sub-priorem & procuratorem unà congregatos ac ſeculariter indutos ſerico, ſedebant cum mulieribus vino & carnibus indulgentes. De Subpriore denuò: Sub-prior Franciſcus Ultſchi, arte necromantia facere novit, ut mulie-

lier, quam manu ſua contrectare poteſt, voluntati ſua obſequatur. Et certè hoc monaſterium inſigniter fuiſſe corruptum, inde colligere licet, quòd hiſtoria habet, Anno 1449. *alios Domincanos Norimbergâ, & ex aliis locis, Bernam veniſſe, qui appellati pij Prædicatores, abſtinentes à mulieribus & eſu carnis. Quæ procul dubio dicta ideò, quòd Dominicani Bernenſes tales minimè fuiſſent. Interlacenſes monachi tam impiè vixerunt, ut monaſterium eorum dictum fuerit impudica ſchola vitiorum. Quo circa Magiſtratus Bernenſis ſuum Secretarium, Frikerum, Romam miſit, ad impetrandam licentiam à Pontifice, ut reformare poſſent homines improbos ſecundùm regulas Auguſtini; ſed paulò poſt pejores redditi fuerunt, adeò in nequitia callum obduxerunt, unde ad annum* 1449. *dicit hiſtoria; Bernates moleſtias plurimas & incommoda ſuſtinuiſſe propter monachos, eò quòd bona Eccleſiaſtica dilapidârint, & quotieſcunque remedium adhibitum ab ipſis, nihil tamen proficere potuiſſe. Hoſpitalarij ad Spiritum S. quorum hoſpitium extra urbem erat ſitum, in perpetuis rixis, contentionibus & comeſſationibus vixerunt. Pauci, (nam habebat magiſter hoſpitalaris tantùm duos Sacerdotes) ſpatio unius anni, ſedecim dolia vini, quorum unum quodque* 300. *menſuras continebat, evacuârunt. Quæ cauſa fuit, quòd Sapientiſſimi Bernates ad illius ordinis*

Vicarium in Stephans-felden *ſcripſerunt, niſi corrigere velit hos Bacchi ſocios, ſe eorum ædes, ſumptibus civium extructas, abolituros eſſe, neque enim ferre poſſe amplius tot ſcandala, quibus populus Bernenſis ab his parum ſpiritualibus hominibus, magis magisque, corrumpatur.*

Ad Abbatem Erlacenſem Senatus Bernenſis has monitorias miſerat: Ad aures noſtras pervenit inordinata & contaminata quorundam fratrum conventûs veſtri vita & converſatio, tam intra quàm extra monaſterium veſtrum, imprimis conſuetudo cum meretricibus, uſque adeò, ut peſſimo exemplo ſeducant multos ex plebe. Quocirca, niſi vitam veſtram emendetis, conabimur, authoritate & auxilio ſpiritualium magiſtratuum, ita rem veſtram tractare, ut juſta ira noſtra erga vos inde luculenter innoteſcat; date ergo operam, ut officio veſtro rectè fungamini, & à DEo mercedem ſuo tempore reportabitis. Siccine oves paſtores ſuos in viam planam deducere; pabulum ſalutis præbere debuiſſe? Omnino, idque aliquoties.

Nec tantùm Patrum & Fratrum cœnobia pervaſit impietas, ſed etiam adeò ſpiritualium ſororum monaſteria occupavit, quod inde addiſcere licet, quòd Anno 1482. *Abbatiſſæ duæ in* Trüb *&* Gotſtatt/ *& Præpoſitæ duæ in* Wangẽ *&* Buchſĩ *ex territorio Bernenſi ejectæ fuerint. De ſororibus Monaſterij Regio-Campenſis majus ſcã-*

dalum, quæ nec mandatis Superiorũ, nec minis coërceri potuerunt, tanta earũ fuit laſcivia carnis. 3. Inſigne eruditionis & dexteritatis encomium tribuit Reformatoribus Zuinglio, Oecolampadio, Bucero, quos Epiſcopis, & ſacrificulis multis paraſangis author præfert. 4. Falſum eſſe, quod commemorat author, effeciſſe eos, apud quos ſumma hactenus rerum Bernæ fuit, ut & Epiſcopi, quibus eſt Eccleſiæ in illorum ditione jurisdictio, additis etiam minis, ad ſuam diſputationem vocarentur; ſed nulla alia ſpe, quàm ut eruditos adducerent illi, qui hæreticos confutarent. Quanto enim (vix uno & altero ex Proceribus excepto) deſiderio & diſputationem ipſam, & Zuinglij in ea præſentiam urſerint, & optatum totius negotij ſucceſſum optârint, ex Epiſtola Halleri ad Zuinglium, ſuperiori Tomo VI. p. 326. inſerta, patet.

L. *Ulmenſis.* Quum a. 1531. Magiſtratus Ulmenſis, qui jam ab a. 1523. Evangelium prædicari audierat, ad ſe reformatum plenius, evocâſſet *Oecolampadium, Bucerum, Blaurerum, Zimbrechtum* & quendam *Bartholomæum* Biberaco, hique capita doctrinæ in octodecim ferè thematibus comprehendiſſent, ex urbe & agro convocârunt paſtores ſacerdotéſque, numero centum & triginta, quibus illa offerrent exami-

 nanda:

nanda: ubi poſtquam unus & alter ad diſputationem prodiiſſet, nemo autem adferret aliquid, nedum dicta themata everteret, Ulmenſes, editis Colloquij iſtius Actis, XVI. Junij, & ſequentibus, volente populo, miſſam, imagines, feſta, & reliquum Papiſmi apparatum abrogârunt, editis facti ſui publico ſcripto rationibus. Vid. ſuprà *Tom.* VI. p. 571. &c.

M. *Genevenſis.* A. Ch. 1534. Senatus Genevenſis diſputationem haberi voluit inter *Farellum*, *Viretum*, & *Furbitum* Dominicani Ordinis Theologum, hominem dicacem & turbulentum, præſentibus Bernenſis Reipublicæ Legatis, in pleno 200. Virorum Senatu, de poteſtate Eccleſiæ in ferendis legibus, de authoritate Pontificis Romani, de traditionibus, & aliis id genus capitibus controverſis: Ubi Furbitus ad incitas redactus, damnatus ad palinodiam, ſed quam illudens, à Senatu in carcerem conjectus fuit. Año ſequente à Senatu facultatem diſputandi publicè impetravit (rem promoventibus Farello ac Vireto) *Jacobus Bernardus*, Cœnobiarcha Franciſcanus jam converſus, ſcripsitque themata de Juſtificatione &c. Super quibus diſputaretur in diem 30. Maij, invitatis eò nõ Genevenſibus tantùm, ſed & Lugdunenſibus

ribus &Gratiano politanis,& quibuscunq; Veritatis indagatio curæ cordique eſſet. Oppoſuerunt pro parte Pontificia *Carolus*, Sorboniſta, & *Chappuſius*, Dominicanus, protractáque in multas hebdomadas diſputatio,ubi felix ille diuturnæ iſtius dimicationis eventus fuit,qui non alibi, ut non ſolùm antagoniſtæ illi, raro certè ingenuitatis exemplo, manus veritati dare,& ab illa victos ſe palàm teſtari, atque prædicare eandem lubentes voluerint,ſed per urbem ſubſequuta communi omnium applauſu votísque reformatio ſit, cujus, ad hunc annum,monumentum literis bicubitalibus ære inciſum,valvas Curiæ pertuum extare Genevenſes voluerunt. Legi de hiſce poteſt elegantiſſima *Spanheimij* Oratio, *Geneva reſtituta*, atq; *Benedicti Turretini*, Theologi Genevenſis Epiſtola ad *Sculterum* ſcripta, quam is ſuis Annalibus inſeruit *Decad.* II. pag.431. ad ann. 1534. Confer eundem, ad annum ſequentem p. 468. ubi reformationis Genevenſis Hiſtoria ordine recenſetur.

N. *Colloquium VVormatienſe*,quod ſuis tamen gradibus ſive interſtitiis fuit abſolutum: Inchoatum fuit Haganoæ, poſtea multis de cauſis Wormatiam, (*Sleid.* lib. 13. pag. 153.)denique,cùm Principes Im-

perij plerique Ratisbonam veniſſent, eò erat translatum. Ubi etiam, ex Imperatoris diſpoſitione, per Principem Palatinum Fridericum, ad colloquium fuerunt deſignati Julius Pflugius, Johannes Eccius, Johannes Groperus, Philippus Melanchton, Martinus Bucerus, Johannes Piſtorius, ut dogmata controverſa tractarent, & poſt ad Sc, Principéſque referrent. Vigeſimo ſecundo deinde Aprilis die, vocatos ad ſe, multis verbis graviter monet, ut in hujus cauſæ tractatione nihil tribuant affectibus, ſolùm gloriam Dei reſpicientes. Illi verecundè ſeſe excuſant, & ut alii magis idonei conſtituantur, petunt omnes, præter Eccium: Is enim paratum ſeſe dicebat, & inſtructum. Granvellanus poſtea librum deſcriptum illis exhibet, quem Cæſari dicebat eſſe traditum à quibusdam viris bonis & doctis, velut ad futuram conciliationem idoneum. Eccius autem impatiens mox & moroſus, librum faſtidiebat, & ſocios collegas minimè probabat, & aliquantò poſt in febrim incidit, ita quidem, ut intereſſe non poſſet: adibant tamen eum ſocij, déque rebus omnibus conferebant. Exhibiti verò libri loca quædam, de communi conſenſu, per colloquium fuerunt emendata, de quibusdam convenire non

potu-

potuit, *de Eccleſia, ejúsque poteſtate, de Sacramento corporis & ſanguinis Chriſti, de peccatorum enumeratione, de ſatisfactione, de unitate & ordine miniſtrorum Eccleſiæ, de ſanctis, de Miſſa, de uſu integri Sacramenti, de cœlibatu.* Redditus itaque Cæſari fuit liber, ſic, ut erat, emendatus & ſimul proteſtantium Theologorum ſententia ſcripta, ſuper iis, quæ enumerata ſunt, dogmatis controverſis. Fuit hoc ultima die Maij. Cæſar & ſtudium illorum laudat & gratum habet, & ſi fortè res deinceps ita poſcat, ut conſimilem diligentiam atque voluntatem adferant, hortatur. Octava deinde Junij die, in conſeſſu Principum & Ordinum, refert, quid actum, & quousque facta ſit progreſſio: Colloquutores egiſſe rem diligenter & conciliâſſe multa, nec illa quidem levia doctrinæ capita: de cæteris verò, quæ nondum conciliata ſint, Proteſtantium Theologos, quid ſentiant, aperuiſſe. Pòſt, utrumq; ſcriptum illis exhibet, & ut quamprimùm deliberent, mentémque ſuam in utroque demonſtrent, ad[illegible], ut diſpiciant, quomodo ſtatus Reipublicæ tam Civilis quàm Eccleſiaſticus emendari debeat, petit: Se quidem nihil in eo præteriturum, neque dubitare, quin Legatus etiam Pontificius eò propendeat. Senatus Principum,

magna ſui parte conſtat ex Epiſcopis: Itaque vicit eorum numerus, qui & librum à Cæſare propoſitum, & actionem omnem colloquij rejiciebant, ejúsque rei ſententia ſcripto comprehenſa fuit aliquanto duriùs: Cùm autem Electores & alij nonnulli Principes, Reipublicæ ſtudioſi, non aſſentirentur, conceptum fuit aliud ſcriptum, & altera die Julij oblatum Cæſari, quem in eo monent, ut, tanquam Advocatus atque defenſor Eccleſiæ rem omnem cum Legato Pontificio communicet, juxta decretum Haganoicum, illa præſertim capita, de quibus inter colloquutores conveniſſet: útq; diligenter expendatur, an in iis aliquid ſit, quod vel ſententiâ vel verbis pugnet cum doctrina ſanctorum interpretum, aut etiam cum Eccleſiæ conſuetudine; Deinde, ſi quid obſcuriùs dictum ſit, ut explicetur, útque ſuam poſtea mentem, quid conſilij ſui ſit, ad Ordines ipſe referat, & cum Proteſtantibus agat, ut in reliquis dogmatis controverſis erudire ſeſe patiantur, vel ſi hoc impetrari non poſſit, ut tum vel publici, vel Provincialis Germaniæ Concilii authoritas interveniat. Sed cùm Imperator id potiùs intenderet, ut partes diſſidentes reconcilaret, quàm ut reformationem ſuaderet, à Principibus verò impetrari illud non

non poſſet, tandem decretum fecit ac recitari juſſit Julij die vigeſimo octavo. Colloquium doctorum & actionem omnem refert ad Concilium, ad conventum Germaniæ totius, vel Ordinum Imperij: Sua ir profectione per Italiam, de Concilio promittit acturum ſe diligenter cum Pontifice, & ſi neque generale neque Provinciale poſſit obtineri, Conventum Jmperij ſe denuntiaturum ait intra 18. menſes, religionis componendæ cauſa, & daturum operam, ut eò quoque Pontifex Legatum aliquem mittat: proteſtantibus mandat, ne quid præter conciliata dogmata novi ſuſcipiant, Epiſcopis autem, ut ſuas Eccleſias à vitiis repurgent. Erant in decreto capita quædam alia, de non diruendis monachorum templis, de non intervertendis bonis ſacris, de non ſolicitandis aliis ad diverſam religionem, de jurisdictione & perſonis Cameræ: Cùm autem Proteſtantes ea minùs probarent, Cæſar eis privato quodam ſcripto, quid ſuæ mentis eſſet, in eo ſeparatim declarat. In dogmatis nondũ conciliatis nullum ſe modum ipſis præſcribere: Monachorum Collegia non diruenda quidem, ſed tamen illos ad piam emendationem eſſe revocandos: Eccleſiaſticis utrobique proventus cuique ſuos annuos eſſe

permittendos, nô habita ratione diverſæ religionis: neminem alterius ditionis ad ipſorum religionem oportere pellici, multò minùs hoc nomine defendi, ſed tamen licere, ut recipiant, ſi quis ultrò velit ad ipſos tranſire: Præterea decretum Auguſtanum, quod ad religionem pertinet, & lites omneis, de quibus ambigitur, an ſint religionis, nec ne, ſed & proſcriptiones, nominatim verò Goslarienſem, publicæ quietis cauſa, donec aliquo vel concilio vel conventu res cognoſcatur, ſuſpendi & à Camera neminem repudiari propter diverſam religionem, & æquabile jus omnibus reddi jubet. Acta Colloquij diligenter conſcripſit *VVolphgangus Muſculus*, Notarius tum conſtitutus, quæ ex authographo deſcripta inter alia habeo κειμήλια, cum variis Celeberrimorum, de ſcopo & intentione colloquii, Epiſtolis & judicijs. Et quia, quantum conſtat, ἀνέκδοτα hæc omnia ſunt, ut quàm inſidioſus ille multis fuerit viſus conatus, quamque præſens ingreſſi ſint diſcrimen, qui articulis ab Imperatore oblatis conſentire, adeóque pacem inire voluerunt cum Pontificiis, conſtet, operæ pretiû erit, fragmentum *Epiſtolæ Zuickij*, ad *Martinum Bucerum*, de tractatione illa audire: *Præterea* (ſunt verba Zuiccij) *commendaveras nobis*

Hul-

Huldricum illum Chelium, quem deinde vidimus. Dedit autem nobis legenda conſilia, unum Hedionis ſcilicet, Philippi & Tuum, quibus lectis, in conſilium vocavi Thomam conſobrinum, & Conradum Germanum fratrem. Non enim mihi ſatis fido, plerumque conqueſtus ſum illis, hæc conſilia mihi non per omnia probari, neque in animo habere, ut iſtis ſubſcriberem, quod non diſplicuit. Qua de re Thomas piiſſimo animo vir, jam ad Te, cui per omnia ſubſcribo, admonens & exhortans Te, per Jeſum Chriſtum (ſi modò non eſt indecorum, ut ego omniũ indoctiſſimus Te moneam) ne nimium Tibi fidas. Non enim ignoras lapſus doctiſſimorum quorumvis veterum & novitiorum. Nónne Lutherus miſerè lapſus eſt? Cujus nomen apud omnes ferè nationes exoſum eſt, ſacramenti occaſione, quanquam non apud ſuos, ſic vereor ne tuo quoque nomini deceſſurum ſit, poſtquam DEUS Te extulit, jamque Doctiſſimorum omnium veluti Principem conſtituit. Jam enim ex Uberlinga, Merſpurgo, atque aliis hujus farinæ locis audimus, jactari concordiam quandam, Buceri, Philippi & Lutheri cum Pontifice. *Et certè nonnihil turbarum apud noſtram Eccleſiam timeremus, ſi tandem reſciret, quæ dederitis Gallo iſti Germano conſilia. Mirum in modum gloriantur jam Pontificij quique, dicentes, etiam*

cum

cum noſtro Epiſcopo eandem concordiam ineundam, ſcilicèt, ut authoritas Eccleſiaſtica penes illum ſit, modò ſinat verbū prædicari, quanquam facilè videamus qualis prædicatio futura eſſet, quæ nonniſi Epiſcopi authoritate fieret. Jactârunt ſe quoque aliquot ſacrifici, habere ſeſe articulos concordiæ meditatos à Bucero & Philippo. Nos jam ſcientes quid conſulueritis, ſuper modum timemus, ne tuum maximè conſilium non una tandem ratione nociturum ſit Eccleſiis noſtris. Was wöllend ihr darzu ſagen/ daß die Gelehrteſten under euch/woraus auch Martinus Bucerus, jetzund haltend/daß der Papſt wol möge ſeyn das Haupt der Kirchen? *Hæc Papiſtæ quidam ſacrifici in urbe noſtra ex profeſſo, noſtri quid reſponderint, non dicam. Mihi verò nemo hominum perſuaſerit, authore Pontifice bene habituram Eccleſiam*; Nonne ille homicida eſt Eccleſiæ? & quibus non coloribus tu quoque hunc hominem peccati depinxiſti? Tanſend und aber Tauſend werden ſeyn/ die ſich darum werden erwürgen laſſen/ ehe ſie ſolches annemmen/ daß ihr rathgeſchlaget haben. Wir werden auch/ ſorg ich/ erfahren/ zu was nachtheil es bey unſern Kirchen reichen wird. *Maximè ſi quid ceremoniarum abrogatarum reſtituendum eſſet. Sed vale mi obſervandiſſime Domine & Frater. Jam enim urget*

urget & abit nuntius, ut non poſſim verbum addere. Chriſtus Te ſervet Amen. 28. Jan. 1535. *Tuus Ioh. Zuicch.* His *Bucerus* prolixam de ſucceſſu totius rei oppoſuit Apologiam, quæ κατῤῥήδην ita habet: *Gratia & Pax, Viri in Domino obſervandiſſimi. Tantum verò abeſt, ut ego offendar libera veſtra admonitione, ut, ita me Chriſtus amet, mihi tales amicos & fratres unicè gratuler, qui ſic ingenuè, quod de rebus meis ſentiunt, mihi exponunt. Sed obſecro, ita, ut me liberè admonuiſtis, nec minùs amicè, ita & amico & indignationis in me tantiſper libero animo, meam & legite & examinate defenſionem. Id poſcit cùm rei tantæ religio, tum officium amicitiæ plenæ, hoc eſt, Chriſtianæ. Nam credite mihi, hodie nulli vivunt, quos equidem minùs ferre poſſim quàm mihi iratos.* Primùm autem obſecro per Chriſtum Dominum noſtrum, cui Pater non Germaniæ aliquot angulos, ſed gentes univerſas, cunctáque climata orbis in poſſeſſionem tradidit, percipite probè & religiosè judicate, quid me quidem, ut iſta Gallis reſponderem, moverit. *Credo eisdem motos ſymmyſtas & συμφερόμονας. Verùm illi pro ſe reſpondeant. Sunt optimi quidam, & veris probati teſtimoniis Chriſtiani, in aula regis, qui cùm aliis rationibus non poſſint hactenus regem eò mitigare, in noſtram, imò Chriſti cauſam, conati ſunt, ut de nobis teſtificarentur, nos nihil æquè*

atque

atque cauſa noſtra judicium, & quidem graviſſimum expetere, tum nequaquam velle immutata ſemel omnia, ſed ea tantùm, quæ religio ſit ferre, quicquid in Eccleſia unquam profuerit, ad inſtaurationem pietatis, id, ſi eadem ratione uſurpetur, nos nunquam improbaturos.

Iſta Rex cùm excusâſſet, ne arma in nos Pontifici polliceretur, voluit poſtea coràm per nos ipſos quoque certior reddi. Miſſus itaque Chelius eſt primùm VVittenbergam, deinde & ad nos, & ad alios: dedit Philippus reſponſum, quod vidiſtis, fateor, maluiſſem quibuſdam in locis cautiùs. Verùm cogitabam, illum voluiſſe tam multa largiri, *ut Galli æquiores cauſa validiùs etiam Pontificis conſiliis obviarent, cujus ſententia eò emineret magis obſtinata impietas, quò nos illi, ſi Chriſti modò regnum admitteret, plura concederemus. Non enim Pontifex jactare poteſt, idque ulla ſpecie veri, aut ſuſpicione probabili, nos detrectare, quæ ſubire ſuadeat vera pietas, ſtante, iis, quæ Chriſti myſterium nondum tenent plenius, fidem facit nos agitari ſpiritu ſeditioſo. At cùm ipſi nos ad omnia ultro offerimus, quæ poſci à nobis ullo jure poſſunt, prodat ſe Pontifex neceſſe eſt, dum nos extinguere quærit, priusquam in Concilio cauſam dixerimus, reformationémque Eccleſiæ ipſe admiſerit juſtam. Huc ſpectâſſe Philippum divinabam, & ſic habere, rem ipſe poſtea faſſus eſt. Nulla*

nec

nec mihi, nec illi unquam inceſſit ſuſpicio, Pontificem admiſſurum de reſtitutione Eccleſiæ aliquam ſeriam commentationem, vel per paucos privatim coëuntes, vel publicitùs per ſynodum. Quum autem *perpetuò ex nobis cauſas quærat negandæ ſynodi, ut quæ judicata pridem ab Eccleſia, & Viris Sanctiſſimis obſervata, idque verè piis, convellamus, hunc ei prætextum auferre voluimus, & palàm facere, illum nihil aliud agere, quàm ut in iſta ſe ac ſuos tyrannide luxúque perditos tueatur, & intentatam á Monarchis, maximè Cæſare, ſynodum, eum favore Monarcharum avertat, tum ope illorum & exoriens iterum regnum Chriſti apud nos opprimat, & ab aliis regnis arceat. Sed conſilium hoc Philippi & meum forſan nulli improbaveritis, húcque entendum conceſſeritis, ut Pontificis conſilia, quàm ſint impia & crudelia, omnibus manifeſtum fiat, & fides bonis ubique confirmetur, á nobis nihil quàm regnum Chriſti quæri,* nullam intempeſtivam novationem, multò minùs ſeditionem, aut ullam rerum perturbationem; interim autem damnabitis, quòd iſthuc moliti utrerque ſimus concedendo quæ concedi per pietatem non poſſint, idque inconſultis & Magiſtratibus noſtris & ſymmyſtis. Profectò iſthuc ubi legi, videri vobis Patroni & fratres obſervandi, non parũ animo perturbatus ſum, curavi reſponſa illa è veſtigio

veſtigio mihi relegi, expendi ſingula, & (ferme æquo animo ita ſentientem, dum diverſum mihi vel vos, vel ipſe mihi perſuadere queam) ita me Chriſtus amet, ſi hodie ipſi Pontifici reſpondere deberem, non video quicquam de hiſce capitibus reſpondere aliud, quàm quod reſpondi, niſi quòd ad illum acriorem cenſerem adjungendam eſſe tam portentoſæ ac infinitæ impietatis objurgationem. *Magnopere optârim ea loca nominatim indicâſſetis; in quibus tanto periculo, plura quàm ferat religio, conceſſiſſe videamur; tum rationes veſtras, cur vos cenſeatis, in iis nos de via deceſſiſſe.*

In utramque certè partem, ex indubitato Dei verbo judicandum, eoque uno nitendum eſt, tam in eo quod Eccleſiis aliis neges, quàm quod concedes. Urget ſemper me quòd Chriſtus Eccleſiam ſuam, & per alias provincias habet diffuſam, & nos, nec ipſos nos, nec majores noſtros, ante reſtitutam nobis iſtam Evangelij Lucem, fuiſſe absque Chriſto agnoſcimus, & ſi non diffiteamur, ſuper hocfundamentum, unicum nimirum, multum fœni, ſtipulæ, & lignorum ſuperædifiatum fuiſſe,

Thoma, mi Patrone, Vir obſervande & verè religioſe, unum hoc objicis explicatiùs, quòd videmur illis noſtris reſponſis admittere con-

conciliationem noſtrorum cum Pontifice; *Ob id enim, ſcribis, te metuere à noſtris reſponſis, quòd nulla ſit communio lucis cum tenebris.* Hîc, obſecro, perpendas, quid ego caverim, capite reſponſi mei, ſic enim ordior: *Concordia vera Eccleſiæ, non poteſt niſi inter eos conſiſtere, qui ſunt de Eccleſia, qui Chriſto verè credunt, & cupiunt facere voluntatem Patris, etiam bonis operibus.* Nihil igitur communionis induco luci cum tenebris. Præterea, paulò poſt, ſubjicio de Epiſcopis, à ſpinis ficus quis colligat? *Excludo non ſolùm ab hac Eccleſiæ concordia, de qua reſpondeo, ſed etiam à collatione & conſtitutione rerum Eccleſiaſticarum, quotquot non vita ipſorum probat, natos eſſe ex DEO, & de quibus viri boni non poſſint ſibi polliceri, quòd quærant Dominum ſinceriter.* Moneo denique, ab iis, qui vitam vivunt ſimilem pſeudoprophetis ac pſeudapoſtolis & hæreticis, ab his metuenda eſſe, quæ illi olim deſignârunt. Iſta autem, optimi viri, dum ſtabunt, quid quæſo à reſponſo noſtro de Eccleſiarum concordia metuendum? Atque hæc eò præmiſi, *ut præmonerem, ad quos velim pertinere, quæ ſubjicio.* Non modò nihil volo paciſci aut ullam inire concordiam cum iis, de quibus boni viri non poſſ[?]nt, ſibi polliceri quòd quærant Dominum ſinceriter, ſed rejicio

Vu tales

tales etiam à tractatione, & conſultatione de ejusmodi concordia inſtituenda.

Porrò, *ne viris quidem Chriſtianis concedenda ſunt, quæ in univerſum non ædificant, & ſanctorum multa ſemper infirmitas eſt*: Verum. Sed videte, colendi viri; quæ præmiſi omnibus, quam dedi conditionem & legem. Ubi expreſsè adeò oſtendi, cum quibus judicem & concordiam Eccleſiæ iniri, & de ea deliberari poſſe, antequam particulatim de capitibus reſpondeam, ſic præfatus ſum: *A nobis nulla mora erit, quin certa Eccleſia DEI pax conſtituatur. Nam quicquid per DEum concedi poteſt, concedemus, quicquid ex placito DEI poterit rectè & ordine inſtitui, quæ priſci ſalubriter obſervârunt, quamlibet ſevera ea ſunt, quantum ad nos quidem attinet, reſtituemus.* Hic videte cautiones! *Quicquid per DEum concedi* poteſt: *Ex placito DEI* rectè & ordine inſtitui. Quæ *priſci ſalubriter* obſervârunt; *quòd cenſeam priſcos pleraque non ſalubriter obſervâſſe. Ex his fuiſſe arbitror, quòd cœlibatum tanti fecerint, & in legum & obſervationum, quæ à majoribus erant, vindicatione fuerunt ſæpe plus ſatis ſeveri. Quantum ad nos attinet,* intelligo nos verbi miniſtros, quia ſunt pleraque, quæ poſſent à nobis obſervari ſalubriter, quæ vulgo tamen Eccleſiæ imponi cum ædificatione non poſſent. Jam optimi & pientiſſimi viri, nihil arbitror vos non conceſſuros, natis ex Deo, qui id de ſe vita

vitâ teſtantur, quod per DEum concedi poſſit, nec recuſaturos amplecti, quæ ex placito Dei inſtitui queant rectè & ordine, ſed nec detrectaturos reſtituere, quæ priſci obſervârunt ſalubriter, quantum ad vos quidem attinet. Eccleſiæ tamen nihil obtrudi poteſt, quod non ſit & illi ædificationi. At hæc ſola ego concedi, amplecti & reſtituere volo: non erit ergo etiam ex hoc loco, ut videar conceſſiſſe non concedenda.

At verò dicetis: *Generalia & indefinita hæc ſunt, quæ per DEum poſſunt concedi, ex placito DEi inſtitui, quæ obſervata ſalubriter,* quæ tu poſtea, nominatim exprimens certa capita definis, certóque explicas, quæ per Deum concedi poſſe judices. Et hìc admittis ea, quæ nos non arbitramur per Deum admitti poſſe. Horum autem Tu, mi Thoma, nihil exprimis, Tu, Zeloſe Johannes, tria deſignas. *De Iurisdictione Eccleſiaſtica Epiſcopis reſtituenda, Primatu Papæ, & reſtituendis ceremoniis abrogatis.*

Viri religioſi, repetere hoc volo, nihil de capitibus hiſce nos reſpondiſſe, quod vel ſperemus vel ſuſpicemur fore, ut de illis cum Pontifice & Epiſcopis, quos hæc tempora vulgò habent, conſtituendum aliquid veniat. *Nam quis ſperat, illos ſic ſe ad DEum converſuros, ut viri boni de illis ſibi queant polli-*

ceri, quòd Dominum ſinceriter quærant, ut ipſi vita teſtentur, ſe natos ex DEo. At quia alij de eis hoc vel ſperant, vel patefacere volunt, per id quod nos profitemur, quantum talibus Epiſcopis concedere parati ſimus, nihil tale eſſe ab illis exſpectandum, non putavimus alienum à religioſis mentibus eſſe, reſpondere etiam ad conditionem impoſſibilem, ut apparet. Si efficere poſſem, vel *ſpem haberem* efficiendi, ut vel unus in India Chriſtianus tantùm à corporis periculo liberaretur, ſi reſponderem, qualem putarem Eccleſiam inſtituendam per me, ſi in Indiam venirem, quod tamen nunquam exiſtimarem futurum, charitas utique poſceret iſtuc non diſſimulare. Si apud Turcam probabilis opinio eſſet, unius tantùm Chriſtiani è vinculis eripiendi, ſi ego reſponderem, quid cenſerem Turcis omnibus in religione permittendum, ſi ſe feriò ad Chriſtum converterent, annon putaretis officium Chriſtiani poſcere iſtuc ingenuè reſpondedere? Ex vero enim nihil niſi verum deduci poteſt, & ſumus in eo tempore, cúm Evangelium prædicari debet omni creaturæ. Proinde non video, quid conſequi poſſit incommodi, ſi apertè & diſertè explicemus, *quid cuivis genti & ordine concedere*

cedere & permittere libeat, ſi illi Chriſtum velint verè recipere. At verò de iis nunc agitur, quæ putamus nos reliquis gentibus & Eccleſiaſtico ordini concedenda & permittenda eſſe, dato, vel per impoſſibile, vel per vix poſſibile, quòd illi regnum Chriſti ex animo velint amplecti. Et videtur forſan vobis, quòd ne bonis quidem tam multa largiri debeat, atque Philippus & ego largiti ſumus: de ſingulis ergo videamus ordine.

Et primùm *de Iuriſdictione Eccleſiaſtica.* Hujus ego Epiſcopis nihil concedo, quàm ut ſit regno Chriſti ſua politia, & præcipiendi authoritas (ſed hanc eſſe Epiſcopis, Chryſoſtomus diſertè negat in Epiſtolam ad Epheſ.) &, ut Epiſcopi poteſtate ſua tam Eccleſiaſtica, quàm profana (ſed unde profana poteſtas Epiſcopis?) utantur ad ædificationem Eccleſiæ. In his quæſo quid eſt, quod non quivis Chriſtianus agnoſcat concedendum? Sed Pontifex & Epiſcopi noſtri vulgò ſic ſunt, ut ne verbulo quidem ſignificari debeat, nos exiſtimare, vel minimam harum rerum illis credi poſſe. Et hoc non diſſimulavi initio & fine ſcripti mei. Initio hæc præmitto: *Jam quid vulgus Præſulum & Eccleſiaſticorum vivat, proh dolor nimis in aperto eſt. A ſpinis autem ficus quis colligat?* Sub finem verò hæc: *ut Romæ & alibi palàm*

vivitur, quis vel micam Chriſti habens non horreat, cùm de eo tantùm cogitat? Jam de hac tam confeſſa perverſitate, ne tantillum quidem immutatum ſuſtinere, & nos ſic interim execrari, devovere, & conari excindere funditùs, quid orbi pariturum ſit, ſancti cum dolore ſummo perſpiciunt. Iſta ſub finem omnium adjeci. Jam, optimi & candidiſſimi viri, removete paulisper illum veſtrum de meo conſilio motum, & judicate liberis animis. *Quum ego noſtra ætatis Pontificios & Eccleſiaſticos profiteor me agnoſcere ſpinas eſſe, idque patere manifeſtò ex eorum vita, cuius ratio habenda eſt, in permittenda juriſdictione Eccleſiaſtica*, quúmque ad finem teſter, eos ſic vivere, & id palàm, ut nemo non poſſit horrere, ſi modò de eo cogitet, qui quidem vel micam Chriſti habeat, quum tribuo denique illis, non ſuſtinere illos vel tantillum immutari de tam confeſſa perverſitate, nos verò interim execrari, devovere, conari ut funditùs excindamur, hinc quoque ſanctos perſpicere, magnum aliquod malum, judice Deo, accerſi orbi: Quum iſta, obſervandi viri, tam multis, tam clarè, tam ſeveriter, etiam de Pontifice & Epiſcopis vulgaribus teſtificor, & queror, *annon ſatis diſertè exprimo, mihi hos haudquaquam videri eos, cum quibus Chriſtiana conſtitui queat concordia, aut*

aut quibus aliquid eorum concedi, de quibus in hoc noſtro reſponſo diſputamus, ſed hoc ſolùm velle de nobis teſtari, *ſi miraculo DEus illos tales efficeret, qui regnum Chriſti quærerent,* nos paratos eſſe, nos, inquam, miniſtros verbi *congregatos,* non vos R.P. nec Eccleſias quidē, dare & largiri, quæ noſtro ſcripto exponimus. Hujus verò animi exponendi cauſam ſecundò dixi bonis inſervire, ut gloriam regni Chriſti propagent latiùs, & furorem ſævientium aliquantum mitigent.

Dicetis: *Philippus autem, cui tu ſubſcribis, non iſta cautione ſua poſuit:* Ita forſan videtur. At ille diſertè ſcripſit, *ſe politiam in Eccleſia requirere, ſed quæ intra ſuos fines maneat, vult Epiſcopos ſua poteſtate non abuti, definit verum uſum, vocatos ad miniſteria explorare & ordinare, judicia Eccleſiaſtica exercere, inſpicere doctrinam ſacerdotum, & ſalvam curare, atque, ut in Eccleſiis tradatur fideliter.* Hæc obſecro, quíd aliud quàm mera beneficia ſunt in Eccleſiam Chriſti, & neceſſaria quidem? Jam ſi, qui modo Epiſcopi vocantur, iſta præſtarent, quis non illis debeat gratias? tam abeſt, ut conveniat eis non concedere, ut his Eccleſiis commendentûr. Quod autem Tu, mi Joannes, ſomnias de quali loquamur Epiſcopo: Illi, qui ſe hoc titulo, hac tempeſtate jactant, ita ſe habent, ut qui iſta, quæ Philip-

pus enumerat, veri Epiſcopi officia exſpectet, videatur petere à ſpinis ficus. Qui autē dicit, ſe ficus quærere, & eas arbores velle, quæ ficus ferant, hisque locum in horto ſuo dare ſtatuiſſe, is ſatis jam intelligitur, non velle ſpinas & dumos. *Quare cùm Philippus adeò diſertè explicavit, quam jurisdictionem cupiat reſtituere Epiſcopis, nullam ſanè, quæ non neceſſaria ſit Eccleſiis, non ſolùm ſalutaris, non video profectò, quid conceſſerit aut dederit, ſe indignum.* Is certè, qui iis, qui ſe medicos jactant, dicat ſe permittere, ut medicorum partes obeant, & vera morbis remedia adhibeant, hic, ut non permittit pro remediis admoveri toxica, ita etiam nullum in medicorum locum recipit, qui medendi ritè nullam habeat vel voluntatem, vel artem, aut facultatem, verùm id ſolùm quærit, ut perdat toxicis.

Sed recipient illi Epiſcopi *ſe munus ſuum legitimè adminiſtraturos, & nihil-ominus, cùm nos ſibi vindicârint, præſtabunt id quod hactenus.* Primùm, Chariſſimi Viri, quâ fiduciâ Chriſti nos illorum jugo ſubduximus, eadem id jugum non recipiemus, dum illi ſe nobis non exhibent, quos Paulus & ipſorum Canones *inſtructos* judicant, quibus Epiſcopi authoritas & officium credatur. Removeant primùm ea, quæ ipſos ipſorum Canones Epiſcopa-

ſcopali functione *privant*. Deinde declarent iis argumentis, quæ Scripturæ & Canonibus ſatis ſunt, ſe Chriſti regnum velle inſtauratum, id eſt, ejusmodi doctrinam, vitam, & Eccleſiarum curam exhibeant, quæ ab Epiſcopo jure requiritur. Hæc qui fecerint, his ſiquidem non gravabor me ſiſtere, ac ferre, ut meam doctrinam vitàmque excutiant, curam mei gerant, ſique quid delinquam, corrigant, id eſt, mihi ſe præſtent paſtores ac patres. At Philippus nihil aliud Epiſcopis largitur. Non video igitur, quid vel ab illius reſponſo metuendum.

Aliud, in quo amplius quàm par ſit, dediſſe videmur, eſt de *Primatu Papæ*. Huic autem, ut & cæteris Epiſcopis ego nihil do poteſtatis, quàm qua utatur in ædificationem Eccleſiæ; Philippus nihil, quàm ut præſit aliis Epiſcopis, ea lege, qua vult alios Epiſcopos præeſſe presbyteris & pluribus Eccleſiis. *At dum permittit Philippus Pontifici præeſſe ea ratione, quam præſcribit, & ego modò reperij, quid aliud, quæſo, ei permittit, quàm Epiſcopis ac inde Eccleſiis multis ſumma præſtare beneficia?* Si verò Pontifex velit hæc verbis polliceri, nec præſtare, noſtrum erit, nihil ipſi, cùm ad rem ipſam ventum fuerit (quod quando putas futurum?) con-

cedere, niſi quod poſcat utilitas Eccleſiæ, & permittat cautio Chriſtiana Sic ne hinc quidem video, quid periculi ſit ex noſtro reſponſo. *Neuter dedit, Papam eſſe caput Eccleſiæ; præeſſe autem Epiſcopis, ut præfuit D. Gregorius* (egregium exemplar; excipio in quibus hic cum cæteris hallucinatus eſt) exiſtimo *neminem eſſe*, qui non ex animo optaverit. Violentos abuſus vocum iſtarum *regere, præeſſe, poteſtas*, & hujusmodi, nihil ad nos, qui debemus à Scripturæ verbis non abhorrere.

Tertium, in quo putâſtis nos impegiſſe, eſt de *reſtituendis ceremoniis abrogatis*. Ego verò nihil volo reſtitui, niſi quod olim fuerit in Eccleſia ſalubriter uſurpatum, & faciat nunc quoque ad ædificationem. Auguſtæ, novit D. Conradus, ſi reliquæ Eccleſiæ puritatem Evangelij admiſiſſent, vota & indictum cœlibatum remiſiſſent, quæ apertam habent ſuperſtitioné removiſſent, parati omnes eramus aliquas ceremonias repetere, concordiæ cauſa, quæ apud nos ſunt abrogatæ. Miſerè docti eſſent noſtri, ſi gravarentur eo, quòd reciperent aliquos ritus per ſe licitos, & à veteribus bene uſurpatos, efficere vel impetrare, ut totus orbis noſter Chriſtum purè reciperet, omnémque ſuperſtitionem manifeſtam profligaret.

Con-

Conditio, inquietis, *iſta eſt impoſſibilis.* At nos ad hanc ſolam damus quicquid damus, cauſam ſupra ſatis expreſſi. *Extorquendum putamus Papæ inanem illum prætextum, quaſi ipſe Eccleſiæ rectam conſtitutionem quærat, nos verè diſſipationem.* Saxones plura adhuc quàm nos, retinent, tamen etiam Lutherus prohibet reſtituere illos ritus, qui jam aboliti ſunt. Atque in tantæ utilitatis cauſa quid non faciat pectus eo ſpiritu præditum, quo Pauli pectus fuit, qui circumcidit Timotheum, ſuſcepit purificationem legalem Hieroſolymis? Poteritis ergo etiam quantum ad hunc locum attinet, eſſe extra metum. Hactenus ad ea quæ nominatim adjeciſti, optime Johannes Zuicci, nunc ad objecta D. Tomæ, quæ ſunt contra totum reſponſum in genere.

Primùm, *metuis* Optime vir, ut legibus, quas præſcripſimus, Gallia ad Evangelij libertatem veniret; doles autem, illis etiam Germanum orbem addici. Primùm, Vir eximie, expendas, quales leges illæ ſint, qualiter eas præſcribamus, utrumque jam expoſui fusè. Deinde nos nullis quidem legibus Germanos ſubjicimus, niſi, quibus illi adducant ad Chriſti communionem reliquum occidentem univerſum, quæque ſint, hac de cauſa, Chriſtianis non tantum ſalu-

ſalutares, ſed propter conſcientiam etiam neceſſariæ. Rationem addidi, liberatos nos Germanos à fœdiſſimo Pontificis Imperio, authoritate divina, & publico Chriſtianorum conſenſu. Næ tu, optime Vir, noſtra haudquaquam rectè accipis, fœdiſſimo Pontificis imperio neminem non ſubductum volumus. *Si quis autem daretur miraculo Pontifex, qui vellet præeſſe Epiſcopis, ita ut præſcripſimus, in certam ſane ſalutem omnium Eccleſiarum, quis grave ferret tantum ſuſtinere beneficium?*

Jactant inauſpicata multa Papiſtæ Uberlingæ,& alibi. Nihil novum, ſi jactant: Quæ nos dedimus, nihil illa facient pro eis, ſuis affingunt ſua, veſtrum eſt & aliorum, qui id poſſunt, in loco teſtari veritatem. Noſtra qui rectè acceperint, his non puto cauſam fore, ut nobis minùs fidant, aut aliquid ſiniſtri de nobis ſuſpicentur; Mendacia & calumnias quis effugiat? Objicis præterea *imprudentiam*, qui ſignificaverimus, quid Germania admittere poſſit, quod illa non conceſſura ſit niſi inſana, aut ad miſeram redacta neceſſitatem. *Primùm*, Philippus de ſuis, ego profectò de mei ordinis & loci ſymmiſtis ſcripſi, non de tota Germania. *Deinde*, non video aliquid datum, quod Germania non debeat dare, ſi ea cauſa ſit

ad

ad quam dari illa debere judicavimus. Repetantur quæ dedimus, & ratio, quam dedimus hac jam Epiſtola explicata fuſius Addis, de aliis polliceri aliorum conſenſum exigebat. Ego verò de ſolis ſymmyſtis meis hîc Argentorati reſpondi, & illorum conſenſum habebam.

Iterum ſcribis, *periculoſa nos paradoxa* effutiiſſe. Sic enim pientiſſimo tuo pectori videtur. Sed, obſecro, oſtende quænam illa putas eſſe, & rationem cur ſic putes, & reſpondeo, ut viſurus ſis, verè gratum mihi eſſe, ut erroris admonear. *Deinde* exaggeras periculum hinc novæ diſſenſionis inter nos. Securo ſis animo, optime vir, re ipſa nihil unquam dabimus per nos, iſtuc Eccleſiarum erit. Deinde, quod his dandum judicavimus, pro nobis; ſi alii non ſentiant dandum, etiamſi nullas adferant rationes ſuæ ſententiæ, nec noſtras confutant, nullis tamen ob id amicitiam Chriſti renunciabimus, nos etiam tamen in noſtra ſententia perſtabimus. Jam alios puta hujus candoris quoque fore, ut dum audierint, qua quodque ratione largiti ſumus, nos ob hæc minimè abjiciant. *Ad Magiſtratus utinam hæc res pervenerit, ſic enim aliquem fructum hinc exſpectarem, ſed valde vereor in ſpongiam iſta receſſura! Sanè ſi cum Magiſtratibus*

tibus ageretur, mihi extra dubium eſt, ineſſe in his reſponſis eas cautiones, ut illi facilè habituri ſint, quod, absque omni ſua & veritatis fraude, reſpondeant circa hoc, ut ſe profiteantur à nobis diſſidere.

Quereris, *iſta nos aluiſſe, ſub titulo actionis de concordia, in cauſa Euchariſtiæ.* Scio, optime Vir, conſilia iſta nos dediſſe ſtatim poſt recuperatam ditionem Wittenbergenſem, antequam aliquid ſcirem certò de noſtro, Philippi & meo conventu. Veniebat Wittenbergam Chelius, & juſſu Philippi exhibebat ejus reſponſum, urgebátque, ut & nos noſtrum adderemus, affirmans id ſe habere in mandatis à D. Langio. Nos, ne ſimpliciter Philippo ſubſcriberemus, neque diſſentire videremur cum offendiculo, dedimus & noſtrum hoc reſponſum, ſed illud pro ſolis nobis Eccleſiaſticis. Quòd autem illud Chelius ad vos primùm attulit, cauſa eſt, quòd demum juſſus eſt, & aliarum Eccleſiarum conſenſum inquirere. Multa poſtremò ſcribis *de metu tuo, & malis, quæ prevideas inde ſequutura, quòd Patrum nobis authoritas tanti eſt, vereris, ut ſubtiliſſimo conſilio paulatim, referamus greſſus in antiquam malorum lernam.*

Candidiſſime Vir, equidem fateor, me deplorare quod Veterum apud nos primùm

mum ſic temerè & admodum ſuperbè receſſa authoritas eſt. Et illi Chriſtiani fuerunt, & nobis multò ardentiores. (maximè Gregorius) lapſi ſunt in multis, utinam nos non in pluribus. Neque enim ob id meliores Chriſtiani ſumus, ſi beneficio linguarum & experientiâ tot abuſuum freti, & pleraque loca Scripturæ, quàm illi certiùs intelligimus. *Tam portentoſæ labes vitæ, quæ in noſtris offendunt Eccleſiis, ſatis arguunt, nos illis ſanctiſſimis viris in Chriſto eſſe indoctiores. In vera Theologia tantum quisque rite novit, quantum vita exprimit.* Ubi ille ordo, illa diſciplina, *ille fervor, quem videmus viguiſſe tempore Patrum? Noſtra ſic reformatæ Eccleſiæ ſunt, ut non queant plerique ſingulis diebus Dominicis ſacram Cœnam dignè celebrare, contra obſervationem Eccleſiæ Catholicæ jam inde ab Apoſtolorum tempore.* At, qui fervor priſcis illis temporibus in hoc ſacro fuit, meritò ſtupemus. *Videntur Patres nobis non ſatis plenè agnoviſſe juſtificationis myſterium, ſed ſecus judicabimus, ſi illorum monumenta legerimus paulò accuratiùs.* Sed bene mones, Thoma Optime, *& illorum errores cavendi ſunt, magis verò ne præpoſtera illorum admiratione relabamur in antiquam malorum lernam. At æquè religioſè cavendum, ne ibi eos contemnamus, ubi Chriſtum verè & docuerunt, & vixerunt.* Præfatio-

fationes, interſationes & ſubſationes de venia libertatis in monendo, nullum apud me uſum habent. *Ego enim gratias de hac libertate vobis ago, ex animo, & utinam ſic liberè ageremus invicem omnes, & in omnibus. Quòd verò ita pro me ſolicitis eſtis & oratis, oratúrosque vos pollicemini, multò optatiſſimum eſt, & unicè precor, iſto in me animo perſeverate, optimè valete. Et ego profectò valde occupatus poſt paucos dies reverſurus ad Suevos.* Argentorati anno &c. De Hedionis reſponſo, quia illud non accuſatis, nominatim defenſione noſtrorum ſatisfactum vobis iri exiſtimo. Hæc *Bucerus*; cujus alia ejusdem ſingulorum articulorum explicatio, quam tamen brevitatis ergo omittemus, in promtu eſt. Eſt inſuper Colloquij hujus ἀπολογητικὸν ad manus, *Caſpari Hedionis*, niſi fallor, quô perſpicuè ſatis, totùm quoque hoc, in quo tantum præſidij collocârunt Theologi Romani, negotium propoſuit: *Duo exiſtimo* (ita ille) *à nobis requiri, primùm, ut exponamus acta in colloquio, & quo conſilio quædam à nobis conciliata, quædam reprehenſa, quædam prætèrita ſint, deinde ut etiam dicamus noſtras ſententias de libro.*

Si de univerſa actione, ut in judicio, reddenda eſſet vobis ratio, exordia negotij altiùs repetenda eſſent, idque neceſſariò exponen-

quæ requiritis dicam, & dicam meo loco & Collegis concedo, ut hanc ipſam hiſtoriam recenſeant ipſi ſuo judicio.

In primo congreſſu noſtro, liber nobis propoſitus eſt, qui videretur eſſe forma quædam concordiæ, & tamen propoſitus æquis conditionibus, ut mutaremus quæ diſplicerent. Non diſſenſi à cæteris, qui volebant inſpici librum, tametſi jam tum inſidias metuebam. Lectæ ſunt priores paginæ, in quibus, tametſi non multa videbantur reprehendenda eſſe, tamen candorem ſtatim deſideravi, ut pictor, ita ille author umbris quibusdam noſtras ſententias nonnihil obſcuravit, ut nos prægravet, & ornavit ea, quæ poterat in altera parte mediocriter probare. Hoc tuli utcunque, correximus quosdam locos, ut in libro reſpondemus.

Ventum eſt ad locum de juſtificatione, *at cùm liber neque Eccio, neque mihi placeret, cœpimus liberè diſputare de ſumma rei, cúmque eſſet acerrimum certamen, & ego viderem, honeſtè abrumpi ac averti poſſe totam actionem, expoſui meum conſilium collegis, ac prædixi, nos habituros in locis ſequentibus controverſias, quæ minùs poſſent conciliari, & poſſe jam nos in cauſa plauſibiliore liberari multis periculis. Sed collegæ plus ſpei habebant quàm ego, & putabant, multum referre, ut quoquo modo vel hic locus*

 obti-

obtineret. Et ſciebam quosdam judicaturos eſſe, me vel petulantia vel metu abrupiſſe actionem, ſi ea, quæ largiri videbantur adverſarij, omnia aſpernatus eſſem. Decurſum eſt igitur tandem ad formulam, de qua poſtea dicam.

Cùm igitur librum ſemel depoſuiſſemus, ſperabam, deinceps de cæteris articulis, omiſſo libro, diſputandum eſſe. Sed illi aſtutè, quia commodum erat, redeunt ad librum. Legitur locus de Eccleſia, ubi eſt acerrima objurgatio eorum, qui diſcedunt ab Eccleſia; res ingenuè dicitur; ne nobis contradicere liceret. Sed tela ex inſidiis immiſſa hærent in nobis. Quædam tamen apertiora mutata ſunt. Et ortum eſt certamen de Synodorum authoritate. Hîc ſperabam finem totius actionis fore. *Nam & Collegæ, qui videbant, adverſarios non de veritate ſed de ſua authoritate dimicare, minùs ſpei habebant, nec me pœnitet diſſenſiſſe. Multa ſunt enim abſurda & impia errata Synodorum: Hæc confirmare noluimus, & præjudicium ad univerſam poſteritatem pertinuiſſet.* Etſi autem non convenit de hoc articulo, tamen Præſidentes jubent nos pergere.

Locus proximus erat de Sacramentis. De ordine *conceſſimus, ut ordinatio ab Epiſcopis fiat, ſed diſertè proteſtati ſumus, ſi fieret illa refor-*

reformatio operum, de qua nobis pollicentur quidam planè auream ætatem. Adnumerant autem Sacramentis confirmationem & extremam unctionem. *Scio id non fieri ab eis ſuperſtitiosè, ſed ut nobis ægrè faciant. Diſſimulavi tamen, & dixi, me de his ritibus non pugnaturum eſſe, ſed diſplicebat, quòd, cùm Sacramentum definiviſſent ſignum infallibilis gratiæ, nunc etiam confirmationem & extremam unctionem vocârent Sacramenta.*

Dictum eſt etiam de tollendis abuſibus in his duabus ceremoniis: *De confirmatione dictum eſt*, ut reſtituatur Catechiſmus, *ita hic locus eſt præteritus.*

De Converſione panis in Cœna Domini *magnam tragœdiam excitavit Eccius. Poſtea ſequitur articulus, quem ipſi vocant* de Hierarchico ordine. *Diſſenſi propter multas cauſas. Liber eſt inſidioſiſſimè ſcriptus, & ut callidus dux diverſis locis diſponit inſidiatores: Seu potiùs, ut de lupis audio, qui quaſi diverſas ſtationes occupant, hic liber aſtutè diſtribuit fraudes.* Antea dixerat, Eccleſiam eſſe cœtum bonorum & malorum, *nunc addit*, ſub uno Pontifice Romano. *Addit etiam*, traditiones neceſſariò ſervandas eſſe: *Igitur vult, Eccleſiam eſſe Politiam Papæ. Vult item, eos, qui traditiones non ſervant, avulſos eſſe ab Eccleſia, hoc quid aliud eſt, quàm nos horribiliter*

damnare? Erant & hæc errata in articulo, Epiſcopos ſucceſſiſſe in locum Apoſtolorum, quo dicto multi errores continentur: alligatur Eccleſia ad ſucceſſionem ordinariam, quaſi impoſſibile ſit Epiſcopos errare, quia Apoſtolorum loca teneant, aut quaſi hi ſint Epiſcopi, qui ſic vocantur, & noſtrum ſit eos, tanquam Eccleſiæ capita, audire. Tradebat etiam articulus poteſtatem Epiſcopis mutandi ceremonias divinitùs inſtitutas, ut excuſaretur mutilatio Sacramenti: Dicebat, traditionibus humanis fulciri fidem, & eos ritus eſſe bona opera, id eſt, cultus. Tantus acervus erat in brevi pagella! Evolvi me ex his laqueis non ſine difficultate.

Poſtea reprehenſi ſunt articuli de Confeſſione & ſatisfactionibus, de invocatione ſanctorum, de applicatione Miſſæ, de privatis Miſſis, de uſu unius partis Cœnæ Domini, de cœlibatu presbyterorum, de votis: Quoſdam articulos præterij, de picturis templorum, de oſſibus ſanctorum.

Hæc eſt ſumma hiſtoriæ noſtri colloquij, in qua apparet, nos uſos eſſe moderatione non minore quàm uti oportuit: Ut aditus fieret ad concordiam, conceſſimus articulos, in quibus tamen eſt aliquid obſcuritatis, & deinde aliquos præterivimus, ſpe concordiæ: Sed de quibusdam neceſſariò pugnandum fuit.

Nec

Nec muto meum judicium de his articulis, quo ſi qui dicunt eſſe leves & condonandos infirmis, ut ipſi loquuntur, non ſatis conſiderant magnitudinem rerum, de quibus dicitur: Si volumus conſuli infirmis, conſulatur ſine corruptelis doctrinæ, & ſine condemnatione Eccleſiarum noſtrarum. Nam ſi eos in libro articulos reciperemus, apertè Eccleſias noſtras damnaremus: ſi ipſi ſunt Eccleſia rectè docens, nos ſcelerati, qui eis non paruimus.

Quòd verò multi dicunt, pacem Germaniæ his diſputationibus anteferendam eſſe, *non ſum adeò ferreus, ut non movear cogitatione publicorum malorum, quæ ſecum bella, præſertim civilia, trahunt. Et ſcio, quare non ſolùm reliquis Germaniæ populis ſed maximè noſtris opus ſit pace: ſed neceſſe eſt nobis omnibus, rebus humanis mandatum DEi anteferre.* Si quis confeſſus fuerit me coram hominibus &c. *exitum verò commendemus DEo, & precemur, ut gubernet Principum mentes ad pacem & ad ſalutaria conſilia.* Si quis autem hæc, quæ dico, non probat, ego non impedio, quominus dicat ac faciat quod volet. Nec ego velim meâ causâ cujusquam otium turbari. Noti ſunt mei mores. Verſor in hac cauſa ſine cupiditate aliqua, & fortaſſe aliquantò plus odij & ærumnarum ſuſtineo, quàm alij multi, eámque adhibui moderationem,

 quam

quam judicavi utilem eſſe, & ad veritatem explicandam, & ad tranquillitatem Eccleſiarum. Ideo rogo, ut ea, quæ dico, exiſtimetis me pio quopiam ſtudio dicere.

Nunc quia requiritur, ut etiam de libro dicamus, an ſit recipiendus, aut quomodo reſpondendum ſit Imperatori; primùm iterum teſtor, me nihil praſcribere aliis, ſit ſuum cuique judicium liberum, maximè vobis gubernatoribus, qui & veſtræ & multarum gentium ſaluti conſulere debetis: De me privatim dicam, nunquam recipiam eos articulos libri, quos reprehendimus, quia ſunt pleni errorum ac fraudum, ac judico à me multò leviùs tactos eſſe, quàm magnitudo cauſarum poſtulabat. *Non video autem, quid liber allaturus ſit momenti ad publicam concordiam, niſi totus recipiatur.* Nam hi ipſi articuli in libro, ſi publicabitur, accendent nova & ingentia certamina: Deinde quædam à nobis prætèrita propter ſpem concordiæ, de quibus tamen diximus, quid videretur, etſi non pugnavimus, ut verba ſcriberentur. *Nam concedendum erit, ut confirmatio & unctio dicantur ſigna infallibilia gratiæ: quæ eſt abſurditas, hos ritus æquare Baptiſmo aut Cœnæ Domini, quaſi ſimilem promiſſionem habeant?*

In loco de Libertate Voluntatis, *nos addidimus*

dimus annotationem de Impletione Legis, repudiatam ab Eccio, qua cùm, niſi recepta & verè explicata fuerit, tota res evertitur. Poſtremò, in conciliatis multa ſunt obſcura, quædam etiam contumelioſa adverſus nos, ideò non dubium eſt, quin multi ex noſtris ſint eos repudiaturi. *In loco de* Juſtificatione, ſcio *quid alij reprehenderint, ſed ego alia deſidero. Nuſquam apertè dicit articulus,* renatum non ſatisfacere Legi, & non poſſe in hac vita ſatisfacere. Item, reliquum eſſe peccatum in ſenſibus, & quàm placeat inchoata obedientia. Item, quale ſit meritum, quod vocant de condigno. *Hæc neceſſe eſt addi, ut doctrina tum de fide, tum de operibus rectè intelligatur. In articulo* de Cœna *damnantur hi qui diſceſſerunt, nec additur diſcrimen, ubi diſcedere, ubi non diſcedere* liceat. *Ibi etiam dicitur* vinculo dilectionis unitas Eccleſiæ conſervari, *& poſtea in ſequentibus articulis, interpretatur hoc vinculum per obedientiam in traditionibus: ſi hoc ſenſu articulum recipiemus, nos ipſos condemnabimus. In articulo* de pœnitentia agit, *mortificationem continere confeſſionem & ſatisfactionem caſtigatoriam; cùm poſtea de confeſſione & ſatisfactione noſtras ſententias oppoſuerimus, neceſſe erit ſanè, partem demi, & per ſe abſurdum eſt, fingere, partes eſſe mortificationis confeſſionem & ſatisfactionem, cùm*

mortificatio ſit opus ſpirituale: Confeſſio & ſatisfactio ſint opera traditionum humanarum. Scimus autem magnum inter hæc diſcrimen eſſe. Eodem loco, ut fucosè ornentur ſatisfactiones, citatur Paulus 2. Cor. 7. *ubi in alio ſenſu legitur nomen ſatisfactionis in quadam verſione.*

De Sacramentis *rectè dicunt, ut nos, non modò per ea ſignari gratiam, ſed etiam ſanctificari homines, ſed hîc expreſsè uſitatum apud ipſos errorem taxari oportuit, qui in adultis etiam putant ea ex opere operato, gratiam adferre.*

Cùm igitur in articulis, qui dicuntur conciliati, reſtent quædam emendanda & explicanda, non poſſum comprobare librum, niſi his locis emendatis & explicatis. Quædam etiam ita ſunt inepta in deſcriptionibus, ut ridicula videantur, quæ omitto. Nec video, quæ ambigua profutura ſint ad concordiam: Ac fatebantur ipſi D. Julius & D. Groperus, opus eſſe largiore explicatione. Optârim, rectè illos articulos illuſtratos proponi Eccleſiis: Optârim initium fieri reſtituendarum Eccleſiarum, & ſi meæ de his ipſis articulis explicationes ſunt methodicæ & moderatæ, apparet, me multum Eccleſiis prodeſſe voluiſſe. Quare meam voluntatem in his conciliationibus reprehendi poſſe non arbitror. Sed ſi non volent explicatiora proponere alibi, nec patientur aboleri

leri manifeſtos abuſus, & ſimili aſperitate eos defendent, ut hactenus defenderunt, quid prodeſt de hoc libro paciſci?

Intueamur etiam judicia eorum, qui gubernant noſtras Eccleſias. Si hos articulos non comprobabunt, vel qui ambigua vitant, vel qui lædi alicubi noſtras Eccleſias ſentiunt, ego rectè confeſſionem Eccleſiarum noſtrarum probem, & ex animo amplexus ſim, ab ea nequaquam diſcedam.

Dixi meam ſententiam, & precor DEum, Patrem liberatoris noſtri Jeſu Chriſti, ut mentes veſtras Spiritu ſuo ſancto regat, ut ſalutaria Eccleſia & Republicæ ſtatuatis. Credo tamen opus eſſe, Imperatori diſertè exponi, quid probetis aut reprehendatis. Hæc paulò diſtinctiùs de hoc colloquio. Ex quibus omnino patet, ſcopum illius fuiſſe, vel ad inſidioſam provocare concordiam, vel noſtros inter ſe committere. Unde & ipſe de eo *Melanchthon* ad *Camerarium* ſcripſit: *Non videtur hanc legationem ſuſcepturus fuiſſe, niſi ſpem haberet, vel de divellendis noſtris, vel dedirimendis controverſiis.* Idem Melanchthon, cæteroquin concordiæ ſtudioſiſſimus, & quem Granvellanus *dicebat, ſe ſcire modeſtum eſſe, cùm vult*, artes has deteſtatus, *fucoſas* vulgò appellabat *moderationes.* Unde etiã ad *Camerarium* *Non poſſumus in conciliationibus illis*

inſidias ſatis vitare. Et: *Adeò ex his laqueis conciliationum non poſſum me ſic extricare, ut non alicubi adhæreſcam.* Eò magis illa diſplicebant, quò non diſputari de controverſiis *Granvellanus* volebat, ſed tantummodo moderari, *& poſſe rem ſubito componi*, (ajebat) *à ſtantibus, ſicut Judæi agnum ſtantes ſumebant*: hoc enim ſimili utebatur. Ideóque non diſceptandos vel faciendos articulos, ſed clam inter Eccium & ſui ſimiles fabrefactos proponi, & ſolummodò accipiendos à noſtris putabat. Super quo agendi modo, uti aliâs, ita ante habitam diſputationem, cùm ejus nonnihil ſubodoratus fuiſſet, ad Præſides Colloquij dicebat: *Nec fucoſæ Conciliationes tranquillitatem reſtituent. Et ſi de rebus ipſis integrè diſputari volent, nobiſcum potiùs agant quàm cum aliis. Speramus enim declarationem noſtram piis mentibus ſatisfacturam eſſe. Exiſtimamus autem, Invictiſſimi Imperatoris Caroli Auguſti eam eſſe virtutem, ut veritatem patefieri & veris modis conſuli ſaluti Eccleſiarum velit. Ideò oramus, ut hanc noſtram petitionem boni conſulatis, eámque proficiſci non ab impudentia, ſed à pio quodam ſtudio judicetis.* Cum ipſe Muſculus ex Colloquio, familiari ſuo, Conſtantienſium Antiſtiti, *D. Ambroſio Blaurero* ſcripſiſſet, ita hic illi reſpondit: *Accepi gratiſſimas literas tuas*

omn

cum ſcriptis illis, quæ Zuiccius noſter ad Te dedit ad nos mittenda, quorum ego priorem partem ad Bonifacium nuper perferendam tabellario cuidam veſtrati commiſi, nam poſteriorem deſcribere id temporis minimè vacabat. Vellem autem judicium tuum ſimul de hac noſtra ſententia diligenter perſcripſiſſes, quanquam tua haud obſcura judicant, quàm abhorreat animus tuus ab iſta diſcordi concordia, quam nonnulli, impudentiùs ſanè quàm felicius, meditantur; ſcio animos illorum, quàm conſultum cupiant gloria regni Chriſti. Me quod attinet, liberè cum plerisque aliis ab illis diſſentio, pariter & vota facio, ut Dominus ipſos à gravi hac & periculoſiſſima tentatione propitius liberet. Legimus hîc jam Cæſaris librum, qui inſidioſiſſimè nobis ſcriptus videtur, quum plenus ſit amphibolorum, qui quolibet torqueri & rapi queant, quo magis etiam diſplicet, quandoquidem nobis ſimplex veritatis facies, & vel nulla prorſus, vel talis concordia quærenda eſt, qua non verbotenus & in ſpeciem, ſed re ipſa & animis coëamus, qualis profectò iſta haud unquam inter nos & adverſarios coaluerit. Faxit Servator Chriſtus, ut in recepta & confeſſa non ſemel veritatis cognitione, ſui Spiritûs fortitudine, perpetuò conſervemur. Quòd à me petiiſti, ut properantiùs ſcribenti tibi ignoſcam, hoc ipſum à te quoque impetratum viciſſim cupio, nam temporis ſpatio prorſus,

ſus, ne plura adjiciam, excludor. Bene vale in Jeſu Chriſto cum tota tua domo, quam cœleſti Patri ſedulò, & Chriſto amicè, commendo. Saluta omnes fratres. Salutant te noſtri, Germanus frater meus, & Zuicceus imprimis. Iterum atque iterum vale, mi chariſſime & optime frater. Conſtantiæ 18. *Julij Anno* 1541. T. *Ambroſ. Blaur.* Nolui, quæ prolixè Sleidanus in Commentariis ſuis enarrat, hoc loco repetere, obvia omnibus; eorum potiùs, qui ipſi colloquio Wormatio-Ratisbonenſi a. Ch. 1541. interfuerunt, araturus vitulâ; quibus unum adhuc adjiciam, *Iohannem Piſtorium, Niddanum*, qui binas unius menſis ſpatio ad Muſculum dedit literas, quæ ex actis Mſs. ita ſonant: Gratiam & pacem à Deo per Chriſtum in Spiritu ſancto. Meritò, eruditiſſime Muſcule, agis Deo noſtro per Chriſtum gratias, quòd ab iſtis inſidioſiſſimis Comitiis, ac planè ſerpentinis, te tam citò, tantáque cum gratia eripuerit. Nam perpetuò, magè ac magè intelligo, Cæſareanos aliquot, una cum adverſaria parte, nihil aliud conari, quàm ut oſculo quopiam veritatem Chriſti prodant. Et fama eſt, craſtina luce adventurum Ferdinandum, qui in hoc frigidam ſuffundet. Diris lachrymis & ſuſpirijs diu noctúque funde preces ad Deum, ut à Sathanica illa conciliatio-

liatione Clariſſ. Virum, Præceptorem noſtrum, D. Philippum, & me quoque liberet, cùm videam maximè, Satanam transfigurare ſe in Angelum lucis mira verſutia, quò corrumpat ſenſus noſtros in ſimplicitate, quæ eſt in Chriſto Domino noſtro: Undecimo enim Maij cum Marchio una cum Epiſcopo N. ſentiret, conciliationem illam fucoſam apud nos non velle procedere, obtulit Statibus noſtris omnibus ſex articulos; ſex quidẽ mitigatos, ſed tamen non omnino absq; felle, addens ſimul maximas promiſſiones, videlicet, ſi noſtri hoſce acceptare poſſent, non tantùm pacẽ Germaniæ ſtabilem poſſe nanciſci, verùm etiam in cæteris nihil non daturos Epiſcopos nobis, Principes ac Status. Noſtri, pellectis articulis, rurſum remiſerunt ad Theologos iſtorũ diſcuſſionẽ. Igitur 12. Junij Princeps noſter, una cum auditoribus noſtris colloquii, convocatis Theologis, qui tum adfuere, exhibuit articulos hoſce, inſidioſiſſimè quidem compoſitos, quos cum perlegiſſemus, noſtrorum omnium voluntate, Melanchthon reſponſionem, lingua Germanica, compoſuit, in qua petiit, ut vel finem tandem imponerent fucoſis illis conciliationibus; nos enim poſtmodùm non ſolùm reclamaturos perpetuò

petuò, verùm etiã neq; lecturos articulos ullos. Verũ, ut ex ungue leonẽ æſtimes, nõnulla ex his articulis excerpta ad te ſcriba. In articulo de authoritate Eccleſiæ & Conciliorum, paragraphus quidam hæc continebat. Quæ verò in Cõciliis legitimis, in Sp. S. congregatis, ex Apoſtolicis expoſitionibus & inſtitutis Patrũ, juxta Scripturã ſemel decreta ſunt, ea denuo in dubiũ vocare, aut revolvere nulli homini licet. In articulo de Cœna Domini, conſecrationis mentio facta eſt, & repoſitio integri Sacramenti pro ægrotis ſubtilibus verbis ſtabilita: cùm tamẽ in fine paragraphus poneretur: Nos contentos eſſe debere, dummodò Cæſar id ab adverſaria parte obtineret, ne utraque ſpecies prohiberetur, etſi una tantum ſpecies Eccleſiis adverſariorum exhiberetur. De enumeratione peccatorum ſcripſerunt, etſi Dominus expreſsè eam non mandâſſet, tamen implicitè illam ipſam contineri ac præcipi verbis Chriſti: Quorumcunque remiſeritis &c. Satisfactionẽ non ſolùm publicam publicorũ facinorũ & flagitiorum, ſed & privatam, peccatis privatim cõfeſſis imponi debere, flagitârunt; Confeſſorem, medicum animarum eſſe contendentes. Quintò voluerunt, ut confiteremur, Pontificem Romanum ſupremum eſſe inter tres Patri-

Patriarchas, eóque omnium Eccleſiarum Primatem. Sextò, ferias & Jejunia exercitia eſſe & charitatis, & cultus Deo placentes, ab Eccleſia cum indicerentur: Et mirum eſt, quàm inſidioſis verbis id nobis perſuadere conarentur. Intelligis æquitatem, qua veritatem vel ſaltem obſcurare, dum opprimere non licet, Ratisbonæ ſapientes Mundi, conciliatores Chriſti & Antichriſti, quærunt. Cum igitur viderent, ſe nihil amplius apud nos obtinere poſſe, oblatus eſt liber Thalmudicus 13. Junij, ut ab omnibus Imperij Statibus una cum articulis noſtris deſcriberetur: Interim 14. Junij Princeps noſter, una cum Dionyſio cæterisque abiit, relinquens aliquot Conſiliarios, & Draconem, atque mandans nobis, ut omnia bona conſcientia agamus. Nunc liber deſcriptus eſt, & juſſit Cæſaria Majeſtas, ut Status ſumma diligentia librum pellegeret, ſingulisque perpenſis, quàm citiſſimè ſuam proferrent ſententiam, quidnam de libro ſentiant, Turcam enim imminere, quare neceſſum eſſe, ut conſultetur, quibus nam mediis illi ſit occurrendum, priusquam occupet totam Ungariam. Quid futurum ſit, novit Deus: Verùm apud me nulla ſpes eſt, regnum Chriſti quod attinet, hiſce de comitiis: Hæremus.

nus enim in eodem luto perpetuò. Deus miſereatur noſtri, exque iſtis tricis nos vel tandem prorſus eripiat, atque ut Tu id nobiſcum ores, oro, obſecroque. Ex Ratisbona de 19. Junij 1541. Sequentis poſtea menſis Julij d. 30. idem ad eundem: Quod hactenus nihil literarum ad Te dederim, neque Tuis doctiſſimis literis reſponderim, doctiſſime Muſcule, ideo factum eſt, tum quòd vidiſſem D. Philippum ad Te ſcripſiſſe, tum quòd voluerim expectare finem horum Comitiorum: Neque nunc opus eſt quidpiam ad Te ſcribere: Invenies enim Hiſtoriam conventus Ratisbonenſis à D. Philippo perſcriptam apud Berconem, in qua videre licet, ſapientum hujus Mundi ſtultitiam. At profectò exitus horum Comitiorum ipſo facto teſtatur, admodùm deſipuiſſe eos, qui doctrinæ contrariæ aliquam conciliationem aut diſſentientium dogmatum compoſitioné & quæſiverunt, & ſperârunt. Vident enim jam, nolint velint, hæc ex eorum genere eſſe, quæ vocantur ἀντιφατικὰ, & ambo valere, uinirique non poſſe. Nihil itaque fecerunt, quàm quòd ornârunt hunc conventum verſiculo Horatiano, qui habet i,

Parturiunt montes, naſcetur ridiculus mus.

Gra-

Gratias igitur ago DEO noſtro per Chriſtum, quòd me vel tandem liberaverit ex conciliationis perplexitate, & gaudeo, non ſolùm me ſanum exire Ratisbona, verùm maximè D. Philippum, qui 26. Julij rectà Wittenbergam versùs, curru vectus eſt, oróque DEUM Patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti, ut nos ambos ſalvos & incolumes Eccleſiis noſtris reſtituat: Spero autem, noſtros poſthac in deliberatione correctionis fore ſapientiores; neque aliud exemplum, quàm incorruptæ Eccleſiæ, hoc eſt, ſecundùm DEI verbum inſtitutæ, ſpectaturos, neque ſpem pacis ac conſenſionis aliam concepturos, quàm ejus, quæ ſuper Confeſſionis unanimis verbi DEI & veritatis fundamento extruatur: Senſerunt enim, ſatis ſupérque, perniciosum eſſe, religionem velle conſtitui, partim de præſcriptione verbi DEI, partim de rationis, & conſilij humani opinione. Neq; Canonum, Decretorum, & decretalium ulla poteſt eſſe authoritas hoc tempore. Iſta enim jura partim afflixerunt veritatem, partim ipſa inter ſe pugnantia ſeſe infirmârunt, ut interim ſileam, quòd illa, de quibus lata fuere, interciderunt. Non enim homines iidem ſunt, non mores, non tempora &c.

O. Colloquium *Oxonienſe* ſuccedit, quod

a. Ch. 1549. 4. Non. Maij inter Martyrem, & adverſarios Pontificios, inter quos cumprimis adeſſe debebat Smythæus, cujus puer, paulò antè, Martyrem, ad habendam in Academia lectionem pergentem, ſchedulâ ad diſputationem, ipsâ illâ horâ habendam provocárat, quod tempus Martyr non diſputationis eſſe excipiebat; ſed lectionis, in commodius illam tempus rejiciens: Cúmque Vice-cancellarius Academiæ cum porrecta manu apprehenſum, de cathedra ſalvum domum perduxiſſet, jam tempore, legibúsque habendæ diſputationis ſcriptis, cum etiam Legati regij adeſſent, Smythæus turpiter aufugit, in Scotiam primùm, inde in Brabantiam; diſputatione nihilominus per quatuor dies producta inter Martyrem & tres alios Theologos Pontificios, cujus acta, teſtimonio Legatorum regiorum comprobata, extant.

P. Diſputatio *Cantabrigienſis*, ſequenti anno 1550. VI. Id Auguſti inter Martinum Bucerum, &, ex parte Pontificia, Joh: Jungum, Sedguicum, & Perneum de Scripturæ libris Canonicis, de fallibilitate Eccleſiæ, & operibus non renatorum ante juſtificationem. Extat inter opera Buceri Anglicana, fol. 711.

Q. *VVor-*

Q. *VVormatienſe* colloquium alterum, in d. 5. Septemb. anni 1557. incidit. Colloquij præſes erat Julius Pflug, Naumburgenſis Epiſcopus, homo, noſtrorū etiam judicio, moderatus. Ex Proteſtantibus erant Melanchthon, Brentius, Jacobus Andreæ, Piſtorius, Eberus, Snepfius, Rungius, Cargius &c. Ex Pontifiiis Michael, Mersburgenſis Epiſcopus, Delphius, ſuffraganeus Argentinenſis, Caniſius, Staphylus, & duo Theologi Lovanienſes. Initio quidem diſputatum fuit de norma & judice controverſiarum, utrum DEI verbum eſſet, an Eccleſiæ conſenſus? Poſteà verò Pontificij diſſenſionem inter noſtros aucupantes, urgebant condemnationem Zuinglianorum, aliorúmque, in quam alij propenſiores, dum eam ſcribi & publicè recitari volunt, Jenenſes Theologi illam Pontificiis publicè exhibent, & ſciſſis inter ſe noſtris, interruptum colloquium fuit: quod quamvis produci juberet Ferdinandus, Pontificij tamen miſſum facientes abierunt. Noſtra demum ætate, a. Ch. 1624. hiſtoria hactenus ſepulta, ſolita fide, prodiit, opera Friderici Forneri, Hebronenſis Epiſcopi, & ſuffraganei Bambergenſis. Id omnino dolendum maximè erat, quòd jam tum inter Confeſſores quidem Auguſtanos ea

fuit animorum conjunctio, ut, cum cauſam ſuam promotam nollent concordi animorum conſenſu, adverſariis robur non addidiſſent turpi diſſenſu. Nata enim hinc occaſio exprobandi diverſa Reformatorum ſtudia, & vellicandi certitudinem Confeſſionis Auguſtanæ, de qua Editor in præfatione ex Laurentio Surio. Nos Surij virulentia miſſa, ea de hoc colloquio ſubjiciemus, quæ moderatiùs *Altingius* noſter in H. Refor. Pal. p.m.53. reliquit: A. Ch. 1557. *conventus edictus eſt VVormatiæ, ut habito de Controverſiis religionis colloquio, quo ad ejus fieri poſſet, concordia certa & ſtabilis ſanciretur, quò, ut alij Principes Imperij & Electores, ita Elector Palatinus, Otto Henricus, Theologum ſuum veteranum, Profeſſorem, Henricum Stolonem ablegavit. Præſes hujus colloquii, nomine Cæſaris, erat Julius Pflugius, Epiſcopus Naumburgenſis, & collocutores, ex parte Pontificiorum, Michaël, Epiſcopus Magdeburgenſis, Delphius, Caniſius, Stapletonus, & alij. Ex parte Evangelicorum, Philippus Melanchthon, Erhardus Schnepfius, Joh. Brentius, Stoſſelius &c. Collocutores ambarum partium initio erudítè admodùm diſputârunt de norma doctrinæ & controverſiarum religionis, Pontificibus normam hanc ſtatuentibus perpetuum conſenſum Antiquitatis, inde ab initio Appoſtolorum deductum;*

ctum; Evangelicis ſcripta Prophetica & Apoſtolica V. & N. T. una cùm ſymbolis Oecumenicis, à quo capite, cum ad aliud procedere vellent, actiones turbârunt, & tandem abruperunt, Theologi, Flacciani cumprimis illi, qui à Junioribus Saxoniæ Principibus eò deſtinati erant. Contendebant enim, ad alia capita non antea deveniri poſſe, quàm damnatio eſſet inſtituta eorum, qui ab Auguſtana Confeſſione devii & ſegreges cenſebantur, Oſiandriſtæ, Majoriſtæ, Zuingliani, Adiaphoriſtæ & alii. His enim nominibus eos inceſſebant. Et per Oſiandriſtas intelligebant eos, qui in juſtificatione ſtatuebant juſtitiam DEI eſſentialem nobis imputari, quæ tamen ſententia, paulò poſt, cum authore extincta eſt. Majoriſtas eos, qui cenſebant, bona opera ad ſalutem eſſe neceſſaria, quaſi ſtatueret bonorum operum ad juſtificationem & ſalutem non minùs quàm ipſius juſtitiæ Chriſti neceſſitatem, in quo injuriam inſignem fecerunt optimo & ſanctiſſimo Theologo, D. Johanni Majori, Profeſſori VVitenbergenſi, qui, ut pietatis ſingulari zelo flagrabat, & imprimis urgebat pietatis ſtudium, ita hanc propoſitionem amplectebatur ex libro Interim, nimirum, bona opera eſſe neceſſaria ad ſalutem, verùm non promerendam, ſed conſequendam: Cùm bona opera ſint via, per quam contendimus ad vitam æternam. Sed quomodocunque ille ſententiam ſuam declarabat, illi adeò nitebantur

bantur in contrarium, ut ſtatuerent, bona opera non tantùm non eſſe neceſſaria ad ſalutem, ſed etiam pernicioſa, quemadmodum Zelotis diſputatoribus nunquam ſatisfieri poteſt. Per Zuinglianos intelligebant eos, qui diſcrepabant in doctrina de Cœna Domini, quibus affingebant calumnioſè, quòd Sacramenta eſſent tantùm nuda ſigna. Per Adiaphoriſtas Philippum Melanchthonem, & alios, qui putabant, pacis cauſa, ritus quosdam adiaphoros, in libro Interim contentos, poſſe tolerari. Hos omnes igitur illi voluerunt expreſſis verbis damnari, antequam in Colloquium de aliis controverſiis deſcenderetur. Obnitebantur cæteri omnes moderatiores, & in his etiam Michaël Dillerus, Palatinus, qui Stoloni agro ſucceſſor datus erat, præcipuè Philipp. Melanchthon, qui anteſignanus colloquij erat ex parte Proteſtantium, multis gravibus argumentis oſtendens, neque poſſe, neque debere condemnari. Proinde, cùm ſe actum agere viderent, exhibita condemnatione, brevi conſilio facta (de qua in ipſis Actis p. 4.) *Iulio Pflugio, VVormatiâ domum redierunt.* Hic rigidiorum Proteſtantium pruritus protinus erupit, moderatioribúsque, ne in condemnationem conſenſiſſe viderentur, purgandi ſe occaſionem præbuit. Habeo *Iohannis Piſtorij* apologeticum autographum, quod ad Gualtherum ſcripſit Francofurto, quo teſtatur, ſe ſu-

ſe ſuam ſimpliciter exponendo ſententiam, nec Zuinglium, nec quemquam damnâſſe. Id potiùs quæſiviſſe, ut ne, propter aliqualem diſſenſum in Cœna Domini, charitas, perfectionis vinculum rumperetur; idem enim omnes, quotquot fuiſſent in Synodo Marpurgenſi, cenſuiſſe, donec meliora ſentire dederit Dominus. Id ipſum Bezam expertum eſſe in interceſſione pro piis in Gallia. Hæc *Piſtorius Niddanus* d. 22. Martij 1559. Quæ de Beza obiter refert, ita illa habent. Dum Theologi ſuis convaſatis rebus domum properant, Wormatiam delati ſunt ex Gallia, Eccleſiarum Gallicarum Legati, Beza, Farellus, Camillus & Budæus, petituri interceſſionem Principum Germaniæ apud Franciſcum Galliæ Regem, qui quidem tum ſæviſſima perſecutione & Waldenſes, & cæteras per Galliam Eccleſias infeſtabat. Priusquam autem res in deliberationem veniret, juſſit Imperator ſcriptam exhiberi Confeſſionem de Cœna Domini, quam ita conceperunt & enunciaverunt, ut teſtarentur, ſe credere corpus Chriſti eſſe in Cœna præſens & comedi, ita tamen, ut Symbola naturali ore corporis perciperentur, res ipſæ verò nonniſi ſpiritualiter & ſupernaturaliter, id eſt, virtute Spiritus S. efficacis in cordibus fidelium.

Et cùm vellent etiam confeſſionem eorum captivorum, qui rogo erant deſtinati, exhiberi, in hoc quoq; morem iis geſſerunt. Igitur, qui iſtis præſentes erant Theologi Proteſtantes, auditis & ponderatis omnibus, Confeſſionem, tanquam orthodoxam, & Auguſtanæ Confeſſioni per omnia conſentientem, approbârunt, niſi quòd viderentur in uno capite de Cœna Domini paulò obſcuriùs loqui, de quo tamen in legitima Synodo amica conciliatio inſtitui poſſet. Scriptis igitur tum ad alios, tum ad Cancellarium, effecerunt, ut interceſſio ſcripta eò mitteretur. Hoc talo res adhuc 1557. ſteterunt, nec propter uniùs capitis diſſenſum Eccleſiæ reformatæ aqua fuerunt interdictæ & igni, quod poſtea rigidiores nonnulli cenſuerunt Theologi Auguſtani. De hac Legatione quid noſtri etiam præſtiterint Helvetij reformati, *Bullingeri* verbis referam ἀνεκδότοις. Duæ hoc anno legationes à IV. Urbibus ad Regem Gallorum mittuntur. Tigurinorum Legatus erat Johannes Æſcherus, Archigrammateus. Et principio menſ. Maij ſupplicatum abeunt pro Waldĕſibus in Pedemontio. Deindem. Octob. pro Miniſtris Lutetiæ. Multi enim fideles in ſacro cætu 5. Septemb. ibi fuerunt capti. Legationem impetrârunt nomine

mine Eccleſiarum Genevenſium, Lauſannenſium, Neocomenſium, D. Farellus & D. Beza. Ego interpretis fungebar apud Senatum officio. *Hæc ille.*

S. *Poſſiacum* ſuccedit colloquiũ, Poſſiaci, quod oppidũ Sangermano proximũ, in aula Monaſterij a. Ch. 1561. d. 4. Sept. à Rege Carolo IX. fuit indictum, ſub prætextu (aliũ n. fuiſſe ſcopum, poſtea audiemus) ut diſputationibus de religione quotidie magis increbeſcentibus, plurimiſque Procerum ad Reformatorum partes inclinantibus, quid agendum è republica eſſet, videretur, & partis utriusque ante omnia exploratæ eſſent ſententiæ & doctrinæ. Ad hoc colloquium, cui ipſe Rex interfuit, cum regia matre, Fratre Duce Aurelianenſi, Margaretha ſorore, cum Rege, Reginâque Navarræ, Principe Condæo, reliquiſque regni optimatibus, & Conſiliariis, magno numero; vocabantur ex Pontificijs Borbonius, Turnonius, Caſtellionæus, Lotharingus, Armeniacus, & Guiſius Cardinales, cum Archiepiſcopis, Epiſcopis, circiter quinquaginta, addita magna Sorboniſtarum & Canoniſtarum catervâ: Ex noſtris aderant Petrus Martyr Tiguro, qui Guilelmum Stuckium ſibi aſciverat comitem; Genevâ Theodorus Beza; cui acceſſe-

ceſſerunt Marloratus, Viretus, Gellaſius, Merlinus, Morellus, Boquinus, Eſpineis, aliique duodecim numero Miniſtri, additis viginti aliis ab Eccleſiis communiter miſſis, qui in Sangermanno divertebant, & hinc per Regis ſatellites Poſſiacum deducebantur. Hiſtoria & acta colloquii prolixè deſcripta ſunt in *Comment.* Reipub. & Relig. ſub. Carolo IX. P. I. lib. 28. *Petr. Martyr.* in Epiſt. ſub finem Loc. com. *Simler.* in vit. Martyr. *Hornbeck.* ſumm. Controverſ. l. IV. pag. 266. &c. Sed & nobis noſtrum ſupereſt ſpicilegium. Hoc ipſo die, quo prælo hæc deſtinavi, fragmentum colloquij Poſſiaceni, *Petri Martyris* manu inchoatum, Stuckij, verò comitis, abſolutum, offertur, quod, ut ne deinceps lateat, in apricum proferre fert animus. Ita verò αὐτολεξεὶ habet: *Lutetiæ die 9. Septembris appulimus incolumes*, excepto meo equo gradario: Divertimus ad ædes ornatiſſimas Theſaurarij Beltrudi, ibi à prandio & ante prandium permulti fratres nos humaniſſimè ſalutârunt. Acceſſit me Secretarius Principis Condenſis, heri ſui nomine ſalutavit, & mulum ejus, quem ſecum adduxerat, obtulit. Venit etiam Medicus Reginæ Navarræ: Uterque illorum volebat me ad aulam deducere, ſed toto eo die, da-

tur

tum eſt, ut quieſcerem. Poſtridie ejus diei, nempe Mercurij, 10. Septembris, veni ad S. Germanum, vectus mulo Theſaurarij hoſpitis mei. A fratribus exceptus fui per humaniter, ſum pranſus in cubiculo N. A prandio ſum adductus in aulam ad uxorem Principis. Interpretem egit Epiſcopus Trojæ. Acceſſit item Regina Navarræ, quæ me clementer ac benignè ſalutavit. Adfuit item uxor Admiraldi: Summa fuit ſermonum, adventus mei gratulatio. Hoſpitem habuimus Cardinalis Caſtilionæi. Noſtrum eramus 13. in eadem domo. In aula item aderant Legati miſſi ab Eccleſiis, quos de putatos vocabant; propterea miſſi, ut libertatem fidelium promoverent. Atque tum illi, tum nos, minimè ſumtu regio, ſed ab Eccleſiis deputato hîc vivimus. Deputati reginam rogârunt, ut inſtitueretur Colloquium, útque illi & illi vocarentur. Cùm decimo veniſſem, quievi toto die undecimo. Duodecimo, qui fuit Veneris, cum Regina ſum collocutus. Eam ſalutavi juſta & conſueta reverentia. Dixi, me ad ejus juſſum veniſſe libenti & alacri animo, ut aliquem fructum Spiritualem ex hoc acceſſu conſequerer, ſperaréque me illum habiturum, quod exiſtimarem, Dominum excitâſſe animum ejus ad cauſam religionis & cog-

& cognoſcendam & promovendam: Atque illam ſibi delegiſſe, ut idoneum inſtrumentum, idcirco eam & non vulgari prudentiâ & ſapientiâ inſtruxiſſe. Deinde, me gaudere, quòd etiam Eccleſiis Chriſti meo adventu eſſet gratificatus; & demonſtravi bonam voluntatem mei Magiſtratûs erga ejus Majeſtatem, qui niſi & religionem unicè curaret, & Majeſtati ejus maximè cuperet obſequi, me nunquam fuiſſet dimiſſurus. Deinde illam ſum adhortatus ad perſiſtendum in cœpto, quòd iſta reformatione non ſolùm profutura eſſet regno Galliæ; verùm toti Reipublicæ Chriſtianæ. Me quidem non negare, gravia pericula imminere & ſe offerre; ſed non timendum eſſe, quòd ſemper Deus adfuerit huic rei ſtudentibus. Aſam, Joſaphatum, Ezechiam, Joſiam juviſſe, qui correxerunt populum, qui Idololatriâ prorſus corruptus eſſet. Conſtantius, cùm haberet Collegas, imò ſuperiores, Diocletianum & Maximinianum, auſus eſt Chriſtum agnoſcere. Conſtantinus M. in graviſſimis periculis pacem dare Eccleſiæ, qui Collegam Licinium ſortitus erat Chriſtianis inimicum: Et ſi Deus iſtos juvit, non erit modò ſui diſſimilis, verùm idem qui prius fuit. Reges potiſſimùm huic Domino ſervire oportet,

tet, ita ut pro illius, non pro hominum voluntate colatur. Nunc verò id unum maximè ſtudendum, ut religio & Sacramenta ad prima initia revocentur, & ſuperſtitiones removeantur. Deum quidem id potuiſſe absque opera Principum facere; & aliquando feciſſe. Verùm ordinaria via Principes decreviſſe illuſtrare. Quare illos decere non obliviſci, ſe poſitos non minùs prioris, quàm poſterioris Tabulæ cuſtodes: Ideóque non licere iis curam cultus divini prætermittere. Subdidi præterea, eos non eſſe audiendos, qui affirmant, ad Principes hoc non attinere, cum in Deuteronomio c. 17. longè aliter ſtatuatur. Et Paulus velit, Magiſtratum eſſe promotorem bonorum operum, inter quæ divinus cultus priorem locum teneat: Quare adhortabar, ut officium faceret, Ajebat, ſe cupere, ut veritas agnoſceretur, ſe videre libenter; & eo nomine huc vocâſſe, ut conſilium darem, quomodo poſſet iniri concordia: ita ut absque adverſariorum offenſione pax haberetur. Ibi ego dixi, me nihil boni de illorum voluntate mihi poſſe promittere. Iſtis nonnihil offendebatur; ſed addebat, cum illis benignè ac dulciter agendum. Ad id ego, ſic agetur, modò nihil de veritate imminuatur aut decidatur. Ajebat idem

ſibi

ſibi placere, ſubjiciens, tot eſſe diſcordias & ſeditiones in regno, cauſa religionis, ut admodum turbaretur: Tum illá admonui, hoc non eſſe mirum, quòd Chriſtus talia eventura prædixerit in Evangelij prædicatione. Profitebaturque, ſe veniſſe, ut gladium, non pacem immitteret, ac ignem accendiſſe, neque aliud velle, niſi ut ardeat: neq; poſſe religionem puram ac veram inſtaurari ac retineri citra crucem: Si veræ puræque religioni ſtudere polliceatur, fore, ut non haberet fideliores ſubditos noſtris: hoc mihi negavit ità eſſe, quòd primi arma ſumſiſſent: Illam oportere forti animo eſſe, ac ſyncerè iſtam provinciam aggredi, & Deum, juxta ſua promiſſa, non defuturum, qui leniat mala, & patientiam largiatur. Reſpondit, ſi per iſtos Prælatos deſperas Eccleſiam reformandam, quodnam conſilium habes de rerum compoſitione? In præſentia dixi, non aliud occurrere, niſi ut liberè ſineret Evangelicos ad ſacros cœtus convenire, dando eis templa, in quibus haberentur ſacræ conciones. Nam ſi hoc efficeret, veritatem ſeſe ultrò patefacturam, nec opus fore colloquiis, aut diſputationibus. Non abnuebat, ſed Eccleſiaſticorum pace ac voluntate voluiſſet id fieri, quare me rogabat, ut apud noſtros operam darem, ut aliquis

cum

cum illis conſenſus iniretur, quòd ſciret, me auctoritate ac doctrina (NB.) plus cæteris valere. Hoc mihi non eſſe tribuendum reſpondebam, ſed verbo DEI ſalvo atque incolumi me recipiebam facturum, quæ poſſem. Illa dicebat ſe poſtea me ſæpius allocuturam; de tempore verò aut hora nihil conſtituit, cùm de eo à me rogaretur, ſed monebat, ut tum accederem, cùm ab ea eſſem accerſitus. Interea de Auguſtana confeſſione rogare cœpit, quidnam judicarem? Dixi, mihi videri nobis debere ſufficere verbum DEI, quòd ibi omnia luculenter contineantur, quæ ad ſalutem faciant. Nec ſi reciperet, illam propterea conciliationem ſecuturam cum Romanenſibus, cum illam ut hæreticam proſcripſerint. Cum hæc ultrò citróque dicta fuiſſent, petiit Regina, ut cum ſummo Regni Cancellario, qui ſeorſim à nobis, qui ſoli unâ colloquebamur, nemine præſente, deambulabat, loquerer. Illum hominem, ajunt, rem benè tenere, necque, quod attinet ad animam, religioni adverſari: Sed cùm totus politicus ſit, rem minimè promovet, ſed ei potiùs incommodat. Oſtendi ei, per Epiſcopos & Cardinales reformationem exſpectandam non eſſe, quòd illi pro ſuis opibus atque divitiis contenderent. Annuebat ita

ita eſſe, verum laudabat interea confeſſionem Auguſtanam. Cùi ego reſpondi eadē, quæ antea Reginæ dixeram, plura nimirum adjecturus, niſi colloquium noſtrum fuiſſet interruptum. Rex quippe Navarrenus acceſſit ad nos, & quidem ſolus, & ſeſe ingeſſit inter nos duos tertium. Et priusquam loqueretur mecum, quædam Cancellario dixit, quæ non intellexi, ad me deinde converſus, cœpit rogare, an Tiguro veniſſem, quid ibi profiterer, quamdiu in ea urbe fuerim & quo tempore reliquerim Italiam? Et permulta hujus generis interrogabat. Ego verò antea Reginæ tradideram literas noſtri Magiſtratus, quæ tum ad eam, tum etiam ad filium, Chriſtianiſſimum Regem, datæ fuerant: in manibus autem illas habebam, quæ ad ipſum regem Navarræ pertinebant. Is verò cùm animadvertiſſet, me ignorare cum quo loquerer, ultrò rogavit: Ecquænam eſſent illæ literæ, quas manibus tenebam? Reſpondi, ad Majeſtatem regis Navarræ pertinere; tum ait, ego ipſe ſum qui tecum loquor: tum ego deprecatus meam ignorantiam, procubui ad genua, ut fieri ſolet, atque illum, ut regem, ſalutavi, nomine cùm meo, tùm etiam mei Magiſtratûs: Obtuli officia omnia, quæ præſtare poſſem.

Ille

Ille humaniter erexit me, atque cùm videret literas germanicè ſcriptas, rogabat, an eam linguam callerem? negavi, tum ille non diſſimilia retulit ab iis, quæ Regina locuta mecum fuerat, & de Confeſſione Auguſtana cùm ageret, eam plurimum commendabat. Sed cùm videret, *me non aſſentiri*, & quidem juſtis de cauſis, deſiit loqui mecum ad Regni Cancellarium verſus. Regina interim acceſſit me rurſum, & quod memoraverat antea, repetiit vehementer, petens, ut paci & concordiæ ſtuderem, quantum per conſcientiam, & verbum Dei fieri poſſet. Id ego propoſitis conditionibus me recepi facturum: atque ita diſceſſum eſt. Ibi rurſus vidi ac ſum allocutus Reginam Navarræ, nec non ejus filium, qui adhuc eſt puer. Salutavit etiam me domina de Courtſole. Sed priusquàm diſcederet inde Regina, inquit ſe velle rurſus colloqui mecum, indicaturamque cum locum, tum etiam tempus.

Die 16. Septemb. cùm habenda eſſet oratio Poiſſiaci à Cardinale Lotharingo in aula, multis actum eſt, an ego eſſem inducendus: videbaturque jam conſtitutum, ut non irem, quòd Cardinales & Epiſcopi me, ut dicebant, hominem peregrinum ibi nollent ferre. At regina tandem ſtatuit, ut

venirem. Cum autem res cunctando ſic extraheretur, fratres & collegæ me præceſſerunt. Ipſe verò ſeorſim deductus ſum à Secretario Principis Condenſis. Quin etiam ſum vectus Poſſiacum mulo Principis. Et cùm ad monaſterium ejus oppidi, ventum eſſet, ubi Eccleſiaſtici conventū habebant, ibi Dux Guyſianus cum ſatellitibus oſtio præ erat, ut nulli poſſent ingredi, quibus facta non eſſet à Regina facultas introeundi: atque ignorans ab initio quis eſſem, non admittebar, ſed meo audito nomine, arrepto brachio me introduxit.

Non adhuc, dum ingrederer, omnes Cardinales convenerant, nec mei collegæ ingreſſi erant. Sedebant quidem epiſcopi ferè omnes intra quoddam ſeptum illius aulæ. Quamobrem, cùm viderem actionem differendam, in angulo quopiam ſolus conſedi. Ubi cùm eſſem, acceſſit me Cardinalis Caſtilioneus cùm duobus Epiſcopis, habitu nimirum pontificio & Cardinalitio, atque me peramanter ſalutavit, affirmando, optatiſſimum bonis omnibus meum adventum fuiſſe, in Regnum Galliæ: Deinde omnia ſua officia clementiſſimè obtulit: rogârunt præterea duo Epiſcopi qui cum eo erant, ut concordiæ ineundæ auctor eſſem. Gratias egi, & quod rogabar

bar promiſi, ſed quantum veritas & Dei verbum pateretur. Eſt autem ille Cardinalis Admiraldi frater, utque ajunt, de religione pie admodum ſentit. Paulò poſt ingreſſus eſt Lotharingus Cardinalis, unà cum aliis permultis epiſcopis. Paulò poſt Rex unà cum matre, nec non Rex Navarræ ac cæteri Proceres venerunt. Quos deinde mei collegæ ſecuti ſunt, quibus me adjunxi, & ad ſuperiorem aulæ partem nos contulimus. Epiſcopi & Cardinales ordine ſederunt, nos verò ſtetimus, & quidē extra illorū ſeptū. Lotharingus orationē habuit, & Bezæ concionē, ut potuit, confutavit. Primùm de ſua Eccleſia multa dixit, ut quæ haberet juſtam ſucceſſionē, & quidem continuatam, & manuū impoſitionem, quæ cùm detraheret nobis, miniſtrorum Eccleſiarum Gallicarum auctoritatem abrogavit. Deinde affirmavit, ſuam illam Eccleſiam Chriſtum colere atque invocare citra idololatriam. Negavitque Dei Eccleſiam tantummodo ex electis & reprobis conſtare, quod alioqui eſſet futura inviſibilis; & homines de illa ſemper fore incertos. Conſtat, inquit, ex Virginibus prudentibus & fatuis; tritico & zizaniis, frumento atque palea, atque piſcibus tam bonis atque putridis. Præterea ſubjecit, Concilia errare

non poſſe neque doctrina, neque moribus, ſed multa immutare pro temporum varietate. Et Eccleſiam ipſam affirmavit ante Scripturas eſſe, atque illarum interpretationem ab Eccleſia petendam. Divertit poſthæc ad rem Sacramentariam, verùm de tranſubſtantiatione prorſus nihil dixit, neque de Miſſa. De præſentia verò corporis & ſanguinis Domini ſub ſpeciebus panis & vini non minus craſsè ac rotundè locutus eſt quàm Lutherus & Brentius. Nam affirmavit illa pæſentia adeſſe non quidem localiter, neque circumſcriptivè, ſed cœleſti modo, & ut loquebatur, ſuperſubſtantialiter.

Cùm peroràſſet, ad Reginam matrem & Regem fecit apoſtrophen, genibus flexis, oravitque, ut in ea fide permanerent, in qua nati & baptizati erant, atque ſimul obtulit cum ſuis Epiſcopis omnia officia, obſequia, & obedientiam. Id præterea obſervavi, eum quoties mentionem faceret Sacramenti Euchariſtiæ, caput aperuiſſe, quem, ut ſimiæ, cæteri Epiſcopi & magiſtri noſtri ſequebantur. Egit verò quoad verba & geſtus placidè ac ſine conviciis.

Cùm orandi finem feciſſet, noſtri rogârunt, & ſupplices à Regina petierunt, ut ſibi liceret vel ex tempore dictis à Cardinale reſpondere. Continuò ſurrexerunt

Prælati, ac thronum Regis ac Reginæ circumvallârunt. Quid verò dixerint, aut egerint, prorſus ignoramus. Eventus autem declaravit, eos eſſe deprecatos, ne id nobis concederetur Nam reſponſum eſt, ne tum quicquam ageremus, quòd eſſet poſtea dandus dies, quo liceret reſpondere. Cùm rediiſſemùs ad S. Germanum, Princeps Condenſis & Admiraldus confeſtim Bezam, & me in Regiam convocârunt, rogantes inſtanter, quæ nam viſa nobis eſſet Cardinalitia conciò? Ipſi eam mirum in modũ laudârunt, eo ſanè conſilio, ut taciti monerent, ne de illa vel duriùs vel aſperiùs loqueremur: atq; ita ſpes colloquij habendi præcideretur: Atq; me obliquè ſubmonebant, ut, cùm eſſem ad Reginam craſtino die accerſendus, de illa concione molliter ac placidè referrem, quod videretur. Id, ajebam, polliceri me non poſſe, niſi quantum veritatis & verbum Dei paterentur.

Die 11. Septemb. Reginam acceſſi, ab ea ſub veſperam accerſitus, quæ primo ſtatim congreſſu rogavit, ecquid videretur de concione pridie à Cardinale habita? Reſpondi, quantùm de lingua Gallica poſſim aſſequi, viſam fuiſſe mihi ſatis eloquentem, & licèt verba non parùm fuerint acria, tamen convitiis caruiſſe. Addebam

prætereа, eum multa bona & vera dixiſſe, ſed quæ nobis cum eo & illius grege communia eſſent, ut illud, quòd in Eccleſia non tantùm boni, ſed mali etiam verſarentur, nec non de politica obedientia erga magiſtratus, & quædam alia hujus farinæ. Verum, quæ adjecta eſſent contra noſtrum miniſterium, atque de Euchariſtia, non poſſe à nobis probari, niſi fortaſſis in colloquendo & conferendo aut emendarentur, aut lenirentur. Rogabar ad hæc rurſus de conſilio aliquo pacificationis: Ajebam, me non aliud afferre poſſe atque id, quod ante ſuggeſſeram: Sed tamen id in mentem venire, ut ſi non poſſet inter nos & illos de hoc articulo convenire, id fore conſultum, ut liber in medio relinqueretur, & utraque pars crederet, quod magis judicaret Scripturis conſentaneũ, nec impedirentur Eccleſiæ noſtræ, quò minus docerent, quæ orthodoxa & vera crederent. Neque iſta de cauſa odio ſe mutuo proſequerentur, vel alter alterum hæreticum appellaret. Deinde jus & æquum poſtulare, ut quemadmodum illi ſuas rationes ad unguem in religione volunt retinere, nec quicquam remittere, ita debere nos in eo cultu ſinere atque doctrina, quam hucusque uſurpavimus. Subjeci poſtea illam facilè

poſſe

poſſe animadvertere, hos Eccleſiaſticos tantùm de ſuis opibus,dignitate ac potentia dimicare, quod vereantur, ſi obtinuerimus, ne ipſis hæc decedant: Ideò,meo judicio,illis eſſe perſuadendũ nõ ita fore,ſed, quoad viverent,ſua illis integra & ſalva eſſe manſura. Hoc ſi fiat,ipſos fortè poſſe cicurari. Alioqui,quod velint ſuis de rebus quicquam immutare, deſperandum eſſe: Nam rogavit Cardinalis ad finem Concionis, ut Rex more majorum inſtitueretur, quare oſtendit ex illis verbis,nihil ſe opinari eſſe immutandum aut repurgandum in antiquorum moribus: Verum è diverſo arbitrari,omnia ibi certè & ſanè habere,ſed operam eſſe dandam,ut in collatione ſeu colloquio cauſa exactè excuteretur, atque tum luce clarius patefiendum, corruptelas multas & abuſus innumeros eſſe corrigendos. Ad hoc reſpondit,ſe adhuc in eo perſtare, ut de re ipſa clarè ac dilucidè cognoſceretur. Repetebat attamen eandem cantilenam, ut dulciter & placidè cum adverſariis ageretur.

Die 19. Septemb. ad aulam venit legatus pontificius, id eſt Cardinalis Ferrarienſis. Ante ſe geſtari faciebat crucem argenteam, quam pauciſſimi, aut nulli ferè venerabantur, ſed è diverſo plurimi irridebant.

debant. Quare illam, excepto eo die, præ ſe non geſtari fecit. Legato proceſſit obviam Dux Aurelianenſis extra oppidum, Dux Guyſiæ, Cardinalis Lotharingus cum aliis. Voluiſſet Rex Navarræ, ut ejus quoque filius eò iret, ſed Regina uxor ejus prohibuit, nam eum collocaverat in lecto, quaſi ægrotaret. Cum ad arcem perveniſſet Legatus, Rex ipſe deſcendit gradus, & ei occurrens illum reverenter ſalutavit. Traxit verò ſecum legatus Magiſtrum ordinis Jeſuitarum cum duobus, aut tribus ejusdem ſectæ, Franciſcanum item Epiſcopum Sciotam, & alios, ut dicitur, admodum eruditos viros, jactabantur, vel ſoli poſſe tueri ac ſuſtinere labantem papatum.

24. Septem. Poiſſiacum ivimus ad colloquium, die Mercurij, ubi concionem Cardinalis Beza, quoad multa capita, confutavit, nobis iniuriam ab eo factam quod affirmaverit, nos ponere Eccleſiam omnino inviſibilem, & affirmaverit juxta ſententiam Auguſtini, aliquos ita eſſe in Eccleſia, ut ipſa ſint Eccleſia, & vera Chriſti membra, & eos eſſe tantummodo regeneratos & juſtificatos: Alios autem in Eccleſia verſari, cùm Eccleſia non ſint. Deſcendit poſtea ad ea quæ dixerat Cardinalis de Scripturæ & Ec-

cleſiæ auctoritate. & ſacras Literas Eccleſiæ prætulit, & confirmavit omnia quæ ſunt ad ſalutem neceſſaria in divinis literis contineri. Deinde multus fuit in defendenda noſtrorum miniſtrorum vocatione, quam ille prorſus abjecerat, dicendo, nullam eſſe quòd ſucceſſione deſtitueremur ac manuum impoſitione.

Quoad caput Euchariſtiæ, dixit, nos credere, corpus Chriſti verè quidem manducari, ſed ſpiritualiter & per fidem: Cardinalis in improbanda noſtra vocatione perſtitit, arguendo ſucceſſionem interruptam, & primos ex noſtris, qui ſe ab Eccleſia Re. ſepararunt, non potuiſſe dare aliis, quos inſtituebant manum impoſitionem, cùm ea carerent, quia nemo dat quod non habet. Adduxit præterea hiſtoriam Athanaſij, & de Iſchira ſeu Iſchirione, quem Athanaſius de claravit Epiſcopum non eſſe, cùm impoſitione manuum caruerit. Cœpit deinde agere de auctoritate Scripturarum & Eccleſiæ, atque Scripturas negavit eſſe imperfectas, ſed eam eſſe noſtram infirmitatem, ut à juſta earum intelligentia ſæpius aberremus, & ideò ſe non dicere Scripturis Eccleſiam præeſſe, quaſi eas judicet aut condemnet, ſed ubi duo litigant inter ſe de Scripturæ ambiguæ ſenſu Eccleſiam interpo-

nere ſuum judicium, & alterum contendentium damnare, alterum verò approbare, atque ita dici judicem hominum non Scripturæ. Adhæc inficiabatur, in Scripturis haberi, quæcunq; credita ſunt neceſſaria: ἔνςασιν dedit de tribus Perſonis & una eſſentia in natura divina, de ὁμοουσίῳ, & de proceſſione Spiritus ſancti, cum à Patre tùm Filio, de pædobaptiſmo, & Mariæ perpetua virginitate à partu Servatoris noſtri; Adhæc ſingillatim Beza reſpondit. Illi verò toti erant in verbo ſcripto, & non ſcripto. Et quia fuerat à nobis Tertullianus adductus & Baſilius in ſumma morali, & oratione de Confeſſione fidei; Ipſi etiam è diverſo Tertullianum citârunt de corona militis, & Baſilium de Spiritu ſancto, ad conſtabiliendas humanas traditiones. Quin & Chryſoſtomus prolatus eſt in prologum Mathæi, quaſi ſcripſerit, Deū contra ſuam voluntatem hominibus dediſſe Scripturam, cùm tamen revera Chryſoſtomus non ita ſcripſerit. Tandem à noſtris concludebatur, in Scripturis contineri, vel ex ipſis neceſſariò concludi quæcunque ad ſalutem ſunt neceſſaria. Hîc reluctati ſunt adverſarij, affirmantes, ea quæ concludantur ex ſcripturis non eſſe argumenta neceſſaria, circa ea quæ antea recenſuimus.

Poſt-

Confutatum præterea eſt, quòd Cardi-lis dixerat, Concilia non poſſe errare, ac in-ter cætera locus eſt adductus Auguſtini, qui ſcripſit, Concilia priora poſterioribus emendari, & emendatio declarabatur non poſſe referri niſi ad errores. Reſponſum eſt ab adverſariis, hoc de generalibus conciliis non potuiſſe intelligi, quòd ætate Auguſtini duo vel tria tantummodo concilia generalia fuerint habita, Nicenum ſcilicet, Conſtantinopolitanum & Epheſinum primum.

Poſthæc orationem deflexit Cardinalis ad Euchariſtiam, ac teſtatus eſt, ſe nolle ulteriùs conferre nobiſcum, niſi ſententiam noſtram de Cœna intelligeret cum ſua congruere, ac nos vehementer hortabatur ad conſenſum cum Germanis, qui Auguſtanam Confeſſionem profitentur. At nos cum probè ſciremus, illum cum ſuis, ab Auguſtana confeſſione abhorrere, rogavimus, an eam vellet quoad omnes ipſius articulos recipere? Quod ſi nollet, conquerebar nobis proponi gravem conditionem, nempe ut nos vellet ad id cogere, quod ipſe nollet admittere. Ibi reſpondit, ſe nihil morari alios illius Confeſſionis articulos, ſed tantùm eam comprobare quoad præſentiam corporis & ſanguinis Domini. Tum ſubji-

cie-

ciebamus, iſtam præſentiam à Germanis poni per *conſubſtantiationem*, ita, ut duas ſubſtantias in Sacramento unà ponant, nimirum panis & corporis Domini. Reſpondit, ſe conſubſtantiationem minimè recipere, ſed tantum veram præſentiam approbare. Ac ibi verba Confeſſionis interpoſuit, & ea legit, atteſtando, eam ſibi fuiſſe miſſam à principibus Palatinis Rheni. Deinde protulit hanc brevem propoſitionem: In auguſtiſſimo Sacramento adeſſe corpus Chriſti realiter, verè, ac ſubſtantialiter, atque ita exhiberi & ſumi, & addebat, ſe decreviſſe, ut vel ei aſſentiremur in hanc ſententiam, vel ſe nolle ulterius nobiſcum agere aut colloqui. Hanc ejus arrogantem & faſtuoſam conditionem, Regina, Princeps & Admiraldus ægrè tulerant, quòd animadverterent, adverſarios nolle congredi, & cauſam quærere abrumpendi colloquii, neque voluiſſent ab iſto articulo initium diſputationis fieri, quòd ſatis conſtaret, vix aut nullo modo poſſe inter partes de illo convenire. Qua etiã de re Beza ibidem conqueſtus eſt, ſed Cardinalis ait, inde ſe propterea velle auſpicari colloquium, quòd ipſe Beza in ſua concione maximum iniecerit ſcandalum auditoribus, ut qui dixe-

dixerit, corpus & ſanguinem Domini plus diſtare à pane & vino, quàm diſtet cœlum à terra. Cùm ergo, inquit, ipſe jeceris lapidem ſcandali, nos quoque angimur cura gregis nobis commiſſi, ne aculeus quo puncti ſunt, diu in animis eorum hæreat.

Cùm jam ſic actum eſſet, diſſolutus eſt conventus, dato ſpatio noſtris ad deliberandum, an in ſententiam Cardinalis de præſentia corporis Chriſti vellent conſentire, & rogatum eſt, ut reſponderent ſimpliciter & apertè in proximo congreſſu. Et quia viſum fuerat, ut omnia Gallicè agerentur, quo & ipſa poſſet intelligere quæ dicebantur, ideò ego eo die nihil dixi, quòd Gallicè loqui non poſſem, neq; vel à Principibus vel à Regina ſum rogatus, ut quid videretur, exponerem. Quare fratres me rogarunt, ne proximo congreſſu tacitus eſſem, voluerantque, ut à Regina peterem loquendi facultatem. Poſtulato eorum annui, & Reginam adhuc præſentem acceſſi, ac rogavi, ut pateretur me Bezæ atque fratribus auxilio eſſe in differendo. Hoc illa benignè admodum & clementer dedit, tum eam interrogavi cùm Gallicè non poſſem loqui, qua nam lingua me uti vellet? Reſpondit Italica, ut ipſa etiam intelligam, quæ dicantur, atque ita diceſſum eſt,

26. Septemb. die veneris Poiſſiacum rurſus convenimus: antea moniti à Regina, Principe atque Admiraldo, ut omnibus modis renueremus primo loco de præſentia corporis Chriſti in Sacramento Euchariſtiæ agere: quòd nollent videri noſtra culpa colloquium eſſe abruptum, ſed voluiſſent adverſarios prius convinci de graviſſimis abuſibus & erroribus; tergiverſari non poſſent, ſuam Eccleſiam turpiſſimè laborare.

Iis auditis, libellum ſupplicem, quem conſcripſeramus in procœmio actionis Reginæ de ſcripto recitavimus. In eo verò duo præcipuè continebantur: Primùm quòd abſque juſtis cauſis de noſtro miniſterio ab adverſariis dejiceremur. Nec interea de tanta re judicium fieret, adjiciendo, nos poſſe multò plura & magis veriſimilia contra eorum miniſterium afferre, quibus oſtenderetur illorum vocationem atque ordinationem etiam juxta canones Eccleſiaſticos irritam eſſe; ſed maximè Pauli doctrinam quæ ad Timoth. & Titum habetur. Nam ibi mandatur inter cætera, ne ſint νεόφυτοι, ne turpis lucri cupidi, ne violenti, ne percuſſores &c, qui ad Epiſcopatum promoventur. Quæ ſi valerent, ut valere debent, probaretur eos non tantùm Epiſco-

pos non eſſe, verùm ab Eccleſia Chriſti alienos. Deinde ſatis conſtare abſque populi cœnſu & electione per moots eſſe. At iſta nos in præſentia nolle urgere, ne habeamur incepti colloquij diſturbatores. Ea tamen attigimus ne ſpreto miniſterio noſtro tam ſibi placerent adverſarij ſua ſucceſſione atque manuum impoſitione.

Secundo loco expoſtulatum eſt, nos hic ab eis ceu captivos quodammodo adigi, ut præſcriptis verbis de præſentia corporis & ſanguinis Domini in Cœna ipſis ſubſcribamus, & Auguſtanam confeſſionem quoad illud reciperemus, alioqui colloquium eſſe abrumpendum. Id autem è diverſo potius æquum videri, ut Regiæ Majeſtatis eſſet conſtituere de forma, ordine ac proceſſu diſputationis habendæ: rogabamuſque, ut non ab eo articulo initium fieret, ſed ut ordinem ſequeremur doctrinæ, qui retinetur in confeſſione à Gallicanis Eccleſiis Regiæ Majeſtati oblatæ, aut ſi tantopere delectentur Auguſtana confeſtione, diſpoſitionem atque ordinem ejus in diſputando perſequerentur. Ad libellum ſupplicem Regina ...m non reſpondit.

Quia vero in libello ſupplici etiam id recitatum erat, iſtos Epiſcopos non habere

ſuæ

ſuæ electionis populi conſenſum, & idcirco vocationem eorum juxta canones eſſe irritã, Cardinalis propterea conqueſtus eſt, ajebàtque jam à longo tempore in Gallia plebis poteſtatem in Regem translatam eſſe, & ideò illum poſſe nominare, quem vellet Epiſcopum, quòd in eo ſitus eſſet populi conſenſus. Atque illic miras laudes Regis Franciſci primi, Henrici, & Franciſci poſterioris interponebat, quaſi diceret non eſſe concedendum, ut illi Epiſcopos injuſtè ac ſine ratione inſtituiſſent, ac nominaſſent, utque nos magis invidia gravaret, ajebat, nos id moliri, ut Regem ſua poteſtate dejiceremus, & ſic rem tractare, quaſi Gallia Regem non haberet, neque aliò ſpectare noſtrum ſermonem, niſi ad ſeditionem Deinde adjecit non ſic temerè, ut putamus, Epiſcopos in Gallia ordinavit quòd Rex, poſtquam epiſcopum ordinari literas dare conſueverit ad nobiles ejus diœceſeos, & alias ad populum, quibus intelligant, quem eis præfecerit Epiſcopum: unde apparet Epiſcopos non creari absque ſcitu & conſenſu aliquo populi: nam ſi nõ eſſet idoneus, qui præficitur nihil obſtare quòminùs illi reclament apud Regem. Venit deinde ad Euchariſtiam, & approbandam carnis Chriſti ſubſtantialem præſen-

ſentiam in ſymbolis, canebat eandem cantilenam cum ea, quam habuit in ſua concione: verba nimirum Domini, quibus dixit, hoc eſt corpus meum, ſimpliciter accipienda eſſe. Ibi ego ſermonem arripui lingua Italica, ut Regina voluerat, primo loco defendens noſtrum miniſterium, quòd haberet ſucceſſionem veræ doctrinæ in Eccleſia Filii Dei, ſucceſſionem item puræ adminiſtrationis Sacramentorum, nec non ſucceſſionem bonæ vitæ ac ſanctitatis morum, & hæc ſatis eſſe ad Chriſtiani miniſterii plenam integritatem, etſi ab Epiſcopis non data ſit manuum impoſitio, quam utique non aſpernati eſſemus, ſi ab eis licuiſſet ipſam accipere. Sed illi noſtris minimè dediſſent cum ea doctrina, quam profitemur. Nec nos ab eis potuiſſemus accipere, propter tot corruptelas & vitia doctrinæ, quæ vellent nobis obtrudere. Præterea dicebam, neceſſarium id eſſe, quod ſe aliter habere non poteſt, atque ideò cùm ſacrum miniſterium, tam in lege veteri, quàm in Evangelio, habuerit locum citra manuum impoſitionem, eam non eſſe habendam omnino neceſſariam. Moſes enim ſacrificavit & Aaronem ac ejus filios ordinavit ſacerdotes, illis manus imponendo, cùm ipſe à nemine antea manuum impo-

ſitionem habuerit. Cumque poſtea ordinarium miniſterium inter Hebræos collapſum eſſet, mittebantur aliqui Prophetæ, qui, cùm non eſſent ex genere ſacerdotali, miniſtrabant attamen docendo populum, & nonnunquam ſacrificando, quod fecit & Samuel & Helias, quo declaratur & in inſtituenda primùm religione, atq; in ea repurganda non eſſe manuum impoſitionem ſemper neceſſariam. In Teſtamento etiam novo Paulus miniſtravit prædicando & plantando Eccleſias antequam ab Apoſtolis conſequeretur manuum impoſitionem. Non enim ſtatim, ut vocatus eſt, acceſſit alios Apoſtolos, ſed in Arabia per tres annos & docuit & plantavit Eccleſias. Quòd verò poſtea illi & Barnabæ manus imponerentur, id non factum fuit ut initium ſeu caput ſacri miniſterii, ſed ut ad gentes auſpicatò & communibus Eccleſiæ precibus adjuti mitterentur. Quare non mirum videri debet, ſi nunc vitiata & corrupta prorſus Eccleſia, DEUS extraordinaria vocatione aliquos excitavit ad eam inſtaurandam & reſtituendam. Verùm ſi quis hîc dixerit etiam Anabaptiſtas & Libertinos poſſe hoc modo tueri ſuos conventus & miniſtros, aſſerendo ſcilicet, ſe habere vocationem extraodinariam: occurre-

curretur eis, quòd aliqui eorum in maniſeſtiſſimis verſentur erroribus, & in eo præſertim, quòd ſacras literas in totum non admittunt. Nam Anabaptiſtæ vetus Teſtamentum pertinere ad Chriſtianos inficiantur: & Libertini ajunt, divinam Scripturam imperfectorum eſſe, perfectos autem ea non teneri. Nos verò eas omnes, uſque ad minimum jota recipimus, ac tria ſymbola, nempe Apoſtolicum, Nicenum & Athanaſij amplectimur, neque ab ullo dogmate primitivæ atque Apoſtolicæ Eccleſiæ defecimus. Deinde, ut liquidiùs oſtenderem, manuum impoſitionem non eſſe ita neceſſariam, ut citra illam miniſtrari non poſſet, id ſumebam: Spiritum ſanctum non eſſe ita rebus externis alligatum, ut citra illas interdum ſuas vires non exerat. Etenim ſi contingat aliquem non eſſe tinctum, ſi tamen baptiſmum non aſpernetur, ſed cupiat; interea verò moriatur, non eſt ei fraudi quoad æternam ſalutem, quòd obierit absque baptiſmo. Quòd ſi privatio tanti Sacramenti ab æterna ſalute non excludat, cur deſtituentur vel arcebuntur à ſua functione, qui vocati ſunt, ſi citra ſuam culpam impoſitione manuum caruerint? Nec rectè aſſeruit Cardinalis, Catholicam, hoc eſt, univerſalem ſententiam eſſe,

neminem dare, quod non habet. Nam tempore Pauli, ut habetur ad Philippenſes, multi prædicabant Evangelium Chriſti, & regnum ejus promovebant, cùm extra illud eſſent, & æternam ſalutem atque gratiam, ut inſtrumenta, per quæ Deus agebat, ſuis auditoribus miniſtrabant, cùm ipſi horum bonorum eſſent exortes. Ad hæc ſatis conſtat, Ziporam, uxorem Moſis circumciſionem filio dediſſe, quam ipſa non habebat, cùm eſſet quoad ſexum fœmina, & genere Madianitis. Conſtat præterea ex doctrina Scholaſticorum poſſe fieri, ut quis in extremo periculo conſtitutus baptiſmum cupiens, ſi deſtituatur ordinario miniſtro, petat à Judæo vel Turca, ut ſe baptizet in nomine Patris, Filij, ac Spiritus ſancti, ac ita fiat, baptiſmum ratum haberi, nec eſſe repetendum. Quare non eſt verum in univerſum, neminem poſſe dare quod non habet. Abrahamus item cum primùm eſt circumciſus, ab eo circumciſionem accepit, qui eam non habebat, etiam ſi ſeipſum circumcidiſſet. Et Johannes Baptiſta baptiſmum aliis dabat, cùm ipſe ab alio quopiam non aqua fuiſſet tinctus.

Aſſeruit etiam, eum nos falsò inſimulâſſe, quaſi tentaverimus dejicere Majeſtatem Regiam de ſua poteſtate, cùm dictum fuerit

rit, Epiſcopos ejus non recte inſtitutos quod electione populi & cleri deſtituantur. Non enim venimus huc iſta de cauſa, ut Politiam vel perturbemus, vel pervertamus. Et quod attinet ad rationem ab eo adductam, nempe ſuffragia populi jam in Regem eſſe translata, & ideò ipſum unum poſſe Epiſcopos inſtituere quos voluerit, eam admodum infirmam eſſe. Nam eo tempore, quo Canones illi cônditi ſunt, qui adducti erant, Imperatores jam fuiſſe Chriſtianos, & in eos plebis auctoritatem fuiſſe translatam, non eſt dubium, & nihilominus decretum fuit illis canonibus, ut ordinatio eſſet irrita citra plebis electionem atque conſenſum. Quòd verò in præſentia illam poteſtatem conſtituendorum Epiſcoporum ad ſe Reges pertraxerint, id factum eſſe ajebam propter opes & potentiam, qua Epiſcopatus inſtructi fuerunt. Et quòd Papa ſibi jam arrogâſſet jus conferendi Eccleſiaſticas functiones, quibus libuiſſet, quò fiebat, ut in regnis exteri homines ampliſſimas opes vel invitis regibus poſſiderent, non ſine maximo Reipub. damno. Fructus autem demonſtrant, quàm rectè Canones illi fuerint inſtituti. Nam quandiu populi fuit electio, Eccleſia bonos

& ſanctos Epiſcopos habuit, quales poſtea non eſt ſortita. Jam ordo eſt inverſus. De hinc addebam de Regina, me benè ſperare, ut ſi reformatio procederet, eam curaturam pro ſua pietate & prudentia, ut res ordine agantur in Eccleſia.

Adjiciebam poſtea, me vehementer mirari, Cardinalem dixiſſe, Auguſtini ætate non fuiſſe niſi 3. Concilia, cùm præter illa, quæ recenſuit, Ariminenſe ac Smyrnianum habita ſint, nimirum tempore Conſtantij. Atque ab eis, cùm perperam de dogmate ὁμοουσίου conſtitutum fuerit per alia Concilia emendata fuiſſe, ut loquitur Auguſtinus. Ex quo manifeſtiſſimè demonſtratur, Concilia errare poſſe, atque nonnunquam erràſſe.

Nec me poſſe probare ſubjiciebam, quòd ille in ſua concione clarè affirmaverit, in præceptis, in hiſtoriis, Teſtamentis & Sacramentis verba oportere eſſe clara, id eſt, ſine tropis & figuris, ut probaret, verba Cœnæ, Hoc eſt corpus meum, & juxta τὸ ῥητὸν eſſe accipienda: quòd ibi Sacramentum nec non Teſtamentum & præceptum inſtitueretur. Hæc, per varias inſtantias oſtendi, non ita eſſe. Nam in præceptis metaphoras eſſe demonſtravi: Chriſtus enim dixit Apoſtolis, cavete à fermento Phariſæorum;

orum; & cùm de Pſeudoprophetis evitandis eis præciperet, ait eos venire in veſtimentis ovium, intus verò eſſe lupos rapaces, in quibus verbis tropum eſſe nemo ambigit. Quin & ipſe Auguſtinus de doctrina Chriſtiana tropicam locutionem in præceptis eſſe affirmavit, cùm aliquid videtur mandari, quod adverſetur charitati, aut pugnet cum bonis moribus, & exemplum adducit ex cap. 6. Johannis, ubi dicitur: Niſi manducaveritis carnem filij hominis, & biberitis ejus ſanguinem &c. Quam locutionem figuratam eſſe, ait, quòd gravius videatur ſcelus carnem hominis comedere, quàm illum interficere. In hiſtoriis item figuratas eſſe locutiones, nemo dubitat, niſi qui eas non legit. In Exodo ſcribitur numerus animarum quæ dicuntur egreſſæ ex fœmore Jacobi. In hiſtoria quoque diluvii legimus, DEUM pœnituiſſe quòd hominem feciſſet. Et paſſim iræ ac indignationis ejus fit mentio, quæ omnia DEO congruere nequeunt, niſi figura & tropus adhibeatur. Sacramenta præterea & Teſtamenta ſi ſpectemus, verbis figuratis ea videbimus fuiſſe tradita. Nam circumciſio dicta eſt fœdus, agnus peſach appellatus, cum tamen circumciſio eſſet ſignum fœderis, & agnus tranſitum ipſum referret,

& ad calicem Chriſtus inquit: Hic calix Novum Teſtamentum eſt in meo ſanguine, nec non à Paulo dicitur, multi ſumus unus panis, & panis quem frangimus communicatio corporis Chriſti eſt. Et petra erat Chriſtus. Nemo eſt, qui non videat hæc ad Sacramenta pertinere atque Teſtamenta, quæ tamen figuratas locutiones eſſe certò certiùs cognoſcitur. Idque Patres non ignorarunt. Nam Auguſtinus adverſus Adimantum Manichæum inquit, Chriſtum non dubitâſſe dicere, hoc eſt corpus meum, cùm ſignum daret corporis ſui. Et ſupra Pſalmum 3. figuram ſui corporis inquit illum commendâſſe. Adhæc, ſupra 33. Pſalmum. Non hoc corpus, ait, quod videtis manducaturi eſtis, neque ſanguinem qui effundetur, bibituri, ſed Sacramentum eſt ſpiritualiter intelligendum. Tertullianus item ait, Chriſtum dediſſe corporis ſui ſignum. Ambroſius etiam in Canone ſcribit, hanc oblationem facias nobis ratam aſcriptam & rationabilem, quod eſt figura corporis Domini. Cæteri præterea Patres appellarunt ſymbola τύπους & ἀντίτυπα corporis Domini etiam poſt conſecrationem. Hæc omnia ſatis demonſtrant verba Cœnæ à Patribus non fuiſſe accepta ſimpliciter, & juxta τὸ ῥητόν.

Dum

Dum hæc retuliſſem, Cardinalis detrectare videbatur congredi mecum, & cauſabatur, me locutum eſſe Italicè, quaſi non intellexiſſet. At id ego reſpondi, me non ſponte mea ita egiſſe, ſed quòd ita Reginæ majeſtas voluerit, mihi alioqui perinde fuiſſe Latinè dicere atque Italicè. Rurſus Cardinalis ait, ſe malle agere cum homine ſuæ linguæ, attamen ad quædam allata conatus eſt reſpondere. Quod idcirco dico, quia multa præteriit, quæ non attigit, nedum reſponderit, & in præceptis divinis dare coactus eſt, tropos & figuras nonnunquam inveniri, ſed claras ajebat eſſe. Unde in Matthæo, còm diceretur, cavete à fermento Phariſæorum, ſubjiciebatur, quod eſt hypocriſis, & attulit mandatum Domini lucidum eſſe. Ad id reſpondebam, non diſputari de chlaritate vel obſcuritate, ſed tantùm jam eſſe probatum, in mandatis reperiri tropum. De Auguſtino verò contra Adimantum, & Tertulliano adverſus Marcionem ajebat, illis negotium fuiſſe cum iis hæreticis, qui negant Chriſtum habuiſſe verùm corpus, & illos coarguebant, quòd in Sacramento Euchariſtiæ ſigna eſſent corporis & ſanguinis Domini, quæ vera non eſſent, niſi Dominus verum corpus & ſanguinem habuiſſet.

iſſet. Id ego non inficiabar, ſed interea dicebam, manere ſolidum, atque firmum, à Patribus illis conſtitui figuratam eſſe locutionem, cùm à Domino dicebatur: Hoc eſt corpus meum. Quò verò ad agnum in Cap. 12. Exodi Se oppoſuit depenſius & ait, agnum non dici Peſach, ſed feſtum diem. Ego verò ipſa verba retuli memoriter זבח פסח הא Sed quia liber Hebraicus ad manum tum non erat, non potuit perfectè res expediri. Et de petra, quam Paulus dixit Chriſtum fuiſſe, reſpondit, eam dictam eſſe ſpiritualem, & iccirco ibi poſſe tropum evitari, eò quòd ſpiritualis petra propriè ſit Chriſtus. Ad hoc ajebam, me non latere, quosdam ita eſſe interpretatos, ſed Auguſtinum haud ſemel dixiſſe, petram ideò fuiſſe Chriſtum, quòd eum ſignificârit, & præſertim in Leviticum, quæſtione 57. Deinde non carere allegoriæ figura, quòd à Paulo petra vocetur ſpiritualis. Dehinc ad Auguſtini dictum, Non hoc corpus quod videtis, manducaturi eſtis, &c. eſt reſponſū ad Capernaitas id referendum. Ego verò me nihil hoc morari ajebam, ſed id tantùm annotâſſe Auguſtinum eſum carnis Chriſti ſacramentum appellâſſe ſpiritualiter intelligendum. Ad eam verò ſententiam, quam Auguſtinus de doctrina Chriſtia-

Chriſtiana ſcripſit, figuratam eſſe locutionem, qua Dominus ait, niſi manducaveritis carnem filij hominis &c. mihi dictum eſt, ut caverem, ne interpretibus noſtræ factionis adverſarer, qui putant ſextum caput Johannis ad Euchariſtiam non pertinere; tum ego ajebam in 6. cap. Johannis de ipſa carnis Chriſti manducatione fuiſſe actum, ſed ideò quosdam negâſſe ibi agi de Cœna Domini, quòd Symbola ipſa vel Sacramentum externum adhuc non fuerit inſtitutum. Proinde, ſi loquamur de re ipſa, hoc eſt, de manducatione carnis Chriſti, quæ ſpiritualis eſt, & per fidem exercetur, ſatis ſuperque de illa in ſexto Cap. Johannis actum eſt, & iccirco idem Evangeliſta, cùm extremum Chriſti Paſcha deſcripſiſſet, Cœnæ Dominæ nullam fecit mentionem, quòd ea de re putârit ſatis à ſe prius fuiſſe tractatum: quod Auguſtinus annotavit de conſenſu Evangeliſtarum. Quod ergo priùs Chriſtus docuerat, quoad rem, ut habetur 6. Cap. in extrema Cœna, voluit ſymbolis externis panis ac vino ad perpetuam rei memoriam obſignare.

Cùm hæc inter nos ita dicta eſſent, rabula Hiſpànus, magiſter ordinis Jeſuitarum concionem Italicè habuit, qua nos ab initio beſtiis vulpibus & ſerpentibus confere-

ferebat, inde concludens, oportere omnes à nobis cavere, nec eſſe Reginæ ajebat cognitionem hujus generis, nempe de religione ſuſcipere, quod iſta excutere non ad quosvis homines, ſed tantùm ad Papam, Cardinales & Epiſcopos attineret. Et nefas eſſe, cùm Tridenti jam haberetur Concilium, in Gallia privatim Synodum eſſe coactam, in qua de tantis rebus diſceptaretur. Et addebat, eam ſi officium vellet facere, oportere, nos qui ab Eccleſia defeciſſemus, mittere Tridentum, nec ſe dubitare, quin Papa daturus eſſet nobis omnibus publicam fidem. Deinde Orationem ſuam ad rem Euchariſticam detorſit, affirmando corpus Chriſti eſſe in hoſtia non quantitativé, ſed per modum ſubſtantiæ, quòd DEUS poſſit, quod eſt prius à poſteriore abſolvere, & me nominatim perſtrinxit, quòd nihil firmi attulerim de tropica interpretatione cœnæ: Cardinali verò adulatus eſt, illum affirmans rectè atque ordine dixiſſe. In peroratione autem apoſtrophen ad Reginam fecit, eam hortando ad perſiſtendum in Romana & Orthodoxa fide, quod ſi præſtaret, omnia illi, filiis, & regno proſperè caſura. Sin minùs, gravia comminabatur, atque iſta commemorans conabatur flere, ſed lachrymas exprimere

primere non poterat, tam fuit arrogans ejus oratio, ut etiam Papiſtas ipſos offenderet. Et Regina fertur poſtridie ejus diei Cardinali Ferrarienſi &c. Cætera, quæ deſiderantur in autographo, compenſari poſſunt ex Epiſtola ad Bullingerum *Loc. Commun.* annexa, pag. 588. ubi eadem hæc materia ſuccinctè tractatur. Et quoniam eadem Epiſtola, d. 2. Octo. 1561. literarum meminit ad Magiſtratum Tigurinum ſcriptarum, illas, quòd alibi in Loc. comm. non extent, ſubjiciemus.

Quid prima actione, Colendiſſimi & Ampliſſimi Domini, cui tum non interfui, actum eſſet, proximis ſuperioribus litteris vos certiores feci. Nunc quid ſecunda actio attulerit, ex his cognoſcite Decimo ſexto hujus menſis orationem habuit Cardinalis Lotharingius, & eloquentem ſatis, & placidiorem quàm multi ſperâſſent. Me excludere volebant adverſarij, ne intereſſem, tanquam hominem peregrinum. Regina tamen Mater, per Condæum Principem, eo ipſo articulo cùm proficiſcendum erat, evocavit, & adeſſe voluit. Itaque mula Condæi Principis vectus, comitante ejus Secretario, collegas meos ſum ſubſecutus, & per manum Ducis Guiſiani intra portas loci Colloquio aſſignati intromiſſus.

ſus. Præfectus eſt enim is portæ loci, cùm ad arcendam vim, ut puto, tum, ut proſpiciat, ne cuivis pateat aditus: excluduntur enim magnæ nobilitatis viri, ut de inferioribus ſileam. Etſi verò Lotharingij Cardinalis oratio ad modeſtiam facta videretur, & ad captandam aurem nobiliſſimi & pulcherrimi conſeſſus (adeſt enim ſemper Rex cum Regina Matre, Rege Navarræ, & cæteris cum primis Regiæ ſtirpis Proceribus: quibus etiam accedunt multi nobiles, & non contemnenda manus Eccleſiaſticorum, ut de quorum ſalute agatur) tamen non obſcuram habuit ſignificationem ſui animi in retinenda & propaganda recepta religione, & in cohortanda Regina Matre, ut filium in hac educari curaret, quam etiam majores coluiſſent. In negotio Sacramentario videbatur relicta tranſubſtantione à ſuis diſcedere, & ad Lutherum & Brentium transfugere. Cùm dicendi finem feciſſet, ſupplicatum à noſtris, ut per Regiam Majeſtatem è veſtigio reſpondere liceret: Denegatum, promiſſum tamen ad reſponſionem diem concedendum. Itaque ſic diceſſum. Ubi ad Aulam reditum eſt, (hæc enim aguntur in loco, qui Poyſſi vocatur,) rogatus ſum à Principibus, qui regnum Chriſti promotum cupiunt, meam

de ea

de ea oratione ſententiam: liberè dixi, quæ videbantur, & dolos, qui ſuberant, notavi. Idem etiam feci cum Regina matre, cum qua jam ſecundò ſum collocutus. Petiit, ut quas ineundæ concordiæ in Religione rationes commodas exiſtimarem, proferrem: dixi, probavit, & admodum benignè audivit. Quid Cardinalis Ferrarienſis, legati, adventus ſit pariturus, quanquam nihil boni ſperem, ignoro tamen. Hodie exſpectatur in Aula, venit cum 400. ferè equis, habet in ſuo comitatu 10. quos prædicant admodum doctos, & in his aliquot Epiſcopos, & Jeſuitas. Lugduno huc ferè dedeclinavit, omnes urbes in itinere, ut quæ jam habeant miniſtros Evangelicos, & irriſiones extimuerit. Hoc ſcire debetis, quòd in Aquitania tota in omnibus urbibus ſint miniſtri noſtræ Religionis, qui publicè in in templis doceant. Cùm hæc ſcriberem, ingreſſus eſt meum cubiculum Admiralius, vir inter cæteros heroas pietate illuſtris. Is mihi & collegis retulit, quantum ſatageret cum Regina Matre, ut forma colloquij inſtitueretur, & procederetur. Collocutores enim qui & quot ſint adverſariæ partis ignoramus: ordo etiam tractandarum quæſtionum non probatur, nec proditur. Hæc ſunt quæ habui vobis clementiſſimis Do-

minis

D. Petrus Martyr. Inchoatum erat d. 9. Septembris 1561. Capita quæ in contentionem adducebantur, potiſſimum duo fuerunt, de Eccleſia, & de Cœna Domini. Sed non id agebant Eccleſiæ Pontificiæ, ut aut moderarent Controverſias, aut componerent; ſed ut noſtros novo Schiſmate diſtraherent, & diſtractos opprimerent, vel ludibrio expoſitos confunderent, cujus technæ miniſter fuit Franciſcus Balduinus, variarum Academiarum Profeſſor, qui noviſſimè jus Civile Heidelbergæ enarrabat. Tum quidem Confeſſor erat Orthodoxus; ſed à Georgio Caſſandro, qui conciliationes, ſyncretiſmos meditabatur, in devium ſeductus, & tandem ad caſtra Pontificia reductus. Is ſimulabat, ſe Orthodoxum eſſe, quò faciliùs partibus imponere poſſet, & author fuit Cardinali Lotharingiæ, ut ex Germania evocaret, & adduceret Theologos conſortes Auguſtanæ Confeſſionis. Ad hoc, miſſis literis ad Electorem Palatinum, Heidelbergâ aſciti ſunt Petrus Boquinus, & Michael Dillerus, Túbingam quoque, ad Ducem VVirtembergenſem, qui deſtinavit Jacobum Andreæ, Balthaſarum Bidenbachium, & Jacobum Beurlinum. Hi itinere ſolito progreſſi Pariſios, ſeu Lutetiam profecti ſunt, & iſthic expectârunt, donec Poſſiacum evocarentur. Sed Cardinalis, quum cum D. Beza & Martyre egiſſet, & videret, ſe implicatum teneri, movit quæſtionem, de Augu-

ſtana Confeſſione, an Miniſtri Gallici parati eſſent ſubſcribere Auguſtanæ Confeſſioni, & eam amplecti? Nimirum, ut ſi negarent, ſtatim inter ſe committeret Theologos Gallos & Germanos: Sin affirmarent, poſſet objicere, ſe negligere & parvi facere ſuam Confeſſionem Gallicam. Sed Beza cautus & prudens interrogationi interrogationem oppoſuit, quærens: An Cardinalis eſſet paratus recipere Confeſſionem Auguſtanam: quo cùm premi ſe videret, reliquit Colloquium, & res tota in fumum abiit. Id ipſum ſtatim ſubodoratus erat *Petrus Martyr*, quod & familiari ad Collegij noſtri Præpoſitum, D. *VVolfgangum Hallerum* detexit: *Hîc, unà cum meis rectè valeo quo ad corpus, animo verò non ſum uſque adeò lætus: Non enim video res procedere, quemadmodum optarem. A Colloquio publico ſumus rejecti ad privatum, & agitur cumprimis de articulo maximè controverſo, nimirum de præſentia corporis Chriſti in Sacra Cœna.* Videbantur noſtri collocutores, qui cæteris adverſariis & mitiores & doctiores habentur, conſenſuri nobiſcum: At ſuſpecti redditi ſunt & Cardinalibus & Epiſcopis, ajúntque, illos prævaricari, & nobis dare, quæ ab ipſis probari non poſſent. Unde aliquot ex Magiſtris noſtris advocârunt è Sorbona, qui cenſuras conſcribant in ea, quæ nobis dederunt & conceſſe-

ceſſerunt. Quare duo Epiſcopi; & tres Doctores, qui colloquebantur nobiſcum, ſe purgare atque cauſam dare coram ſuis Eccleſiaſticis coguntur: Unde colloquium lentiùs, imò tardiſſimè procedit, & vereor ne amittam oleum & impenſam. Niſi enim me fallit animus, à Principibus non quæretur Eccleſiarum juſta reformatio; ſed neſcioquod INTERIM conflatur ex Papiſmo & Lutheraniſmo, cui Regina, ut dicitur, volet utramque partem, nimirum & Papiſtas & Evangelicos aſſentire; quod, ut video, minimè ſuccedet, quia neque Adverſarij de ſuis ſuperſtitionibus quicquam patientur immutari; neque fidelium Eccleſiæ, quæ puram doctrinam habent, ſinent illam pernicioſis dogmatis & ritibus contaminari, & dum arbitrantur, ſe pacem atque unionem procurare, graviores inimicitias & periculoſius diſſidium regno conciliabunt. Hæc de noſtris rebus, ex aula apud S. Germanum 6. Octobr. 1561. Confer. Summ. *Controver. Hornbeck. pag. 271.*

II. *Et, initio Colloquij Theologos Pontificios, nihil ſibi ex reformatis dogmatibus magis adverſari, quam negatam Tranſſubſtantiationem, & localem corporis Chriſti in Sacramento Cœnæ præſentiam, teſtatos; & authores colloquij, honori & gratiæ Cleri cautum ſemper & proſpectum volu-*

voluiſſe. Ita Stuckius noſter ſua manu ad Mæcenatem, de initio & progreſſu Colloquij, d. 18. Septemb. Cùm mihi, ex inſperato, (ita ille) certus idoneúsque ſeſe obtuliſſet tabellarius, D. Colendiſſime, cui literas ad Te perferendas committere poſſem, huic tantæ occaſioni mea negligentia deeſſe nolui, quin ad Te ſcriberem, téq; cùm de mearum, ac D. Petri Martyris, tum Gallicarum rerum ſtatu quàm diligentiſſimè certiorem facerem. Primò omnium iter, quod 26. Auguſti ingreſſi, quindecim dierum ſpatio confecimus, omnino proſperè feliciterque nobis ex animi noſtri ſententia ſucceſſit. Comite uſi ſumus amiciſſimo atque humaniſſimo Legato Regio, qui cum ſua uxore D. Petrum Martyrem, tanquam Patrem, me & Julium, tanquam filios ſuos omnibus humanitatis officiis proſecutus eſt, pro ſua erga Rempublicam, religionémque noſtram ſtudio. Hic verò Legatus, ne erres, alius eſt ab eo, qui ad D. Petrum Martyrem accerſendum à Regina Galliæ miſſus eſt. Nam Soloduri habitat, ſuúmque filium, qui nobis in itinere obviam venit, Tigurum, literis, religionique ibi operam navandi cauſa miſit. Atque hæc de itinere. Lutetiam ſalvi atque incolumes pervenimus

mus 10. die Septembris, ubi in ædibus magnificentiſſimis Quæſtoris regii, religionis Chriſtianæ ſtudioſiſſimi, diverſati, benignè ab eo, lautéque tractati ſumus. Poſtero die aulam regiam attigimus, quæ haud procul Lutetia, 4. nimirum horarum ſpatio diſtat, in oppidulo S. Germani: quo quidem die colloquium cæptum eſt. In quo primùm nihil aliud actum eſt, niſi quòd D. Beza, Reginæ Galliæ poſtulato, Orationem præludij loco habuit, quæ perattentè, benigneque ab omnibus audita eſt, præter hæc, quæ ſequuntur, de re Sacramentaria verba: *Tantum enim, dixit, corpus & Sanguinem Chriſti à pane & vino, quantum Cœlum à à terra diſtare.* His ſolummodo verbis Cardinales atque Epiſcopi usque adeò exaſperati atque exacerbati ſunt, ut in hæc verba orationem ipſius interpellantes, proruperint: Blaſphemavit, blaſphemavit Deum! Sed his eorum adverſis admurmurationibus D. Beza minimè perturbatus, eodem vultu ſuam porrò ſententiam melius explicare, ac quibusdam Patrum ſcriptis confirmare perrexit. Poſtridie hujus diei Regina Galliæ D. Petrum Martyrem ad ſe accerſivit, ac aliquot horas cum eo humaniſſimè, cùm eum ſeduxiſſet, remotis arbitris, collocuta eſt: petiitque ab eo ſummopere,

 utin

ut in eam curam cogitationémque incumbat, ut pacatè, cum Eccleſiaſtici quoque ordinis gratia, ſi fieri poſſet, hæc res tranſigatur. Cui D. Martyr reſpondit, ſe quidem, quantum veritas pateretur, tranquillitate conſulturum eſſe, de Eccleſiaſtici verò ordinis gratia deſperare: quo reſponſo valde fuit contenta. Decimo ſexto Septemb. colloquium repetitum eſt, in quo Cardinalis Lotharingius orationi Bezæ reſpondit admodùm ineptè: Cujus orationi cum Beza una cum cæteris Miniſtris ex tempore reſpondere parati fuiſſent, id quod Cardinalis indignè moleſtéque tulit, Regina in alium diem differri voluit: Itaque diſceſſum eſt. Colloquiũ habetur Gallicè in oppidulo quodam, quod unius tantùm horæ ſpatio ab Aula diſtat. Poſtridie hujus diei iterum Regina Galliæ cum Domino (Martyre) in eandem ferè ſententiam, quemadmodum antea, collocuta eſt. Principes Condenſis, atque Admiralius una cum uxoribus incredibili flagrant ſtudio gloriæ Dei promovendæ. Et *Jonvillæus* ad Gualtherum 7. Cal. Octob. 61. *Beza orationem habuit ad Regem & regni proceres: In qua breviter ille quidem ſed concinnè ſingula ferè capita totius Religionis attigit, ſumma cum attentione meliorum. Nam Purpurati cum Sorbonicorum caterva fremere & frendere, ubi D. Beza ſalem aſſe-*

ruit, Chriſti corpus à Cœna tam procul abeſſe, quàm altiſſimum cœlum à terra diſtat, hominem eſſe blaſphemum. Turnonius, verò, ut videlicet truculentiſſimus, Regem precari, ne ferret coram ſe tantas blaſphemias evomi. Sed neque Rex, neq; alij complures commoti ſunt, neque D. Beza deſtitit: Verùm, ut ceperat, progreſſus eſt, ac tandem peroravit.

III. *Iniquum eſſe; ut ſolet; Genebrardum, huius Colloquii Iudicem, & Lavateri noſtri cenſorem iniurium.* Ita Genebrardus pag. 762. *Inſtitutum fuit à Rege Colloquium Poſſiacum inter Catholicos & Evangelicos, ſed cum primùm publicè, deinde privatim collocuti fuiſſent, per aliquot dies, diſſolvitur abſque ullo profectu. Impudentiſſimum eſt mendacium, quòd Lavaterus ſcribit, collocutores Catholicos conſenſiſſe cum Miniſtris*: Lavaterus Hiſtoriæ Sacrament. pag. 104. ſequentia inſeruit. *Menſe Septemb. cum variæ in Gallia de religione conſultationes haberentur, à Rege & Principibus ad Colloquium evocati Theodorus Beza Geneva, & Petrus Martyr, Tiguro, qui illic profecti primùm publicè, deinde privatim cum Papiſtis Poſſiaci de religione collocuti ſunt. Ter quidem de præſentia Domini in Sacramento Cœnæ, non aliam concedentes; quàm qua carnem & ſanguinem Chriſti ſpiritualiter per fidem percipimus. Collocutores ex parte Papiſtica tan-*

dem eis conſenſerunt. Quod, cùm ad Cardinales & Epiſcopos delatum eſſet, illi noluerunt approbare, imò graviter accusârunt ſuos, quòd falſis pro virili ſe non opponant, & pro irritis habuerunt, quæ collocutoribus ſuis conceſſerunt, neque ulterius in defendenda ſua doctrina eorum opera uti voluerunt: Sed mox abrumpendi colloquii diu optatam hanc occaſionem arripuerunt. Quæ hic vel falſitatis ſuſpicio? An, quòd adverſarios à Transſubſtantiatione recedentes ſpirituali acquieviſſe manducationi ſcribit *Lavaterus?* At *Martyris*, μάρτυρος αὐτηκόου, verbis diſertis conſtat, rem ita ſe & Μετουσίαν nonnullis diſplicuiſſe. Neq; vel acta publica in diverſum abeunt. Triplex ferè hujus Colloquii obſervatur facies, prima auguſtiſſima, maximéque publica, præſente, duabus Seſſionibus, ipſo Rege: Altera obſcurior, quaſi privato-publica, per Seſſiones iterum binas; tertia privata, Reginæ tamen juſſu, primò inter binos utrinq; Theologos, inde Monlucium Eſpenſæum, hinc Bezam & Gallaſium d. 27. Septemb. Duæ formulæ de Cœna conceptæ erant, & prior quidem verbis: Credimus in uſu Cœnæ Dominicæ verè & re ipſa, ac ſubſtantialiter, id eſt, in ipſa ſubſtantia, verum, corpus & ſanguinem Chriſti, ſpirituali & ineffabili modo eſſe, exhiberi, ſumi à fidelibus

libus communicantibus. Poſterior verò, Petri Martyris, accuratior, & ab ambiguitatibus liberior, unde & Collegis acceptior; hunc in modum tradita: Reſpondeo, inquit, pro mea parte, Corpus Chriſti non eſſe verè & ſubſtantialiter alibi, quàm in cœlo: Non tamen inficior, Chriſti Corpus verum, & ſanguinem illius verum, quæ pro ſalute humana tradita ſunt in cruce, Spiritualiter percipi à credentibus in S. Cœna. Sed intercesſit Eſpenſæus, qui potentiæ Dei adſcripſit, quæ Martyr fidei. Tertia igitur formula exarata fuit, quæ & collocutoribus utrinque approbabatur, Reginæ deindè etiam & Cardinali Lotharingio, qui palàm profitebatur, ſe nunquam aliter ſenſiſſe: Sed rejecta hæc fuit formula à reliquis Sorboniſtis veluti captioſa, hæretica &c. Id verò eſt, quod Hiſtoriæ repugnat, conatum planè fuiſſe irritum, ſine ſucceſſu ſuſceptum. Aliter illi, qui Colloquio interfuerunt & præfuerunt. Alium iterum audiamus teſtem auritum, *Theodorum Bezam*, ita in literis VI. Non Mart. loquentem 1562. *Recipe paucis noſtrarum Eccleſiarum ſtatum: Poſt varias jactationes tandem ſcriptum eſt edictum, quo nobis conceditur in Suburbiis, prædicandi Verbi, & adminiſtrandorum Sacramentorum poteſtas:* Edictum ſcriptum

ptum eſt verbis ſatis duris, & additæ conditiones parùm æquæ. Itaque ſperabant adverſarii, fore, ut nunquam acquieſceremus, & Civilis belli occaſionem juſtam præberemus. Nos verò præſentibus contenti, reliqua ſperantes à Domino, acquievimus. Hinc illi apertè furere cœperunt, & moras omnes nectere, ne publicaretur edictum. Obtinuit tamen in omnibus Parlamentis, duobus tantum exceptis, nempe Divionenſi & Pariſienſi. Itaque nullum eſt injuriæ genus, quod uno menſe non ſit experta hæc Eccleſia, quamvis Dei beneficio aliquoties ita hoſtes ſint repreſſi, ut mala conſilia in ipſorum capita reciderint. Inſtitutum etiam fuit Colloquium alterum, in quo diſputârunt circiter tredecim Sorbonici, cum Miniſtris tribus, nempe Marlorato, Peruſello & Beza, univerſo regio Conſilio præſente. Primum certamen fuit de Imaginibus, per ſex integros dies. Non credas, quàm ineptos ſe præbuerint. Quinque ex altera parte, nempe Valentinus Epiſcopus, Spenſa, Botilerius, Salignacus, & Picherellus, *omnes egregiè docti, omnem imaginum cultum fortiſſimè & liberrimè nobiſcum oppugnârunt. Perſtiterunt tamen illi, & ad Concilium omnia remittenda cenſuerunt. Succedebat diſputatio de Ba-*

ptiſmi ritu, prout ferebat conſtituta collationis ordo. Sed Cardinalium interceſſione ac precibus mox ſunt omnia ſoluta. Et aliâ Epiſtolâ, colloquii circumſtantias, pleniùs enarravit. *Adverſarios*, inquit, *habemus partim Sorbonicos omnis generis, partim Italos Jeſuitas, Franciſcanos, Dominicanos, & creſcit quotidie eorum numerus. Nos quatuor omnino ſumus Marloratus, Peruſellus, Barbaſtus, bonus & integer homo, Navarrena Miniſter, & ego.* Conditiones colloquij nullæ. Tantùm conſtituit Regina ad Pontificem mittere, quæ ultrò citróque dicta fuerint. Vides, quàm multa cauſificari licuerit, tamen ſatis fuit nobis teſtari, ne fratribus aut Eccleſiis fraudi eſſemus, quodcunque dicturi aut facturi eſſemus. *Addidimus de Concilio, nos liberum Concilium non detrectare: Sed cujusmodi illud eſt, quod nunc Tridenti inſtituitur, pro nullo à nobis æſtimari.* Tandem igitur ventum eſt ad colloquium in magna hujus arcis Baſilica, 18. Januarij. Intereſt Regina cum Cardinalibus, & reliquis privati conſilij Conſiliarijs. Adſunt etiam Epiſcopi aliquot, ſed ut privati. Aſſident quoque ex Parlamento ſelecti XII. Præſcripta ſunt capita quinque, de imaginibus, de forma Baptiſmi, de forma Communionis, de ſacrificio Miſſæ, de Miniſterio & doctrinæ capitibus. Non placet

placet fortaſſis neque ordo, neque diviſio; ac ne mihi quidem: Sed ita viſum eſt iis, qui poſſunt omnia. *Rogatus, quam ob cauſam ab Eccleſia Romana ſeceſſionem feciſſemus, exorſus ſum à Proteſtantibus: deinde duas horas de imaginibus dixi, quæ mihi ſuggeſſit Dominus, tum ex ipſius verbo, cùm ex veteris illius Eccleſiæ teſtimoniis.* Adverſarij ſibi tempus ad reſpondendum poſtulârunt. Convenimus ergò ultimâ Januarij. Habuit orationem Pelletarius, ſed prorſus vulgarem: Secutus eſt Jeſuita ille hiſtrio, qui in Conventu quoque Poſſiacenſi intervenerat, nec minus ſe lepidum præſtitit, quàm ante. Tertio loco dixit Salignacus, *& verè profectò, & fortiter, non contentus dicere quod res erat, ſed etiam quæ ab illis erant allata, palàm confutârat.* Ubi animadvertit Turnonius, quorſum tenderet ejus oratio, primùm murmurare, dein querulari, poſtremò relicta ſede ad focum pergere, tandem verò & in extremum angulum ſe recipere, unde conſpici non poſſet. *Salignacus ex adverſo pergere, & eò usque progredi, ut doceret, Idololatras, ſicut petierat David, in ſtipites & ſaxa converti &c. Ubi ille deſiit, acurrens antedictus ille Dominicanus, ut ruentia Idola fulciret, multa deblateravit; ſed falſiſſima & ineptiſſima. Tandem igitur reſpondi, & Sali-*

Salignaco aſſenſus, ſingula aliorum argumenta, ita ut potui, diluere ſtudui. Ita diſceſſum eſt, Adverſariis, Dei gratiâ, eò adductis, ut niſi nox interveniſſet, prorſus ſuperati videri potuerint. Hodie reditum eſt in campum: Longam orationem habuit Corcyrenſis quidam Franciſcanus, Legati aſſeca, ſatis acutus Sophiſta, nec prorſus imperitus. Secutus eſt Spenſa (Espenſæus) qui copioſiſſimè noſtram cauſam defendit, ita tamen, ut multò minus nervorum haberet, quam Salignacus, nec tam ſincere, quin nonnulla miſcuerit, quæ adverſarios placerent. Concludit, *nullo nec interno cultu dignas eſſe imagines. Sed de cruce multa protulit, re in dubio relicta, & ex templis penitus tollenda Idola non cenſuit.* Denique, quod rectè cenſuerat, conatus eſt utcunque emollire. Juſſus eſt poſtea prodire Minimus ille Pariſienſis, ſeditionum fax, quo nihil ineptius aut indoctius audiviſſe memini. Nox igitur hanc tertiam actionem diremit, quam ego, ut ſpero, cras excipiam. Si rogas, quid ſperem? Hoc unum, ut magis illuceſcat veritas, & aliquos ſemper lucri faciamus, aliud præterea nihil. *Inquirunt diligenter, quibus conditionibus liberum & Chriſtianum Concilium definiamus. Hic ergo erit nobis laborandum. Et rogo, ut nos primo quovis tempore adjuves.*

Illud

Illud ergo Colloquium fructu caruerit, ubi adeò liberè in veritatis patrocinium noſtris licuit loqui? Ubi ipſi Adverſarij, cauſæ diffidentes, Tranſubſtantiationi renunciant? Ubi reformatis porta aperitur, maſculè ſe contra vacua ſymbola Sacramentalia vindicandi? Ubi jura Epiſcopalia, vel laicorum χειροτονίαν ad Principes transferri poſſe, & translata eſſe, larga manu concedunt? Ubi imaginum cultus Sorbonæ authoritate proſcribitur? Ubi aliqui ſubinde Chriſto adduntur? Ubi libertas ſacrorum noſtris conceditur? Ubi in graviſſimo de Cœna articulo aſſenſum ex adverſariis οἱ κρείττονες ἄλλων non cohibent? Ubi Scripturæ authoritas à Pontificijs conrra Pontificios aſſeritur? Sed quid miremur, noſtris *Genebrardum* fuiſſe iniquiorem? *Thuanum* audiamus, teſtem hac in re exceptione omni majorem Hiſtor. lib. 129. *Apud nos hoc anno (1597.) Gilbertus Genebrardus, patria Arvernus, profeſſione Benedictinus, Semurij in Heduis, ubi opimum Sacerdotium habebat, in vivis eſſe deſiit per has turbas, non interveniente regij nominis auctoritate, Aquenſis Epicopus creatus eſt, ob idq; dignitate ea, rebus per pacem ordinatis, ſtatim exutus. In cauſa regni, & ſcriptis ſuis, quæ complura & multi jugæ eruditionis plena evulgavit;*

vit, iniquior & acerbior, & vita quam ſtylo temperatior creditur.

K. *Weſtmonaſterienſe* Colloquium a. Ch. 1559. d. ult. Martii, Eliſabethæ Reginæ juſſu Actores ſive collocutores habuit Coxum, Gryndallum, Whitum, Bajnum, Watſonum, Colum, Harperfeldnm, aliósque; ubi de ſacris lingua populari celebrandis, de authoritate Eccleſiæ, & Miſſa, paucis, ſermone vernaculo diſceptatum, inde, contentione de modo diſputandi oborta, revera, quia in conſulto Romano Papa nihil hic auderent, detrectaréntque, juxta axiomata Eccleſiæ ſuæ palam de fide & vulgari lingua diſputare Pontificii; ſoluta fuit diſputatio; ſecutáque publica Eccleſiarum per Angliam & Hiberniam reformatio, repetitis, quæ Eduardi VI. tempore circa religionis negotium facta fuerant pro Papatu exterminando, conſtitutionibus. De quâ re *Camden.* Annal. Eliſab. lib. 1. *Prolegom.* de vita Juelli, operibus præmiſſa in fol. pag. 48. *Em. Meteran* Hiſt. Belgic. l. 1. & ex eo *Mercurius Gallo-Belgic. T. I.* lib. 1. Sed & ego quædam hujus diſputationis habeo acta, ab ipſo Juello ad Martyrem ſcripta, quæ omnino extare expedit. Ita ergo ſua manu Juellus de παρασκευῇ hujus diſputationis. *Tandem tamen*

aliquando, quinquageſimo videlicet ſeptimo poſt die quàm ſolviſſemus Tiguro, pervenimus in Angliam? Quid enim neceſſe eſt multa προοιμιάζειν, apud te præſertim, qui rem potius ipſam quæras, & longos iſtos logos non magnifacis? Interea verò, Deum immortalem, quæ illa vita fuit, cùm & aqua, & terra & cœlum ipſum nobis indignaretur, & omnibus modis reditum noſtrum impediret? Quid quæris? Omnia nobis toto illo tempore odioſiſſima & adverſiſſima ceciderunt. Verum, hæc antea ad te, & ad D. Bullingerum fuſius, cùm adhuc hærerem Antverpiæ. Nunc accipe cætera. Quanquam hic, ut verè dicam arte opus eſt & myrothecii: Non tam quidem, quòd mihi nunc ornanda & polienda ſint nova, quæ neſcio an ulla ſint hoc tempore: Scio tamen à te plurima expectari, quàm quod recantanda ſint vetera. Illa enim ferè omnia, quæ ego ad te jam antea ſcripſi ex itinere, multò tum erant alia, & longè auditu jucundiora, quàm quæ poſtea re ipſa inveni domi. Nondum enim ejectus erat Romanus Pontifex: nondum pars ulla religionis reſtituta: Eadem erat ubique Miſſarum proluvies, eadem pompa atque inſolentia Epiſcoporum. Iſta tamen omnia nunc tandem nutare incipiunt, & penè ruere.

meæ. Magno nobis impedimento ſunt Apoſcopi: Qui, cùm ſint, ut ſcis in ſuperiori conclavi inter primores & Proceres, & nemo ibi ſit noſtrorum hominum, qui illorum fucos & mendacia poſſit coram dicendo refutare, inter homines literarum & rerum imperitos, ſoli regnant, & paterculos noſtros facilè vel numero vel opinione doctrinæ circumſcribunt. Regina interea, etſi apertè faveat noſtræ cauſæ, tamen partim à ſuis, quorum conſilio omnia reguntur, partim à Legato Philippi, Comite Ferio, homine Hiſpano ne quid patiatur innovari, mirificè deterretur. Illa tamen, quamvis lentiùs aliquando, quàm nos velimus, tamen & prudenter, & fortiter & piè perſequitur inſtitutum. Et quamvis hactenus principia paulò viſa ſunt duriora, tamen ſpes eſt, aliquando rectè fore. Interea, ne Apoſcopi noſtri queri poſſint, *ſe potentiâ tantùm & legibus eſſe victos, res revocata eſt ad diſputationem, ut novem ex noſtris Scoraus, Coxus, VVhithedus, Sandus, Grindallus, Hornus, Elmerus, Gheſtus quidam Cantabrigienſis, & ego, cum quinque Epiſcopis, Abbate VVeſtmonaſterienſi, Colo, Cheadſeo, Harpesfeldo de his rebus coram Senatu colloquamur. Prima noſtra aſſertio eſt:* In publicis precibus, & adminiſtratione

Sacramentorum alia uti lingua, quàm quæ à populo intelligatur, alienum eſſe, & à verbo DEI, & à conſuetudine primitivæ Eccleſiæ. *Altera eſt*, quamvis Eccleſiam, Provincialem etiam, injuſſu generalis Concilii, poſſe vel inſtituere, vel mutare, vel abrogare Ceremonias & ritus Eccleſiaſticos: ſicubi id videatur facere ad ædificationem. Tertia, Sacrificium illud propitiatorium, quod Papiſtæ fingunt, eſſe in Miſſa, non poſſe probari ex ſacris literis. Prid. Calend. Aprilis inſtituetur prima conflictatio. Epiſcopi interim, quaſi parta victoria, jamdudum magnificè triumphât. Ubi Froſchauerus ad nos venerit, ſcribam de his rebus omnia diſertiùs. Regina te gerit in oculis. Literas tuas tanti fecit, ut eas iterum tertiòque cupidiſſimè relegerit. Librum tuum, ubi advenerit, non dubito multò fore gratiorem. Oxonii, à tuo diſceſſu, duæ præclaræ virtutes incredibiliter auctæ, ſunt, inſcitia, & contumacia: Religio & ſpes omnis literarum atque ingeniorum funditus periit. Brochus, Epiſcopus Gloceſtrienſis, beſtia impuriſſimæ vitæ, & multò impurioris conſcientiæ, paulò antequam moreretur, miſerabilem in modum exclamavit, ſe, ſe jam, ſe ipſo judice, eſſe damnatum. *Faber tuus* (Smithæus

præclarus ſcil. patronus caſtitatis, deprehenſus eſt in adulterio: & eâ causâ, quod alioqui vix ſolet fieri, cùm Maria adhuc viveret, novo more, nullo exemplo, juſſus eſt cedere lectione Theologica. Bruernus, ſimili, ſed longè flagitioſiori de ſcelere coactus eſt relinquere Profeſſionem linguæ Hebraicæ. De VVeſtono audiſti antea. Sed quid iſtos inquies commemores? Ut intelligas, quibus judicibus oportuerit D. Cranmerum, D. Ridlæum, D. Latimerum condemnari. Hæc Juvellus, primis poſt reditum in Angliam literis. Paulò pòſt d 6. Aprilis promiſſi memor, Diſputationem ordine ſcripto enarrat. Res ergo, Juelli verbis, ita ſucceſſit. *Primùm ergò, ut omnis cauſa jurgiorum & otioſæ contentionis tolleretur, Senatus decrevit, ut omnia utrinque de ſcripto legerentur, & ita deſcriberentur tempora, ut, primo die, aſſertiones tantùm utrinque nudæ proponerentur, proximo autem conventu, ut nos illis reſponderemus, & illi viciſſim nobis.* Prid. ergo Calend. April. cùm magna expectatione, majori, credo, frequentia conveniſſemus Weſtmonaſterij, Epiſcopi, pro ſua fide, nec ſcripti nec picti quicquam attulerunt, quòd dicerent, ſe non ſatis temporis habuiſſe ad res tantas cogitandas: Cum tamen habuiſſent plus minus decem dies, & interea copias auxiliares, Oxonio & Cantabrigia, & undique ex omnibus angulis

contraxiſſent. Tamen ne tot viri viderentur fruſtra conveniſſe, D. Colus, ſubornatus ab aliis, venit in medium, qui de prima quæſtione, hoc eſt de peregrina lingua unus omnium nomine peroraret. Ille verò, cùm omnibus nos contumeliis, & convitiis indigniſſimè accepiſſet, & omnium ſeditionum authores & faces appellâſſet, & ſupploſione pedum, projectione brachiorum, inflexione laterum, crepitu digitorum, modò dejectione, modò ſublatione ſuperciliorum (nôſti enim hominis vultum & modeſtiam) huc poſtremò evaſit, ut diceret, *Angliam, ante mille trecentos annos recepiſſe Evangelium. Et quibus, inquit, literis, quibus annalibus, quibus monumentis conſtare poteſt, preces tum publicas in Anglia habitas fuiſſe Anglicè? Poſtea, cùm in illo circulo ſe ſe ſatis jam diu jactaviſſet, adjecit ſeriò, & vero vultu, atque etiam admonuit, ut omnes hoc tanquam quiddam de dictis melioribus diligenter attenderent, atque annotarent, Apoſtolos ab initio ita inter ſe ſe diſtribuiſſe operas, ut alii Orientis Eccleſias inſtituerent, alii Occidentis. Itaque Petrum & Paulum in Romana Eccleſia, quæ totam propè Europam contineret, omnia Latino ſermone, hoc eſt, Latinè, docuiſſe. Reliquos Apoſtolos in Oriente nullo unquam alio ſermone uſos fuiſſe niſi Græco.* Tu fortaſſe

iſta

iſta rides. Atqui ego neminem audivi unquam, qui ſolennius & Magiſtralius inſaniret. Verùm ille inter alia nihil veritus eſt, myſteria ipſa & penetralia, atque adyta prodere religionis ſuæ. Non enim dubitavit graviter & ſeriò monere, etiamſi alia omnia maximè convenirent, tamen non expedire, ut populus, quid in ſacris agatur, intelligat. *Ignorantia enim*, inquit, *mater eſt veræ pietatis, quam ille appellavit devotionem. O myſtica ſacra atque opertanea Bonæ Deæ.* Quid tu me interim putas de de Corra Pontifice cogitâſſe? Hoc videlicet illud eſt, in Spiritu & veritate adorare. Mitto alia. Cùm ille jam calumniando, convitiando, mentiendo magnam partem illius temporis, quod nobis ad diſputandum datum erat, exeruiſſet, nos poſtremò noſtra pronunciavimus de ſcripto, ita modeſtè, ut rem tantùm ipſam diceremus, nihil autem læderemus adverſarium. Poſtremò ita dimiſſa eſt diſputatio, ut vix quiſquam eſſet in toto illo Conventu, ne Comes quidem Salopienſis, quin victoriam illius diei adjudicaret nobis. Poſtea inita eſt ratio, ut proximo die Lunæ de ſecunda quæſtione eodem modo diceremus: utque die Mercurii nos illorum primi diei argumentis reſponderemus, & illi viciſſim

noſtris. Die Lunæ cùm frequens multitudo ex omni nobilitate cupidiſſima audiendi conveniſſet, Epiſcopi, neſcio pudore ne ſuperioris diei, an deſperatione victoriæ, primum tergiverſari, habere ſe quod dicerent de prima quæſtione: nec oportere rem ſic abire: Reſponſum eſt à Senatu, ſi quid haberent, id tertia poſt die, prout ab initio convenerat, audiri poſſe. Nunc hoc potiùs agerent: nec turbarent ordinem. Dejecti de hoc gradu tamen huc evaſerunt, ſi dicendum omnino ſit, nolle ſe priores dicere. Se enim in poſſeſſione conſtitiſſe, Nos, ſi quid vellemus, priori loco experiremur. *Magnam enim ſe facturos injuriam cauſæ ſuæ, ſi paterentur, nos poſteriores diſcedere cum applauſu populi, & aculeos orationis noſtræ recentes in auditorum animis relinquere.* Senatus contrà, hanc ab initio inſtitutam fuiſſe rationem, ut illi, quòd dignitate priores eſſent, priore etiam loco dicerent; nec etiam nunc mutari poſſe. Mirari verò ſe, quid hoc ſit myſterij, cùm omnino neceſſe ſit alterutros priores dicere? Alioquin enim nihil poſſe dici: Et præſertim, cùm Colus in primis diſputationibus, etiam injuſſus, ultrò prior ad dicendum proſilierit. Poſtremò, cum altercationibus magna pars temporis

poris extracta eſſet, nec Epiſcopi ullo pacto concedere vellent de ſecundo loco, ad extremum ſine diſputatione diſceſſum eſt. Ea verò res incredibile dictu eſt, quantum imminuerit opinionem populi de Epiſcopis! Omnes enim cœperunt jam ſuſpicari, quòd nihil dicere voluiſſent, ne potuiſſe quidem illos quicquam dicere. Poſtremo die Vitus Vintonienſis, amicus tuus, & Vatſonus Lincolnienſis de tam aperto contemtu & contumacia, damnati ſunt ad turrim. Ibi nunc caſtramentantur, & ex infirmis præmiſſis concludunt fortiter. Reliqui jubentur quotidie præſtò eſſe in aula, & expectare, quid de ipſis Senatus velit decernere. Habes ἔντευξιν ἀτελῆ, & penè ἀνέντευκτον, quam tamen, quo meliùs rem omnem intelligeres, deſcripſi pluribus fortaſſe quàm oportuit. *Bene vale, mi pater, decus meum, atque etiam animi dimidium mei.* Hæc de WeſtMonaſterienſi diſputatione, cui eo nomine felicitas negari nequit exitùs, quòd triumphata ſuperſtitione, pietas vicerit. Prudenter ſanè ab eo argumento diſputandi factum initium, cujus abſurditas in vulgus etiam nota erat, & quæ, ſummo laicorum compendio, uſu linguæ vernaculæ in obeundis ſacris reſtituto, tandem fuit determinata.

Sunt hæc *primaria* de religione ſuperioris Seculi *colloquia*, ſive *authoritatem* ſpectemus, ſive *Collocutores*, ſive *materiam*, ſive *ſucceſſum*. Cæteræ enim diſputationes vel magis fuere *privatæ*, cujusmodi cenſetur 1. *colloquium* Pariſienſe 1561. in *ædibus Nivernianis*, ubi poſt longam & animoſam diſceptationem, exiguo partium nusquam convenientium profectu, & eorum præcipuè, quorum cauſa collatio habita fuerat, utrinque diſceſſum fuit, ut *Thuanus* loquitur lib. 39. 2. Colloquium *Nanceienſe* inter Comeletum Jeſuitam, Capucinum F. Eſprit; Jacobum Covetum, Miniſtrum Pariſienſem & D. de Touche. Catharina, Henrici IV. ſoror, reformatæ religioni addictiſſima, marito ſuo, Lotharingiæ Duci, tantum detulit, ut in ejus gratiam colloquium 1599. die 13. inſtitueretur, ideo maximè, quòd Theologi Romani, probaturos ſe promitterent, Catharinæ religionem impiam & heterodoxam eſſe. Sed re infecta diſceſſum, quòd in ipſo ſtatim limine Adverſarij judicium Scripturæ; quam literam mortuam, corticem absque medulla, librum hæreticorum appellarunt; de tractâſſe.

2. Vel ratione materiæ *perſonales* potiùs, quàm *reales*: *circumſtantiales*, quàm *ſubſtantiales*,

tiales, *ſingulares*, quàm *univerſales*, quo referimus, diſputationem 1. *Tiranenſem* in Valle Telina, occaſione concionis contra Calvinum, ejus de Chriſti officio mediatorio ſententiam, habitæ, inſtitutam, ubi altero congreſſu a. Ch. 1596. Kalend. Martii per Præſides concluſum fuit: *Verba à Cabaſſo prolata in Johannem Calvinum, eximium Theologum, ac ſanctæ memoriæ Virum, ejus bonæ famæ, & eorum, qui cum eo ſentiunt, nullo modo præjudicare poſſe, nec debere. Unde & poſtea ad palinodiam, &* 132. aureos, quòd publica, de non calumniando, violâſſet decreta, condemnatus fuit. 2. *Fontisbellaquenſem* inter Philippum Mornæum, & Jacobum Peronum, Epiſcopum Ebricenſem. Hic illum falſi inſimulabat, quaſi in ſolo de Euchariſtia tractatu 500. obſervâſſet ψευδεπιγραφήματα, & detorſiones allegatorum. Ubi tamen ad certamen deventum fuit, non ultra ſexaginta Adverſarius adſcripſit, eâque *Mornæo* horâ demum primâ noctis tradi curavit, leviter hoc modo notata, Carolus M. p. 816. *Scotus* p. 896. *Durandus* p. 871. Cum ergo adeò ſubdolè res ageretur, & ex locis 60. notatis, non plura quàm *novem* examini fuiſſent ſubjecta, libri hinc pretium auctum potius, quàm minutum fuit. Prodierunt acta col-

colloquiis *Tigurinu* ex *Zuinglij* operibus, & Hiſtoria Reformat. Mſc. *Bullingeri*, pag. m. 67. 75. 91. 94. de *Ilantino*, ex nuper ab amico oblato exemplari, & Bull. l. cit. p. 191. *Badenſi*, ex eodem 197. & Epiſtola Oecolampad. ad Vadian. a. Ch. p. 1527. ubi editæ diſputationis, quam de pravatam vocat, aliquid opponendū exiſtimavit, ut orbi, quid in ea deſideraretur, conſtaret: Vadianis, ad Zuinglium de victoriis Eccianis antè triumphum 1526. Cantonum evocatoriis, quibus de Luthero & Zuinglio hæreſeos convincendis, non re cum re examinanda, actum iri, ipſi Helvetiæ Cantones ad Rhætos ſcripſerunt Fœderatos. De altero *Ratisbonenſe* a. Ch. 1546. inſtituto, ut poſt dogma de juſtificatione, quod conciliatum videbatur, pergeretur ad alia, & videretur, num in reliquis etiam via aliqua concordiæ iniri poſſet, cuitum, ad Concilij ſaltem, ſin minus Comitiorum ſequentium tempus utraque pars inſiſteret: Ad Eccleſiæ nempe, ut dicebant, unionem & reformationem „ex ipſo Imperatoris, in prorogatione Wormatienſi ſuperioris anni. Decreti tenor talis erat: Quia de conciliatione religionis non potuit hoc tempore tractari, ne dum conſtitui, & quo hanc neceſſariam conciliationem adhuc bono ordine,

ordine quam primum id poſſibile ſit, promoveamus, obtineamus, & re ipſa conſtituamus: Viſum eſt nobis, fore ad promovendam hanc conciliationem, utile & bonum, rurſus inſtituere, & comitio indicto præmittere Chriſtianum colloquium, & collationem aliquot hominum proborum, timentium Deum, æquorum & commodorum, honeſti & pacis amantum, & quidem pauco numero. In hoc quarto Imperatoris conventu religioſo collocutores erant, Proteſtantes, Bucerus, Snepfius, Brentius, & Melanchthonis loco, Georgius Major: Pontificij, Malvenda, Cochlæus, Billickius, Hofmeiſterus. Ab Imperatore quidem injunctum fuerat, ut Confeſſionis Auguſtanæ articuli ordine, miſſis tribus extra controverſiam, examinarentur; ſed neque hoc ſervatum fuit; ipſa verò conciliatio adeò non promota, ut de prima illa, articuli de juſtificatione, hic quidem vehementius fuerit diſceptatum an inpriori colloquio conciliatus articulus fuiſſet; & poſtquam primum de modo & ordine colloquij, an per Notarios; quod noſtri urgebant, excipiendi; tum de juſtificatione iterum, de merito operum, & certitudine fidei aliquandiu diſputâſſent, Imperatorio reſcripto, & revocatis per ſuos Principes Collocutorum non-

nonnullis, hæc etiam diſputatio in fumum abijt. De qua ita *Muſculus: Colloquium Ratisbonenſe evanuit, idque cauſis hujuſmodi. Cæſar voluit, ut Notarij per Præſidentes deligerentur, neque pati voluit, ut aliquis á noſtris deputaretur. Deinde voluit, cunctas Colloquio deputatas perſonas ad ſilentium jure jurando obſtringere, ne quiſpiam illorum ulli mortalium ſignificaret, noluit quicquam Actorum conſcribi à Notariis; ſed nudos tantùm articulos ſignificare, inquibus conventum eſſet vel diſſenſum. Has conditiones noſtri miſerunt Electori Saxoniæ, qui reſcripſit, ut valedicto colloquio huic domum ſuam quiſque ſe recipiat, donec de forma & modo colloquendi melius conſtituatur. Itaque, abierunt Saxones. Bucerus Heidelbergam, ad Electorem Palatinum vocatus. Johannes Diazius Hiſpanus, Vir Doctus & pius, qui cum Bucero Ratisbonam venerat, Neuburgi inter 5. & 6. a Miniſtro fratris Alphonſi Diazii, D. Rotæ Antichriſtianæ in hypocauſto ſecuri percuſſus interiit, fratre interea famulum expectante, cũ quo & veredarius aufugit, &c. 20 Martii* 1546. De *VVormatienſe*, prolixa acta, *Gryn* fide & induſtria, Theologis noſtris transmiſſa ad manus ſunt, Sereniſſimi *Ottonis Henr.* Palatini. inſtructio, Legatis Palatinis, data Epiſtola qua diſſenſum Theologorum reformatorum ſibi ſummopere diſplicere prolixe

lixè fuit teſtatus. Verba Principis ſunt: Wir habend ewer Schreiben deß Wormſiſchē Colloquii halben/und was daſelbſt/ewerem berichten nach fürlauffen ſoll/ſaint ewerem bedencken empfangen; und ſehen waarlich unſers theils ungern/daß zwiſchen uns der Chriſtlichen Religions verwanten alſo ergerliche Mißverſtänd und Zweyſpaltungen/ſonders zweifel auß anſtifftung deß böſen Geiſts zu Undertruckung deß warhaſtigen Worts GOttes ſich erheben. Dann wir bey Uns nicht erachten oder gedencken können/auß was Chriſtlichen beweglichen urſachen/die Sächſiſchen Chnfürſtlichen Geſandten ſich von uns und anderen Religions verwandten in diſem Gottes-werck abſünderen wollen/oder auch ſo was Chriſtlich und fruchtbares in Colloquio gehandlet/ſie allein daſſelb umzuſtoſſen underſtehen ſollen/ſondern müſſen es darfür halten/daß es auß gefaßtem halßſtarrigem Sinn und Hoffarth der Theologen mehr dañ auß rechtem Eyffer und Ernſt derſelben fürgenommen / damit unſer waare Chriſtliche Religion/die hievor gnugſam angefochten von unſeren Widerſächeren nach mehr getadelt und verſpottet werde. Aber wir dem weren wir gnädiglich wolgeneigt/was zur Befürderung unſerer Religion und Chriſtlicher vereinigung und vergleichung diſer Theologen

potuiſſent, variis etiam de Colloquiorum religioſorum commodis & incommodis, &c. Sed quia inſtantes nobis nundinæ, ut ne longius excurreremus, tantùm non compedes injecerunt; alibi etiam hæc materia tractanda recurrat, pedem hîc figemus, proximè, σὺν Θεῷ, ſequentem, de vocatione Reformatorum, materiam aggreſſuri.

חזק ונתחזק

INDEX I.

Epitomen exhibens hujus Tomi VII. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ;

ſive

Reformationis

Partis II.

Caput I. oſtendit, omnem religionis mutationem, rem eſſe arduam, pag. 2. Reformationem cumprimis Majoribus invidiam & odium tum ubique conflâſſe, tum præſertim apud Clementem VII p. 5. Spem *lautioris conditionis* non fuiſſe cauſam impulſivam reformationis, 12. ubi de Zuinglij 13. Bullingeri, 16. Calvini facultatibus, p. 17. Nec *tranquillioris vitæ*, 18. nec *laborum* compendium 19. Sed *conſcientiæ* tantùm depoſitum, pag. 21.

Caput. II. de A. *Indulgentiis* tradit, hanc mercem; Pontificiorum Confeſſione; nec *Scriptura*, nec *antiquitatis* conſenſu probari, 25. Sed ſeriùs obtruſam 31. Ita tamen

men tandem creviſſe, ut extarent paulatim Indulgentiæ *militares*, 33. contra Ruthenos 36. Turcas 38. Chriſtianos, Regem præſertim Galliarum, 44. *Architectonica* 54. vel pro extruendis templis 55. vel reparandis 55. *Oeconomica*, 81. *Theologica* pro Miſſa, 87. Comitativa 90. Diebus feſtis, 91. propagatione Eccleſiæ Romanæ 96. reliquiis, 98. aliis ſuperſtitionibus, 104.

B. *Jubilæis* Romanis & domeſticis 111.
C. *Confeſſionalibus*, 112.
D. *Taxa pœnitentiaria*, 126.
E. *Diſpenſationibus*, 139.
F. *Fraternitatibus*.

Impudentiam hujus quæſturæ ſummam fuiſſe tempore reformationis, prolixè ex actis publicis monſtratur, p. 159. Helveticis præſertim. Unde repudium noſtri miſerunt huic doctrinæ de Indulgentiis, utpote quæ eſt,

a. *Præter Scripturam*, p. 187.
b. *Contra Scripturam* 190. reſpectu omnium cauſarum.
c. *Contra antiquitatem*, 213.
d. *Sobriam rationem*, 214.
e. *Invitat ad peccandum*, 225.
f. *Fomentum* ſunt ſuperſtitionũ, 243. ubi Catalogus reliquiarum & Indulgentiarum

tiarum Romanarum ſubjicitur, 250. cum brevi cenſura, & obſervationibus, 297.

g. *Fraudulenta* eſt merx 301. plura enim per eam promittuntur, quàm præſtantur: Quærunt: an eos, qui in purgatorio ſunt, juvet? Mſc. inſeritur diſputatio de hac materia, 306.

h. *Dubia* & *flexiloqua*, 328. ceu prolixè probatur.

i. Pleraque Chriſtianiſmi *fundamenta concutit*, p 344.

k. *Judaiſmum* in multis revocat 356. ubi fusè de pœnitentia & ſatisfactionibus Judæorum 357.—413.

l. *Muhammediſmo* accedit 403. quâ occaſione doctrina Muhammedanorum de peccato, pœnitentia, ſatisfactionibus &c. adſpergitur: Inſerto integro capite de bonis operibus ſatisfactoriis Muhammedanorum in *genere*; 42. in *ſpecie* verò confeſſionem *Ahmedis ben Abdalla*, de hac materia: ſubjungimus, p. 449. tractatum, inſuper de *precibus* 471. cum notis ad p. 529.

m. Per *Commiſſarios*, reproba merx, magis fuit reddita ſuſpecta, ut ex ſuperioris ſeculi Hiſtoria probatur; 529.

n. *Oppugnata* ſemper fuit in Oriente & Occidente; 543. Digreſſio contra *Ecchellenſem* & *Leonem Allatium*, *Ib.*

o. *Nihil* etiam poſt reformationem per Romanam curiam in hac controverſia *emendatum*, p. 568. unde tot querelæ Pontificiorum 570. tergiverſationes Concilii Tridentini, 572. Confeſſorum tricæ & antilogiæ; 575. probatur Cenſurâ facultatis Theologicæ Pariſienſis contra *Amadæum Guimenium* 576 Diſputationibus *Dianæ*, 606. Concluditur tandem: *Solam hanc ſufficere potuiſſe cauſam maturandæ Reformationi*, 617.

Caput. III. tradit Colloquia, tempore reformationis, fuiſſe neceſſaria 620, multis de cauſis: Primaria numerantur, *Lipſiacum*, 623. *Tigurinum* primũ ubi de ſucceſſu nonnulla & Conſule Roeſtio. 628. *Secundũ* 639. *Rhaticũm*, 639. *Badenſe*, 642. *Homburgenſe* in Haſſia, 647. *Nordenſe*, 648 *Bernenſe* 649. cum obſervationibus, præſertim de corrupto Cleri ſtatu, 655. *Ulmenſe* 659. *Genevenſe*, 660. *VVormatienſe*, ſeu *Ratiſpon*. 661. cenſura Zuiccii 667. reſponsũ Buceri, 669. & Hedionis, 688. Accedit relatio Piſtorii 700. *Oxonienſe*, 705. *Cantabrigienſe*, 796. *VVormatienſe* alterum, 707. cum judicio Altingii 708. excuſatione Piſtorii 711. *Poſſiacenum*, quod ex Petri Martyris παραλειπομένοις, in lucem producimus 713. illuſtratum quibusdam Obſervationibus, *Ratisponenſe* alterum.

INDEX II.
ALPHABETICUS.

A

Ætatis defectus, ad capeſſendos honores Eccleſiaſticos, per diſpenſationem in Papatu compenſatur. 142.

Auro Romæ omnia venalia. 199.

Aurum indulgentiarum unicus ſcopus. 160. 534.

Allatius indulgentiis frigidè patrocinatur. 545.

Amadeus Guimenius, à Facult: Paris. nigro theta notatur. 577.

Anglia Epiſcopos Reformationem Eccleſiæ impediviſſe, olim conquerebatur Juellus. 769.

Anglia indulgentiis ſe opponit. 549.

Antverpienſe Colloquium multis felix fuit. 773.

Arca fœderis, Romæ malè monſtratur. 259.

Architectonica Indulgentiæ. 54.

B

Badenſis Diſputatio. 642.

Balduinus Franciſc. deficit ad Papiſmũ. 753.

Bellica Indulgentiæ. 33.

Berenberg

Berenberg cœnobium, Indulgentiis Papalibus reparatur. 66.
Bernates à Sanſonio impoſtore decipiuntur. 162. & ſeqq.
Bernenſis diſputatio Reformationem promovet. 649.
Beza intereſt Colloquio Poſſiaceno. 713. Pontificios, in Colloquio Poſſiac. negatione Transſubſt. exacerbat. 727. Lotharingiæ Cardinalis orationem refutat. 728.
Bona mundi Reformatores non ſpectârunt.
Bona malè acquiſita Eccleſiarum fabricis per Indulgentias deſtinantur 76.
Bremogartenſes Sanſonium cum mercede ſua reſpuunt. 171. &c.
Brochus Epiſc. Glouceſtr. vitam cum deſperatione finit. 770.
Bucerus à ſuſpicione, quaſi concordiam cum Pontificiis meditaretur, ſe liberat. 667. 669.
Bulling, P. Sanſonio audaciſſimo, cordatè reſiſtit, & ejus minas contemnit. 173. F. exiguo ſtipendio contentus eſt. 16.

C

Calvinus ambitionis falsò accuſatur. 17. à convitiis per Colloquium Tiranenſe liberatur. 777.
Candelabrum Salomonis, Romæ, ſcilicet! oſtenditur. 256.

Canones veterum pœnitentiales. 126.
Cantabrigienſis Diſputatio. 706.
Carol. IX. indicit Colloquium Poſſiac. 713.
Caſtitatis voti transgreſſio per diſpenſationes Paparum impunis. 140.
Cephas non ſignificat caput. 192.
Chappuſius in diſput. Genev. victus, veritati manus dat. 661.
Chelius à Galliæ Rege in Germaniam quærendæ concordiæ religioſæ causâ mittitur. 670.
חוסיא non ſignificat indulgentias Rom. 544.
Chriſti meritum & ſatisfactio per Indulgentias elevatur 215. 348. Ejus facies Romæ monſtratur. 254. 265. 281. Ejus imago à Judæis, ob injuriam ſibi illatam, vindictam ſumit. 266. Sub alio Schemate paſſus à Muham. fingitur. 413.
Claves Petro traditæ non notant prærogativam Papalem. 191.
Clerus Pontif. otio nimis indulget. 19. circa Reformationis tempora impiam egit vitam, doctrinâ penitus deſtitutus. 650. 655.
Colloquia circa Reformationem habita. 619.
Colloquiorum tempore Reformationis neceſſitas. 620.

Collo-

Collocutores Colloquii Poſſiac. noſtris mult. largiuntur, & Sorbonæ cenſuram ſub eunt. 754.
Commoda mundi Reformati ex Reformatione ſperare non potuerunt. 4. p.62.
Concordia inter Pontif. & Reformatos in eundæ conſilia non bene cedunt. 663 666. & ſeqq.
Concordiam inter Pontif. & Proteſt. quærit Chelius. 667. 670.
Concordiæ liber Ratiſponæ propoſitus 689.
Confeſſio auricularis Judæis & Muhammedanis ſcandalo. 399. 449.
Confeſſionalia quid differant ab Indulgentiis. 113.
Confeſſio Eccleſ. Gallic. Wormatiam miſſa, à Theologis proteſtantibus approbatur. 712.
Confiteri Mauris quid ſit. 454.
Conſcientiæ ſtimulus Reformatores ad reformandum impulit. 21.
Conſtantienſis Epiſcopus Sanſonio impoſtori ſe opponit. 171. 172.

D.

Defunctorum cultus Indulgentiis ſuffulcitur. 86.
Diana, Antonij, de Indulgentiis reſolutiones morales diverſas Pontif. de iisdem opiniones proponunt. 606.

Dierum diſcrimen pari ſuperſtitione à Judæis & pontificiis obſervatur. 391.
Diſpenſationes Pontif. omnium ſcelerum ſunt φάρμακον. 139. & ſeqq.
Diſputationes circa Reformationis tempora habitæ. 619.
Diſſenſio Theologorum Reformatorum quæritur, à Pontif. 753. eadem Colloq. Wormatienſe infelix reddit. 707. eam Otto Henricus Palatinus indignè fert. 782.
Divitias mundi Reformatores per Reformationem ſperare nō potuerunt. 124.
Divitibus in Papatu aditus ad Indulgentias faciliùs patet, quàm pauperibus. 162. 204.

E

Ecchellenſis Indulgentiarum veſtigium fruſtrà quærit in Oriente. 543.
Evangelium Johañis, quod aureis literis ſcriptum Tholoſæ monſtratur, ſubleſtum eſt. 103.
Eccius homo clamoſus, ferox, & moroſus. 625. 662. Diſputationem Badæ habendam ſolicitat, & operam ſuam ſuperbè obtrudit. 643. 645.
Eccleſiarum, quæ fuiſſe Romæ feruntur, catalogus. 235.
Eccleſiæ, quæ Romæ ſunt, reliquiis ſcatent. 248. & ſeqq.

Eccle-

Eccleſia Romanæ propagatio quæritur per Indulgentias. 97.
Ad *Eccleſiaſticos* honores per diſpenſationem papalem admittuntur, qui Legibus ab illis excluduntur. 140. &c.
Eleemoſynas erogare magni fit à Muham: 441.
Emmerach/ præpoſitura, prope Tigurum, Indulgentiis reſtauratur. 72.
Epiſcopi Angliæ in colloquio Weſtmonaſterienſi congredi tergiverſantur. 771.

F

Faber Tiguri invocationem Sanctorum frigidè defendit. 628.
Favorem hominum per Reformationem Reformatores non captàrunt. 4.
Feſtis diebus devotio conciliatur per Indulgentias. 91.
Fidem ſalvificam, quæ meritum Chriſti apprehendat, reſpuunt Pontificii & Judæi. 351. 359.
Fontisbellaquenſe Colloquium. 777.
Fornicationes: Sacrificuli in Papatu per diſpenſationes ab iis abſolvuntur. 156.
Fraternitates Simoniæ ſtudent. 158.
Frey, Johannes, Sanſonii impoſturis intrepidè ſe opponit. 171.
Furbitus Pontificius, Genevæ ad palinodiam damnatur 660.

Gallia

G

Gallia indulgentiis ſe opponit. 556. 563. In *Gallia* libera conceditur verbi DEI prædicatio. 761.
Genebrardus iniquus Lavateri, de Colloquio Poſſiac. differentis, cenſor. 759.
Genevenſis Diſputatio feliciter cedit. 661.
Germania maſculè ſe opponit Indulgentiarum monopolio. 565.
Gerſonis authoritate falſus Indulgentiis quæritur color. 556. & ſeqq.
Gloceſtriens. Epiſc. vitam cum deſperatione finit. 770.

H

Haſſiaca Diſputatio non caret fructu. 647.
Helvetii Indulgentiarum mercem rejiciunt. 567. *Helvetii* Reformati Legatione pro afflictis in Gallia intercedunt. 712
Homburgenſis Diſputatio inſignem poſt ſe trahit fructum. 647.
Homicidia per diſpenſationes Papales eluuntur. 146.
Hominum, quoad juſtitiam inhærentem, tria Pontificii cum Judæis conſtituunt genera. 379.
Hoſpitalibus per Indulgentias proſpicitur. 81.
Hugo Epiſc. Conſtant. Sanſonio, impoſtori, ſe opponit. 172.

Huſſus.

Huſſus, cum diſcipulis ſuis, Indulgentiariorum impudentiam reprehendit. 550

I

Jenenſes Theologi infœlix Wormatiæ ſuſcitant ſchiſma inter Confeſſores Auguſtanos. 707.

Ilantina in Rhætia, Diſputatio felix. 639.

Imago Chriſti Romæ monſtratur. 254. 295. 281. ob injuriam ſibi illatam à Judæis vindictam ſumit. 266.

Imbriacenſis præpoſitura Indulgentiarum beneficio è cineribus excitatur. 72.

Indulgentias nec ex Scriptura, nec ex Antiquitate probari poſſe, fatentur ipſi Pontificii. 25. &c. 187. 188. *Indulgentiæ*, ut ſunt in uſu, ſunt noviſſimæ. 31. 187. 212. *Indulgentiarum* ſpecies 33. Sunt arma Pontificum contra Chriſtianos & Gentiles. 33. 44. Superſtitionum ſunt baſis. 86. 90. 98. 243. *Indultiarum* impudentia ad ſumma pervenit ἀκμὴν tempore Reformationis. 159. 530. multis ſuſpecta, & abominationi. 171. & ſeqq. 534. auri fame infamis. 162. 204. De *Indulgentiis* diſputari in Germ. ægrè fert Pontifex. 181. *Indulgentias* eliminandi cauſas Majores habuerunt prægnantes. 186. *Indulgentiæ* abſurdæ, ſibique contrariæ.

riæ. 190. & ſeqq. Ad omnis generis ſcelera feneſtram aperiunt. 225. Futurorum etiam peccatorum φάρμακον. 234. In infinitos ſe extendunt annos. 235. Impoſturis, difficultatibus ipſis pontificiis inextricabilibus & fraudibus ſcatent. 301. 328. 329. 332. & ſeqq. 575. 607. Pleraque Chriſtianiſmi fundamenta concutiunt. 344. Miſſæ, purgatorio, cæterisque ſuperſtitioſis ritibus repugnant. 536. toti orbi vel ignotæ vel ſuſpectæ. 543. *Indulgentiarius* Pragæ malè tractatur. 550. *Indulgentias* Tridentini timidè tangunt. 569. 572. *Indulgentiaria* nundinatio poſt reformationem non minus impia vel ſuperſtitioſa. 568. 570. & ſeqq.

Johannis Evangel. quod aureis literis ſcriptum monſtratur, ſubleſtum eſt & infidelibus ſcandaloſum. 103.

Italia habet, qui Indulgentiarum reprehendunt abſurditatem. 566.

Judæis juſtitia legalis & operum, ut Pontificiis, venerabilis eſt. 356. 382. 399. confeſſionem auricularem reſpuunt. 399.

Juſtitiam ab homine pontificij cum Judæis legalem requirunt. 356. 399.

Julij ſecundi virulenta contra Ludov. Regem

gem Gallo, bulla. 45.

L

Laborum compendia per Reformationem Majores noſtri non captârunt. 19.

Lateranenſis Eccleſia Romæ, reliquiis abundat. 248.

Lentzburgum Sanſonio impoſtori ſe opponit. 171. &c.

De *Libero* arbitrio Maurorum ſententia. 457.

Linguæ peregrinæ in ſacris uſus, ineptè defenditur in colloq. Weſtmonaſterienſi. 772.

Lipſiacum colloquium. 623.

Lotharingiæ Cardinalis oratio in colloquio Poſſiac. 723. arrogantem noſtris proponit conditionem. 732.

Lotio Muhammedanis eſt inſtitutio divina. 421.

Lutheranorum quorundam nimia vehementia in collòquio Wormat. moderatioribus diſplicet. 709. 710.

M

Manum impoſitio Reformatoribus abſolutè neceſſaria non fuit. 737.

Maria miraculo docet, ubi loci Eccleſiam ſibi Romæ extrui velit. 275. 276. Mariæ ab Octaviano Imp. Templum erigitur. 289.

Martyr, colloquio Poſſiac. intereſt. 715. Ejus acta deſcribit 714. & ſeqq. magni fit Galliæ Regina 719. maximi ab Angliæ Regina 719. 770. Ejus diſceſſus Oxonio multum obeſt. 770.
Melanchthon in ſuſpicione eſt, concordiam ſe cum Pontificiis meditari, ſed purgatur à Bucero. 667. 669.
Mercedem Judæi diſtinguunt in debitam & gratuitam. 401.
Meritum Chriſti per Indulgentias elevatur. 315. 348.
Merita hominum S.Sc. deſtruit. 352.
Militares Indulgentiæ. 33.
Miniſtris Reformatoribus manuum impoſitio ab Epiſcopis non neceſſariò fuit petenda. 737.
Miſſa Indulgentiis ſuffulcitur. 86.
Monachi Muhamed. Pontificios, vitæ ſeveritate, ſuperant.
Monialibus, per diſpenſationem, balneis uti, ad ſuos exire &c. licet 155. *Monialibus* ſtupratis per diſpenſationem licet redire ad monaſteria. 150.
Mornæi liber de Euchariſtia falsò 500. errorum à Perono accuſatur. 777.
Mortuorum cultus Indulgentiis ſuffulcitur. 86.
Moſis tabulæ & virga Romæ, falsò oſtenduntur. 257. 260.

Muhammedani pœnitentiam, ut neceſſariam ad ſalutem, urgent, non Evangelicam, ſed legalem. 403. & ſeqq. *Muhammedani* quidam, ſalutem æternam, gratiam vocant. 411. ſuas ceremonias & ritus diſtinguunt in *neceſſitatis & traditionis* exercitia. 420. *Muhammedanorum* preces, earúmque ritus & modus. 422. 471. 477. 480.

Muhamedani confeſs. auricularem, & ſatisfactiões à ſacerdotibus Pontif. injunctas, deteſtantur. 449. Pelagianis in artic. de *remiſſione peccatorum, & libero arbitrio* ſaniores ſunt. 447. Monachi *Muhammed*: Pontificios vitæ ſeveritate ſuperant. 419. Eleemoſynarum erogationem magni faciunt. 441. Cum Pontificiis multa habent communia. 438.

N

Nancejenſe colloquium caret ſucceſſu. 776.

Naturam coruptam agnoſcunt Muhamed. 405.

Nivernianum colloquium, Pariſiis habitum 776.

Nordenſis diſputatio in Friſia. 648.

O

Oeconomica indulgentiæ. 81.

Operis operati idolum Judæi cum Pontifi-

 ciis

ciis venerantur. 357.

Opera ſupererogationis; Indulgẽtiæ materia; unde corradantur. 194. an, præter opera Chriſti, etiam ſanctorum comprehendant meritum, ex ipſis Pontificijs quidam dubitant. 195. ſunt contra S Sc. & Sanctorum confeſſionem. 197. 217. 352.

Otto Henr. Palatinus diſſenſionem Wormatienſium. collocutorum indignè fert. 782.

Oxonienſe colloquium. 705.

P

Pacis inter Pontif. & Reformatos ineundæ, conſilia nõ bene cedunt. 663. 666. &c.

Pauli caput ſeparatum à corpore Romæ ſaltat. 295.

Peccatis nemo caret. 196. &c. *peccatorum* remiſſio impiè, extra Chriſtum quæritur in Indulgentiis & operibus ſupererogationis. 196. *peccatorum* remiſſio gratuita promittitur in S. Sc. non pretio operum acquiſita. 205. *Peccati*, in mortale & veniale, diſtinctio Pontificijs cum Judæis communis eſt. 377. de *peccatorum* remiſſione eadem Muhamedanis quæ Pontificiis eſt ſententia. 403. Muhamedani Scholaſtici, in hoc articulo quadantenus ſaniores.

447. *peccata* quibus nominibus Arabibus veniant. 404.
Pfaſterbach/in agro Tigur: Indulgentiarum ope extruitur. 65.
Piſtorius moderatus. 710.
Pœnitentiam Judæi faciunt mere legalem. 359.
Poſſiacenum colloquium. 713.
Preces Muhammed. vide Muhammed.
Purgatorium an ſit in Papæ poteſtate, dubitant ipſi Pontificij. 305. 313. & ſeqq.
Principes Chriſtiani Indulgentijs oppugnantur. 48.

R.

Ratiſponenſe colloquium. 662. Colloquium *Ratiſp.* año 1546. inſtitutum, in fumum abit. 780. *Ratiſpon.* colloq. tertium ſucceſſu caret. 778.
Reformationis impulſiva cauſa non fuit, honorum, divitiarum, favoris, aut otij aucupium. 1. & ſeqq.
Reformatorum vocatio legitima. 737.
Religio non facilè mutanda. 3.
Reliquiarum, quæ Romæ latent, ingens copia 248. *Reliquiarum* impia fraus. 246. & ſeqq. *reliquias* præſtantiſſimas Titus Veſpaſianus Romam adduxit. 253. 257. 260.
Reſius, Henricus, religioni pontificiæ valedicit. 648.

Reuſtius, Conſul Tigurinus, Reformationis fortis promotor 633. in magna apud Pontificem fuit gratia. 634.
Rhenopetræi Colloquii triſtis eventus. 779.
Rubiacenſi hoſpitali lautè per Indulgentias proſpicitur. 81.
Ruthent Indulgentiis oppugnantur. 34. Indulgentias clamant. 567.

S.

Sacramẽto ad moribundos delato per Indulgentias: adjungitur comitatus. 90.
Sacramenta Principibus facta Papæ permiſſu irrita fiunt, 45.
Salutis fabrum hominem faciunt, cum Pontificiis, Judæi. 381.
Salutis incertitudo deſtruit chartas fiduciarias Indulgentiarum. 231.
Salus æterna quibusdam Muhammedanis gratia eſt. 411.
Sanſonii in emungenda pecunia impudens impoſtura. 161. & ſeqq. cum mercibus ſuis Tiguro excluditur. 175. ad Pontificem ab iis defertur. 176. qui eum, timidè tamen, defendit. 177. & ſeqq.
Satisfacere nemo poteſt pro aliio, 207.
Satisfactiones Pontificii cum Judæis nonniſi legales requirunt, 356.
Savanorola παῤῥησίαν ſuam contra Indulgentias morte luit. 566.

Scriptura ſacra ſacrificulis chimæra. 628. pro uno controverſiarum judice à Zvvinglio agnoſcitur: 631. Pontificiis jugulum petit. 639. à Ponrificiis in Colloq. Nanceienſi rejicitur. 776.
Seelzedel 89.
Salomonici templi vaſa, Romæ monſtrantur. 257.
Spolia per Indulgentias Eccleſiarum fabricis deſtinantur. 76.
Spurii per diſpenſationes Pontificum legitimantur, & ad honores Eccleſiaſticos admittuntur. 143.
Stationes veterum non ſunt Indulgentiæ. 32.
Stationes urbis Romæ, 235.
Stukius Martyrem ad Colloq. Poſſiac. comitatur. 713.
Supererogationis opera. Vide opera Supererogationis.
Tabulæ Moſis Romæ monſtrantur. 257.
Taxa pœnitentiaria. 126. 233. ad omnia ſcelera feneſtra aperit. 130.
Templi Solomonici vaſa Romæ oſtenduntur. 257.
Tezelius in commendandis Indulgentiis impudens. 531. &c. in Germ. multis ſuſpectus & ludibrio eſt. 535.
Theologicæ Indulgentiæ. 86.
Theſaurus Eccleſiæ ſi eſſet, dudum fuiſſet ex-

hauſtus. 221. Vide opera Supererog.
Tholoſanæ, in templo Saturnini, reliquiæ. 100.
Thorunenſis Colloquii ſcopus. 779.
Thuanus Indulgentiarum impudentiam reprehendit 541.
Tigurini, ante Reformat. magni fiunt à Pontificibus. 5. ad templa extruenda & reſtauranda, Indulgentias à Pontifice obtinent. 54. Sanſonium urbe ſua excludunt, & de ejus impudentia apud Pontificem conqueruntur. 171. 175. 176.
Tigurina Diſputatio prima non caret ſucceſſu. 627. 632. Diſput. ſecunda. 633. Diſput. tertia. 639.
Tiranenſe colloquium Calvinum à conviciis liberat. 777.
Tranſubſtantiatio negata Pontificios mirè afficit 757. ad multa ducit abſurda. 778.
Tridentini captioſè & timidè Indulgentias tangunt. 569. 572.
Tropos in Sacramentis agnoſcere cogitur Lotaring. Cardinalis. 745.
Tugii impoſtori Sanſoni egregiè ſuccedit. 162.
Turcæ à Pontifice oppugnantur Indulgentiis. 38.

V

Verbi Divini prædicatio libera primùm in Gallia. 761.
Veritatis ἐνέργεια 648. 661.

Viennenſe concilium Quæſtorum abuſum reprehendit. 564.
Vini potus Muhammedanis illicitus. 433.
Virga Moſis Romæ monſtratur. 260.
Ulmenſis diſputatio. 659.
Vocatio Reformatorum legitima. 737.
Voti caſtitatis transgreſſio per diſpenſationem Pontif. impunis eſt. 140.
Vota ſanctis facta, ſanctiùs in Papatu obſervantur, quàm quæ fiunt DEO. 244.
Upſalenſis diſputatio. 648.

W

VVeſtmonaſterienſe colloquium Eccleſiæ Anglicanæ felix. 767.
VVormatienſe colloquium ſua habet interſtitia. 661.
VVormatienſe colloquium, ob Auguſtanorum diſſenſionem, infelix. 707.

Z

Zuinglius amplas mundi opes, nec captavit nec poſſedit. 13. Sacram Scripturam unicum controverſiarum judicem agnoſcit. 631. juſtas habuit cauſas, cur Badæ cum Eccio noluerit congredi. 646.
Zürichberger Kloſter / à contemtu è neglectione per Indulgentias Pontif. liberatur. 108.

F I N I S.

Errores inter relegendum notati

P. 3. l-16. ſuo excidunt, turpiter hallucinantur. P. 5. l. 4. aſſentator. P. 35. l.ult. Presbyterum. P. 36. l. 15. delationis. P. 39. l. 15. pro commiſſis. l. 17. etiamſi. P. 40. l. 25. reſtituo. P. 41. l. 9. Alterum Innocentij VIII. quod per, &c. P. 44. l. 19. certaminum. P. 54. l. 16. Quæ quidem magno numero, & variis deprehenduntur ſuffultæ promiſſionum, &c. P. 67. l. 26. Eccleſiis. P. 76. l. 22. A. D. 1391. P. 78. l. 10. reſtitutio. l. antep. potui. Ult. refert. P. 80. l. 3. ſubventionem. l. 14. ſi ſecus actum fuerit. l. 16. Erat conventus. P. 103. l 14. ſcrupulis. P. 107 l. 22. Davidis filio. P. 125. l. 19. ſignatas. P. 185. l. 1. argentum. P. 213. l. 5. Diſt. P. 220. l. 3. quas P. 224. l. 14. Nos ſtupidiores. l. 18. fercula X. P. 225. l. 1. paſſionis partem. P. 216. l. 9. Pacis. P. 232. l. 2. poterant. P. 249. l. 3. petram. l. 19. ornantur. P. 426. l. 4. רמצאן פריצה *P. 442. l. 7.* רפע אלצרקה *P. 479. l. 24. Hal. Schabb. P. 488. l. ult.* אלכתאב *P. 489. l. 12. lectionem exordij libri (Alkorani 1. caput) P. 502. l. 3. Matutinæ (a) l. 6. divinorum 240. (b) P. 606. l. 6. ſcriptum. P. 608. l. ult. Aut, cui ſit datum. P. 619. l. 20. VVormatienſe alterum 1557. XVI. VVeſtmonaſterienſe — 1559. l. 25. XX. Nancejenſe. P. 633. l. 11. Vadianus. P. 639. l. 16. Reform. p. 96. b. l. 20. ſequetur. Subjicimus diſputationem, &c. P. 640. l. 10. acuratiſſimè. deſcripſit P. m. 444. b. P. 655. l. 9. nec ſcriptura. P. 641. l. 23. ſupra Saxenſis & Furſtanovienſis. P. 713. l. 5. Poſſiacenum &c. p. 769. l. 1. ruere. P. 406. l. 13. injuriâ. P. 410. l. 21. directio. P. 411. l. 19.* לאחד חק ואן *P. 416.* עלם לנא *P. 417. l. 4 interfecturus. P. 425.*

A01 1469264